

Incipit^a liber primus^b.

I.^c De principatu Petri^d.

1. Anacletus cap. XXXIII.

Inter beatos apostolos quedam fuit discretio, et licet omnes apostoli essent, Petro tamen a Domino concessum est et ipsi inter se id ipsum voluerunt, ut reliquis omnibus preesset apostolis^e et cephas, id est caput et principium teneret apostolatus. Qui eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradiderunt.

a) *fehlt CV.*

b) *fehlt, stattdessen Gregorii cardinalis presbiteri ad Didacum sancti Jacobi ecclesie episcopum K.*

c) *Titelüberschrift fehlt K; Zahl fehlt V.*

d) *folgt primus titulus M; folgt De primatu R. ecclesie C.*

e) *ap(osto)l(u)s CRV.*

2. Ambrosius in libro X.^a

In tractatu^b super Lucam.

Si Petrus lapsus est, quia dixit: 'Etsi alii^c scandalizati fuerint, ego non^d scandalizabor', ne quis alius iure de se presumat. Denique et David quia dixerat: 'Ego dixi in mea^e habundantia^e: non movebor in æternum', eam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens: 'Avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus.' Unde te evocem, Petre, ut doceas me, quid flens cogitaveris? Unde inquam te^f evocem? De celo, ubi iam in^g choro insertus es angelorum, an etiam de tumulto? Quia non putas iniuriam et ibi esse^h, unde et Dominus resurrexit. Doce nos, quid tibi profuerint lacrimę tuę. Sed docuisti ilico. Nam qui lapsus es antequam fleres, postquam flevisi electus es, ut alios regeres qui te ipsum ante non rexeras. Habebat ergo lacrimas Petrus, pio quas fundebat affectu.

a) *korr. M; korr. in IX V; folgt super Lucam über der Zeile nachgetragen CR.*

b) *fehlt CV.*

c) *aliis C.*

d) *numquam M.*

e) *habundantia mea V.*

f) *korr. aus tibi M; tibi K.*

g) *fehlt MKCRS*

h) *esset R.*

3. Ambrosius in sermone.

Si Petrus volens percussit aurem, docuit quod^a aurem in specie habere non deberent, quam in ministerio non haberent. Sed bonus Dominus et ipse refundit auditum, secundum prophetica dicta demonstrans et ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione Christi vulnerati sunt, eo quod omne peccatum fidei misterio abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui claves accepit regni cęlorum. Ille enim condemnat, qui et absolvit, quoniam ligandi idem^b et solvendi adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis, tollit autem gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Caveamus ne cui tollatur auricula. Legitur passio Domini; si ad divinitatem eius referimus infirmitatem corporeę passionis, exciditur auricula et exciditur a Petro, qui non passus est Christum prophetam estimari, sed Dei filium docuit fidei confessione signari^c.

a) quam *K*.

b) *erst hinter* solvendi *K*; *fehlt V*.

c) signare *MK*.

4. Ambrosius^a episcopus^b in sermone resurrectionis^c.

Resurrectionis tempore presto sunt mulieres, et cum viri fugarentur, sole tamen ab angelo ne timeant admonentur. Petrum evocant studio priores, sed posteriores fiducia. Denique ille sine metu advenit et constanter qui posterior venerat, primus ingreditur, quasi qui claves regni, ut aliis aperiret, acceperat.

a) Idem *CV*.

b) *fehlt CRV*.

c) de resurrectione *CV*.

5. Iohannes papa^a tertius^a omnibus episcopis^b.

Petrus princeps apostolorum adiutores sibi ascivit Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii aut ligandi vel solvendi normam eis tradidit, sed successori suo Clementi, qui sedem apostolicam post eum et pontificalem potestatem tradente^c sibi beato Petro tenere promeruit. Linus vero et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum Petrus verbo et orationi insistebat, quæ non incongruè ad traditionem sancti spiritus per manus impositionem pertinent.

a) tertius papa *M.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) tradente(m) (*Kürzungsstrich vielleicht späterer Zusatz*) *M.*

II. De primatu Romanę ecclesię.

1. Anacletus servus servorum Dei omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus salutem.

Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: 'Tu es Petrus' et reliqua^a.

a) cetera *K*.

2. Idem cap. XXXVIII.

Si quę causę difficiliōres^a inter vos orte fuerint, ad huius sanctę sedis apices eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio, quia sic Dominum velle ab eoque^b ita constitutum esse antedictis testimoniis declaratur. Hęc vero^c apostolica sedes cardo et caput, ut fatum^d est, a Domino et non ab alio est constituta, et sicut cardine^e hostium^e regitur, sic huius sanctę sedis auctoritate omnes ecclesię Domino disponente reguntur.

- a) difficiliōres *M.*
- b) eo *C.*
- c) autem *C.*
- d) factum *CV*; c *übergeschrieben M.*
- e) ostium cardine *K.*

3. Alexander episcopus omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus. Cap. IIII.^a

Relatum est ad huius sanctę et apostolicę sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum et omnium negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput ipso dicente: 'Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam,' quod quidam emuli Christi eiusque sanctę^b ecclesię^c insidiatores sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare presumant, cum magis apostolus Christianorum causas^d ad ecclesias deferri et ibidem terminare precipiat. Taliter prevaricantes prevaricaverunt in Deum suum et non obędiunt preceptis^e eius^e.

- a) III. K.
- b) *folgt* vel sedis, *wovon* vel *durchgestrichen ist C.*
- c) *durchgestrichen C.*
- d) *cucausas K.*
- e) *fehlt CV.*

4. Pius Cap. II.

Christus hanc sacram apostolicam sedem omnium ecclesiarum caput esse precepit, ipso dicente principi apostolorum Petro: 'Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt^a adversus eam' et cetera.

a) *das Folgende fehlt K.*

5. Dionisyus episcopus Severo episcopo salutem. Cap. II.^a

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesie auxiliante Domino subvenire et, quicquid nocivum^b est, auctoritate apostolica corrigere et emendare. Ad hoc enim divine dispensationis provisio gradus et diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordie^c fieret ex diversitate contextio et recte officiorum gereretur administratio singulorum.

- a) secunda *R*.
- b) nocuum *K*.
- c) concordia *CV*.

6. Venerabilibus^a fratribus universis orientalibus episcopis Iulius^b. Iulius^c papa^c cap.^d VI.^d

Romana ecclesia omnibus maior et prelata est ecclesiis, quę non solummodo canonum et sanctorum patrum decretis, sed domini nostri^e salvatoris^e voce singularem obtinuit principatum, 'Tu es, inquit, Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam' et reliqua^f. Porro dudum a sanctis apostolis successoribusque eorum in prefatis antiquis decretum fuerat statutis, quę hactenus sancta et universalis apostolica tenet ecclesia, non oportere preter sententiam^g Romani pontificis concilia celebrari nec episcopum^h damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerunt, et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hæc ecclesia suo nomine consecrata Domino instituyente primatusⁱ sit et caput ceterarum et ad eam quasi ad matrem atque apicem omnes maiores ecclesię causę et iudicia episcoporum recurrant eiusque iuxta terminum sumant sententiam nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem.

a) *davor* Iulius papa *M*.

b) *fehlt hier* *MV*.

c) *fehlt hier* *MK*.

d) *fehlt* *CV*.

e) *salvatoris nostri* *CRV*.

f) *fehlt* *K*.

g) *conscientiam* *C*; *durch Rasur korr. in conscientiam* *R*.

h) *episcopos* *K*.

i) *primatum* *RV*.

7. Anacletus cap.^a XXX.^a

Beato apostolo^b Petro^b data est societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diverso, sicut heretici garrunt, sed uno tempore uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub cesare Nerone agonizans coronatus est et pariter supradictam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt eamque omnibus urbibus in^c universo mundo sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt. Est ergo prima beati Petri apostoli sedes Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam nec^d aliquid huiusmodi.

a) *folgt idem dicit M; fehlt K.*

b) Petro apostolo *MV.*

c) *fehlt CV.*

d) neque *CV.*

<7a.^a Dilectissimis fratribus universis episcopis orientalibus Gelasius.

Cum constet semper ad sedis apostolice huiusmodi personas aut discussas vel esse purgatas^b aut sic ab aliis, quibus competebat, episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex sedis apostolicę consensione penderet, ubi utrumque defuit, nec discussionem legitimam nec purgationem^c firmam ac^d per hoc receptionem fuisse constat indebitam.>

- a) *Das ganze Kap. fehlt MK.*
- b) *pregravatas C.*
- c) *pregravationem C.*
- d) *hac CV.*

8. Gelasius omnibus orthodoxis^a.

Post propheticas et evangelicas atque apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putavimus quod, quamvis universe per orbem catholicę ecclesię unus^b thalamus Christi sit^c, sancta tamen Romana catholica et apostolica ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prelata est, sed evangelica voce domini et salvatoris nostri primatum obtinuit, 'Tu es Petrus^d, inquiens^d, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et^e reliqua^e.'

a) *dabei Rubrik A. epistola prima M.*

b) *unus M.*

c) *sint C.*

d) *inquiens Petrus K.*

e) *fehlt K.*

9.^a Leo primus sanctę synodo quę apud Ephesum convenit.

Religiosa clementissimi^b principis fides, sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra ecclesiam catholicam ullius erroris germen exurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctę dispositionis effectum auctoritatem apostolicę sedis adhiberet, tamquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quid in eius confessione laudatum sit, quando dicente Domino: 'Quem dicunt homines esse filium hominis?' Varias quidem diversorum opiniones discipuli commemorarunt. Sed cum ab eis, quid ipsi crederent, quęreretur, princeps apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus^c, 'Tu es Christus, inquit, filius Dei vivi.' Hoc est: tu es, inquam, verus in deitate, verus in carne et salva gemina proprietate nature utrumque unus. Propter quod ei^d respondetur^d a Domino: 'Beatus es, Sýmon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui est in cęlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam et^e porte inferi non prevalebunt adversus eam^e. Nimis autem a compage huius hedificationis alienus est, qui et beati Petri confessionem non capit et Christi evangelio contradicit.

a) *ferner Rubrik* Item de eodem CR; *hier Titel 3 V.*

b) *clementissime M.*

c) *coplexus M.*

d) *respondetur ei KV.*

e)-e) *fehlt K.*

10. Damasus servus servorum Dei atque per gratiam eius episcopus sanctę catholicę atque apostolicę ecclesię urbis Romę Stephano^a archiepiscopo^a. Cap.^b VIII.^b

Scitis, fratres karissimi, firmamentum a Deo fixum et immobile atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium episcoporum apostolicam sedem esse constitutam et verticem ecclesiarum. Tu es enim, sicut divinum pronuntiat veraciter verbum, Petrus et super firmamentum tuum ecclesię columpnę, qui episcopi intelliguntur, confirmate sunt, et tibi claves regni cęlorum commisi^c atque ligare^d et^d solvere^d potestatem, quę in celis sunt et quę in terris, promulgavi.

a) *fehlt V.*

b) *fehlt K.*

c) *korr. aus commissi CR; commisse V.*

d) *ligandi et solvendi K.*

III.^a De puritate fidei Romane ecclesie.

1. Lucius episcopis omnibus^b.

A recta ergo fide et apostolico tramite propter ullam perturbationem nolite recedere, scientes quia iuxta salvatoris sententiam 'beati sunt, qui persecutionem patiuntur propter iusticiam.' Hęc est apostolorum viva traditio, hec vera caritas, que predicanda est et precipue diligenda ac fovenda atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hęc^c sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, que per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicę traditionis numquam errasse probatur nec hereticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christiane percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata^d finetenus manet secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est evangeliiis: 'Petre, inquires, ecce sathanas expetivit^e, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando confirma fratres tuos.' Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam^f bonum sit persistere in dispensatione vobis credita et in fide recta atque hereticis et emulis Christi repugnare et numquam a veritatis tramite deviare, quoniam dominus et salvator noster omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitavit et proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit et confirmare eum fratres suos ammonuit. Quod apostolicos pontifices meę exiguitatis predecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillanimitas^g mea licet impar^h et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. <Veⁱ enim erit nobis, qui huius ministerii bonus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quem^j apostoli predicaverunt, predicare neglexerimus. Ve erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare numulariis iubemur, id^k est^k christianos populos imbuere et docere, et cetera.>ⁱ

a) *Zahl fehlt KV.*

b) *folgt nachgetragen Cap. VII M.*

c) *cap. VIII am Rand nachgetragen M; Absatz mit Idem cap. VIII R.*

d) *korr. aus illabata M.*

e) *folgt vos CRV.*

f) *q(uonia)m C.*

g) *am Rand vel pusillitas M; pusillanimitas C; folgt lic K.*

h) *parva K.*

i)-i) *fehlt MK.*

j) *que V.*

k) *eher ide(m) C.*

2. Sixtus secundus papa^a Grato coepiscopo - Cap.^b I.^b

Memor sum^c me^c sub illius nomine ecclesie presidere, cuius a domino Iesu Christo est glorificata confessio et cuius fides nullam umquam fovet, sed omnes quidem hereses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei cause, in qua universalis ecclesie salus infestatur, impendam.

a) *fehlt CRV.*

b) *fehlt K.*

c) *korr. aus summe MCRV; summe K.*

3. Marcus papa. Cap.^a I.^a

De capitulorum namque numero Niceni concilii, quibus vos interfuisse litteris vestre fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisivimus colloctionibus, qui ita, ut vestre testate sunt littere, omnem nobis ordinem exposuerunt et vestram epistolam per omnia veram esse testificati fuerunt, non ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitraremur, sed nos et vos illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire obtaremus et sancta Romana ecclesia, que semper immaculata mansit et Domino providente et beato apostolo^b Petro^b opem ferente in futuro manebit, sine ulla hereticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persistit.

a) *fehlt K.*

b) Petro apostolo *KV.*

4. Iohannes Constantinopolitanus episcopus Hormisde pape^a.

Prima salus est recte fidei regulas custodire et a patrum traditione nullatenus deviare, quia non potest domini nostri Iesu Christi pretermitti sententia^b dicentis: 'Tu es Petrus et super hanc petram hędificabo ecclesiam meam.' Hęc quę dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio.

a) *dazu Rubrik* Alias Eusebius papa Cap. XVIII. *M.*

b) sententiam *M.*

5. Augustinus Eleusio et Gramatino.

Habebat Cartago^a episcopus, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret et Romanę ecclesię, in qua semper apostolicę cathedrę viguit principatus, et ceteris terris, unde evangelium ad ipsam Africam venit, per comminatorias litteras esse convictum, ubi paratus esset causam suam dicere.

a) Cantago *M.*

6. Ieronimus.

Hęc est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus quamque semper tenuimus, in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et fidem et sedem tenes. Si autem hęc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum vel malivolum vel etiam non catholico nomine hereticum comprobabit.

7. Eusebius papa^a.

In sede apostolica extra maculam semper est servata religio.

a) *Rubrik* Cap. XVIII. *R.*

IV.^a De electione et ordinatione Romani pontificis.

1. Simachus papa^b generali residens^c synodo^c dixit^d.

Propter frequentes ambitus quorundam et ecclesie nuditatem vel populi collisionem, que molesta et iniqua^e incompetenter episcopatum desiderantium generavit aviditas, ut extinguatur presumptio, tam perniosa futuris temporibus, constituit sancta synodus, ut si quis presbiter aut diaconus aut clericus papa^f incolomi et eo inconsulto aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare aut pitatia promittere aut sacramentum prebere temptaverit aut aliquod certe suffragium polliceri vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare aliquid atque decernere presumserit, loci sui dignitate vel communionem privetur.

- a) *Titel am Rand M; Zahl fehlt K.*
- b) *folgt in CR; ganze Rubrik fehlt V.*
- c) *sinodo residens CR.*
- d) *Inskription fehlt V.*
- e) *folgt et CRV.*
- f) *pape K.*

2. Idem^a. Cap.^b III.^b

Si, quod absit, transitus papę inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere, si quidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si vero, ut fieri solet, studia ceperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerit, vincat sententia plurimorum, sic tamen ut sacerdotis careat, qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreverit.

a) *fehlt CV.*

b) *fehlt KCV.*

3. Idem^a. Cap.^b IIII.^b

Propter occultas fraudes et coniurationum secretas insidias, quas^c sententia huius districtio-
nis consequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit noticiam consilia eorum, qui contra hanc
synodum^d de pontificali egerint ambitu, et rationabili probatione convicerit participes actionis
huiusmodi^e, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna
sit, sublevetur. Universa synodus surgens acclamavit placere omnia.

a) Nicholaus *K*; *fehlt V*.

b) *fehlt KCV*.

c) *qua M*.

d) *korr. aus synodo M; synodo K*.

e) *huiuscemodi C*.

4. Nicolai^a pape concilio episcoporum XIII. De^b eadem^b re^b.

Si quis apostolicę sedi sine concordia et canonica electione cardinalium eiusdem ac deinde sequentium clericorum religiosorum intronizatur, non papa vel apostolicus, sed^c apostaticus^c habeatur^c. Et ut moriente Romano pontifice vel cuiuscumque civitatis nullus presumat facultates eorum invadere, sed successoribus eorum integre reserventur.

- a) Nicolai *korr. in* Nicolaus C.
- b) *am Rand M; fehlt KCV.*
- c) habeatur sed apostaticus CV.

5. Eiusdem de eadem re.

Si quis peccunia vel gratia humana aut populari seu militari tumultu sine concordi et canonica electione cardinalium et sequentium religiosorum clericorum fuerit apostolicę sedi intronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus cum aliis Deum timentibus clericis et laicis invasorem et^a anathematizare et humano auxilio et studio a sede apostolica pellere, et quem dignum iudicaverint, reponere. Quod si hoc intra urbem nequiverint, auctoritate apostolica extra urbem congregati in loco, qui eis placuerit, electionem faciant, concessa electo auctoritate regendi et disponendi res et utilitatem sanctę Romanę ecclesię iuxta qualitatem temporis, quasi iam^b intronizatus sit^c.

- a) etiam *RV*.
- b) *folgt* sit *C*.
- c) *folgt* optineat *C*.

6. <Ex sinodus^a Stephani II. in actione III.>^b

Oportebat^c ut hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod a beato Petro et eius successoribus institutum est, rite ordinaretur, ut in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbiteris aut diaconibus consecraretur^d.

a) *so R.*

b) *diese Inschrift vor dem nächsten Kapitel M; hier statt dessen Idem CV; Inschrift hier nur R; kein Absatz MK.*

c) *Portebat, O; nachträglich übergeschrieben M.*

d) *consacraretur M.*

7. <Ex^a synodus^b Stephani secundi in actione III.>

Stephanus tertius natione^c Sículus congregatis episcopis totius Tuscię atque Campanię, considentibus pariter XII episcopis Francorum et Romanis presbiteris, in presentia totius cleri^d et populi concilium fecit in basilica Constantiniana, in quo^e dampnavit Constantinum neophitum invasorem sedis apostolicę et inscriptiones eius et gesta decretorum. Et allatis sacratissimis canonibus eisque^f liquido perscrutatis prolata est sententia ab eodem concilio sub anathematis interdictu^g, ut nullus umquam laicorum neque ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbiter factus fuerit cardinalis, ad sacrum pontificatus honorem promoveri.

- a) *Die Inschrift fehlt hier KR; statt dessen hier schon Titel 5 R; nur Ex sinodo Stephani pape CV.*
- b) *so M.*
- c) *natus CRV.*
- d) *korr. aus clerus M.*
- e) *qua C; korr. in qua R.*
- f) *eiusque M; korr. aus eiusque R.*
- g) *interdictum MK.*

V.^a Quod ad papam pertinet regimen omnium ecclesiarum^b.

1. Leo^c episcopus universis episcopis per Siciliam constitutis in Domino salutem. <Cap.^d I.^d>

Divinis preceptis et apostolicis monitis incitatur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus effectu^e, ac si quid usquam reprehensione invenimus obnoxium, celeri sollicitudine^f aut ab ignorantie imperitia aut a presumptione^g usurpatione revocemus, quia beati apostoli Petri sedes^h vobis sacerdotalis materⁱ dignitatis est et^j ecclesiasticę magistra rationis.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Titelüberschrift in R zweimal: hier und vor I 4, 7.*

c) *folgt V. M; folgt quintus durchgestrichen C.*

d) *anscheinend nachgetragen M; fehlt KCV; schon bei I 4, 7, dann durchgestrichen R.*

e) *affectu C.*

f) *folgt ab K.*

g) *presumptionis CRV.*

h) *folgt que CRV.*

i) *folgt est CRV.*

j) *etiam CRV.*

2. Gregorius papa Gaudentiano^a episcopo Nolano. In epistola XII. lib. V.^a

Quoniam Festus Capuane ecclesie episcopus in Romana civitate positus de hac luce migravit, cure nobis fuit, que universis ecclesiis a nobis impenditur, ad fraternitatem tuam presentia scripta dirigere, ut memorate ecclesie visitator accedas, sic tamen ut nichil de provectionibus clericorum reditu ornatu ministeriisque, vel quicquid prefati loci esse poterit, a quoquam presumi patiaris. Sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem ecclesie exhibere te convenit, ut in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedule ac devote debeant Deo servire.

a)-a) *fehlt K.*

3. Siricius papa orthodoxis episcopis per diversas provincias constitutis salutem. Cap.^a I.^a

Cogitantibus nobis mecum divini iudicii, fratres karissimi, et post vitam hanc unumquemque, prout gesserit, recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis loqui necessitas imperavit, dicente propheta: 'Exalta ut^b tuba vocem tuam', et cui omnium ecclesiarum cura est, si^c dissimulem, audiam^d Domino^e dicente^e: Reiecistis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis.

a) *fehlt K.*

b) *quasi K.*

c) *scheint nachgetragen M.*

d) *folgt getilgt domino M.*

e) *korr. in Dominum dicentem M; Dominum dicentem C; domino dicentem V.*

4. Leo episcopus urbis Romę Anastasio episcopo Thessalonicensi. Cap.^a I.^a

Quanta fraternitati tuę a beatissimi Petri apostoli auctoritate^b commissa sunt et qualia etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres et iusto examine ponderares, multum possemus de iniunctę tibi sollicitudinis devocatione^c gaudere, quoniam sicut predecessores mei predecessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuę priorum secutus exemplum vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, immitator nostre mansuetudinis effectus adiuvares.

a) *fehlt K.*

b) *actoritate M.*

c) *korr. in devotione M; evocatione C; devotione R; devocionis V.*

5. Zephirinus. Cap.^a X.^a

Tantum a domino huius sancte^b sedis^b et apostolice ecclesie fundatore beato Petro principe apostolorum accepimus fiduciam, ut pro universali Christi sanguine redempta ecclesia impigro vigilemus affectu et omnibus Domino famulantibus succurramus et cunctis pie viventibus apostolica^c opem^c feramus^c auctoritate.

a) *fehlt K.*

b) *sedis sancte K; sancte fehlt CV.*

c) *opem feramus apostolica K.*

6. Iulius. Cap.^a XV.^a

Michi, cui vice principis apostolorum universalis ecclesie cura commissa est, summopere providendum est, ne talia deinceps fiant, quoniam ideo huic sancte sedi prefata privilegia sunt concessa tam de congregandis conciliis et iudiciis ac restitutionibus episcoporum quam et de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium et iniuste dampnati restitutionem sumant et talia ab impiis nec presumantur absque ultione nec exercentur absque sua dampnatione.

a) *fehlt K.*

7. Liberius papa. Cap.^a I.^a

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fidutiam, ut habeamus auctoritatem pro universali ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum ecclesie commovere ad lesionem recte credentium absque sui periculo honoris.

a) *fehlt K.*

VI.^a Nullum episcopum ordinandum^b vel^c dampnandum nisi per pontificem Romanum.

1. Gregorius Iohanni subdiacono. <Epistola^d XXX. lib. III.>^d

Quanto apostolica sedes^e auctoritate^f cunctis prelata constat ecclesiis, tanto^g inter multiplices^h curasⁱ et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur^j arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesie Mediolanensis episcopo sua nobis relatione clerus innotuit in electione se filii nostri^k Constantii diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus, iccirco huius precepti auctoritate^l suffultum Genuam^m te^m proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet convocatis eis in communi perscrutari et, si nulla eos diversitas ab electionisⁿ unitate disterminat, si quidem in^o predicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis^p, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostrę auctoritatis assensu^q solaciante Domino facias consecrari, quatenus huiusmodi^r servata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat et a se concessa aliis sua iura non minuat.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) ord(ine) C.

c) *fehlt C.*

d)-d) *nur M.*

e) sede K.

f) auctoritate M.

g) *folgt et K.*

h) *korr. aus multiplicis M.*

i) *korr. aus curam M; cura K.*

j) expectetur C.

k) *fehlt CV.*

l) auctoritatem M.

m) genu ante K; Ianuam te C.

n) *korr. aus electione M; electione K.*

o) *fehlt CV.*

p) cognoscitis CV.

q) consensu K.

r) huimodi R.

2. Gregorius Constantineꝯ^a auguste. In epistola XXXIII.^b lib.^c V.^a

Omnipotens Deus, qui pietatis nostrę^d cor suę dextera maiestatis tenet, et nos ex vobis protegit et vobis pro temporalibus actibus eternę premia remunerationis parat. Nam Saviniano diacono responsali meo scribente cognovi, in causis beati Petri apostolorum principis contra quosdam superbe humiles fecte^e blandos quanta se iusticia vestra serenitas impendat; et in redemptoris nostri largitate confido, quia bonum hoc in serenissimo domino et piissimis filiis, in cęlestis quoque patrię retributione recipietis. Nec dubium est peccatorum vinculis solutos eterna^f vos^f bona recipere, quę in causis eius eęclesię ipsum vobis, cui potestas ligandi et solvendi data est, debitorem fecistis. Unde adhuc peto, ut nullius prevalere contra veritatem ypocrisin permittatis. Et infra:^g Salonitanę vero civitatis episcopus me ac responsale^h meo nesciente ordinatus est; et facta res est, quę sub nullis anterioribus principibus evenit. Quod ego audiens ad eundem prevaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, ut omnino missarum sollempnia cęlebrare nullo modo presumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent. Quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Et contempto me atque despecto, in audacia quorundam secularium hominum, quibus denudata sua eęclesia premia multa prebere dicitur, nuncusque missasⁱ facereⁱ presumit atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem preceptioni pietatis eius obędiens eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me vel responsalem meum pretermittere presumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me auctore^j fuerit ordinatus. Alia vero perversa illius, scilicet mala corporalia quę cognovi, vel quia cum peccuniis, est electus vel quod^k excommunicatus missas facere presumpsit, propter Deum inrequisita preterire non possum. Et infra: Et si ad me venire diu distulerit, exercere in eo distractionem canonicam nullo modo cessabo.

a)-a) *fehlt K; Constantię CV.*

b) XXXIII. *CV; XXX. R.*

c) liber *C.*

d) vestrę *CR.*

e) fictos *K.*

f) vos eterna *K.*

g) *Absatz CRV.*

h) responsali *K.*

i) facere missas *K.*

j) actoritate *korr. in actore M.*

k) quia *K.*

3.^a Victor Romanę ac^b universalis^b ecclesię^b episcopus Theophilo episcopo et cunctis fratribus Alexandrię Domino famulantibus salutem in Domino. Cap.^c III.^c

Ad apostolicam delatum est sedem ea vos^d iudicare, quę preter nostram vobis definire non licet auctoritatem, id^e est^e episcoporum causas. Quod ita constitutum esse liquet a tempore apostolorum et deinceps. Quamquam^f enim comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum^g sit^g Domino^g: 'Quęcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in cęlis.' Et^h alibiⁱ institutis legitur apostolicis: 'Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, aput patriarcham vel primatem dioceseos aut pęnes universalis apostolicę ecclesię iudicetur sedem.' Nichil aliud est, frater, talis presumptio, nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi eorumque decreta violari. Culpantur enim, ut scriptum est, frater^j, qui aliter circa episcopos iudicare presumunt, quam apostolicę sedis papę fieri placuerit.

- a) *davor Titel 7 CRV.*
- b) *fehlt ac universalis K; ecclesię ac universalis C.*
- c) *fehlt KCV.*
- d) *vobis K.*
- e) *eher ide(m) MKC.*
- f) *am Rand In V cap. M.*
- g) *sit Domino dictum C.*
- h) *am Rand In VI. cap. M.*
- i) *folgt nachgetragen in C.*
- j) *folgt Theophile R; idest teophile V.*

4. Gregorius^a. Iohanni^b episcopo^b Corinthiorum^b.

Equitatem atque sollicitudinem Secundini fratris et coepiscopi nostri, quę olim nobis bene est cognita, etiam series indicata monstravit. In qua re valde placuit letosque nos reddidit, quia in causa Anastasii quondam episcopi, quam ei examinandam iniuncimus, vigilantiam suam diligenter exercuit et cognita crimina, ut iusticia poscebat^c et oportuit, vindicavit. Sed in his omnibus gratias omnipotenti Deo referimus, qui desistentibus quibusdam accusatoribus cognitioni eius veritatem, ne tantorum causa facinorum latere potuisset, ostendit. Quoniam vero in eadem sententia, in qua suprascriptum^d Anastasium iustę dampnatum constat atque depositum, sic quasdam suprascriptus frater et coepiscopus noster ultus personas^e est, ut nostro arbitrio reservaret. Iccirco quid de eis tenendum servandumque sit, presenti epistola signare perspeximus. Paulum itaque diaconum latorem presentium, quamvis culpa sua vehementer confundat atque redarguat, quod deceptus promissione ab accusatione quondam episcopi sui destiterit et cupiditatis studio silere contra animam suam potius quam prodere vera consensit, tamen quia plus pios esse nos convenit quam districtos, hanc ei culpam ignoscimus atque eum in ordine locoque^f suo^f recipiendum esse censemus. Nam ei a tempore prolatę sententię afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpę sufficere.

a) Gregorius *zweimal C*.

b) *fehlt KV*; Iohanni episcopo chorintho *C*; *folgt* in epistola *L*; libro *V. R*.

c) *poscebat M*.

d) *supradictum M*.

e) *korr. aus personat .. M*; *persona V*.

f) *suo locoque K*.

5. Eleutherius. Cap.^a II.^a

De accusationibus clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, definitiva episcoporum tantum huc iudicia deferantur et huius sanctę sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut proponantur aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia.

a) *scheint nachgetragen M; fehlt KCV.*

6. Zepherinus. Cap.^a II.^a

Patriarche vero vel primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate aut se ipse reum confiteatur aut per innocentes et regulariter examinatos vincatur testes.

a) *fehlt K.*

7. Idem. Cap.^a V.^b

Nullum episcoporum sententia non a suo iudice constringat, quia et leges seculi id ipsum fieri precipiunt. Sibi^c enim iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur, nec prius audiatur aut excommunicetur vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur et regulariter vocatus ad suorum primo conventum episcoporum per eos eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis^d vero eius causę ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatur, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam eius auctoritate fulciatur^e.

a) *fehlt KCV.*

b) *korr. aus III. M; fehlt KCV.*

c) *Hpi M; Xpi KV; auf Rasur R.*

d) *am Rand Cap. VI. M.*

e) *korr. aus finiatur M.*

8. Iulius cap.^a XVIII.^a

Decuerat vos iuxta prefatas regulas, ut si aliquid egissent contra suum ordinem^b, mandare nobis et expectare, quid ad vestra consulta rescriberemus; intantum ut si etiam quicquam grave intollerandumque comitterent, nostram prestolarentur censuram et nichil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis prestitutis nulla aut negligentia aut presumptione recederetis. Cesset huiusmodi pressa nostra auctoritate presumptio, vitentur huiusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta, quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori, et insuper in sancta Nicena synodo constitutum est, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione nec illi, qui nos in sua nolunt^c recipere querela vel accusatione, cum^d nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos, et sicut maior non potest a minore iudicari, ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum est. Portamus onera omnium qui gravantur, quinimmo hec portat in nobis beatus Petrus apostolus, cuius vice^e fungimur legatione et cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc et in perpetuum tueamur adversis.

a) *fehlt K.*

b) *oro K.*

c) *korr. aus noluit M.*

d) *eher eum R.*

e) *vice nos korr. in nos vice K.*

9. Karissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo Felix primus episcopus in Domino salutem. Cap. IIII.

Placuit quatenus primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis, quam apostolica freti auctoritate aut reum se ipsum^a confiteatur aut per innocentes et canonicę examinatos regulariter testes convincatur. Aliter censemus irritam esse et iniustam episcoporum dampnationem et iccirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

a) ipse *CRV*.

10. Iulius, Cap. VIII.^a

Si quis ab hodierna die et deinceps preter huius sanctę sedis sententiam episcopum dampnare aut propria sede pellere presumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse dampnatum et proprio carere perpetim honore; eosque qui absque huius sedis sententia sunt eiecti vel dampnati^b, huius sanctę sedis auctoritate scitote pristinam recipere communionem et in propriis restitui sedibus, quoniam et prius, a tempore scilicet apostolorum, hęc sanctę huic sedi concessa sunt et postea in Nicena synodo propter pravorum hominum infestationes atque hereticorum persecutiones et insidiantium molimina fratrum sunt concorditer ab omnibus roborata, ut magis singuli provideant, ne talia audeant perpetrare, et caveant, si non propter Deum et honorem fraternum^c, tamen propter obprobrium hominum et ruborem suum atque canonicam ultionem, saltim hęc timore et verecundia compressa silentio comprimantur, amputato scilicet totius usurpationis excessu, quia nullus debet presumere quę sibi non videntur esse concessa. Quam in culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris^d accipitis, inde legem totius observantię sumeretis et beati apostoli^e Petri^e sedes, quę vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticę magistra^f rationis^f.

- a) *scheint korr. aus VII. M.*
- b) *dampdati M.*
- c) *fratrum M.*
- d) *fehlt M.*
- e) *Petri apostoli CV.*
- f) *magistrationis MK.*

11. Damasus. Cap. XX.

Temere iudicat, si quis episcopum absque sedis apostolicę auctoritate condempnat, cum ei, ut paulo superius prelibatum est, hoc specialiter privilegium reservatum sit. Sed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis, offendiculum fratri vel scandalum. Patenter^a enim his et aliis innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manifestum est non debere episcopum dampnare^b, licet eius perscrutetur opinio, donec iudicium de eo nostrę apostolicę^c auctoritatis, hoc est principis apostolorum Petri, cognoscat, utpote quoniam solus et pre omnibus creditus est atque accipere meruit a rege regum Christo Deo^d claves regni celorum ad aperiendum fidelibus et benivolis hominibus in eundem dominum nostrum et claudendum infidelibus et malivolis atque suis sacerdotibus^e et sanctę ecclesię suo pretioso sanguine redempte impugnatoribus sive nocentibus, quod utique et nos facere postulavit.

a) *am Rand Cap. XXI MK.*

b) *dampnari K.*

c) *nachgetragen M; fehlt C.*

d) *fehlt K.*

e) *sacerdotibus M; korr. aus sacerdotalibus R.*

12. Innocentius Aurelio et omnibus sanctis episcopis vel ceteris, qui in consilio Cartaginensi affuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem.

In requirendis de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet^a a sacerdotibus, maxime a vero iustoque et catholico tractari concilio, antique traditionis exempla servantes et ecclesiasticę memores disciplinę nostrę religionis vigorem non minus nunc in consulendo quam ante pronuntiaretis vera ratione firmitatis^b, qui ad nostrum referendum approbandum^c esse iudicium, scientes quod apostolicę sedi, cum omnes hoc loco preposito^d ipsum sequi desideremus apostolum, debeat, a quo ipse episcopatus et tota auctoritas nominis huius emersit. Quem sequentes tam mala iam dampnare novimus quam probare et^e laudare laudanda. Vel id revera^f quod patrum instituta sacerdotali custodientes auxiliig^g officio, non cessetis^h esse calcanda, quodⁱ ille^j non humana sed divina decrevere sententia, ut quicquid quamvis de disiunctis remotisque provinciis cogeret, non, prius ducerent finiendum quod veniret, nisi^k ad huius sedis noticiam perveniret^k, ut tota huius auctoritate iuxta quę fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent ceterę ecclesię^l, velut^m de natali suo fonte aque cuncte procederent et per diversas totius mundi regionesⁿ puri capitis incorruptę manerent^o, quid precipere, quos abluere^p, quos velut in ceno inmundibile^q sordidatos mundis digna corporibus unde vitaret.

- a) debet *K*.
- b) firmatis *R*.
- c) approbatis *CRV*.
- d) prepositi *CRV*.
- e) vel *CR*.
- f) vera *MK*.
- g) *fehlt CRV*.
- h) cęssetis *C*; censetis *V*.
- i) quę *R*; que *CV*
- j) illi *CRV*.
- k)-k) *fehlt M*.
- l) *folgt* que *CRV*.
- m) *korr., vorher anscheinend* velud *M*.
- n) *folgt* de fonte *CRV*.
- o) manarent *C*; manerent *korr. in* manarent *RV*.
- p) *folgt* deberent *RV*.
- q) inmundabili *CRV*.

VII.^a Quod irritum est quicquid in apostolica sede absque apostolico decernitur.

1. Symachus papa in synodo. Cap.^b II.^c

Si cuiuslibet provincię sacerdotes intra suos terminos concilio habito, quicquid sine metropolitani sui antistitis auctoritate testati fuerint, irritum esse debere patres sancti sancxerunt, quanto magis quod in apostolica sede non existente presule, qui prerogativum beati meritis apostoli Petri per universum orbem primatum obtinens sacerdotii statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem, a laicis licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen pontifici, a quo consecrari^d probantur, preiudicium inferre non potuerunt, presumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censi.

a) *Titel 7 fehlt hier CV (s. I 6, 3); Zahl fehlt K.*

b) *Capitula C; fehlt KR.*

c) *fehlt KR.*

d) *consecrati C.*

VIII.^a De appellanda sede apostolica.

1. Sixtus secundus Grato coepiscopo^b.

In hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat et modo ad vestrum et ceterorum fratrum auxilium denuo roboratum est, ut omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quotiens necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut fuit semper, pie fulciantur defendantur et liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas et episcoporum iudicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit, quoniam culpantur episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam eiusdem sedis papę fieri placuerit. Unde placuit ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolicę sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret, et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in loco eius ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: 'Quęcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in cęlis.' Cap.^c III.^c Et si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, aput primatem dioceseos aut penes universalis apostolicę ecclesię papam iudicetur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *dazu Cap. II. M; Cap. III, die Zahl wieder getilgt V.*

c) *am Rand MK; Absatz CRV.*

2. Fabianus episcopus urbis Rome omnibus episcopis salutem. Cap. XV.^a

Si in rebus secularibus suum cuiusque ius et proprius ordo servandus est, quanto magis^b ecclesiasticis^c dispositionibus nulla debet induci confusio. Quod hac observatione servabitur, si nichil potestati sed totum equitati tribuitur.

a) V. X. CV.

b) *über der Zeile in M; folgt in K.*

c) *fehlt V; nachgetragen R.*

3. Cap.^a XXVII.^b

Si quis iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellanti autem non debet afflictio ulla aut detentionis iniuriare custodia, sed liceat appellatori vitiata^c causam^c appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare nec vox appellandi denegetur ei, quem in supplicio sententia destinavit^d. Capitulo XXVIII. Pulsatus^e ante suum iudicem causas dicat et non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit^f, taceat, et ut pulsatis, quotiens appellaverint, indutię dentur^g. <Nec^h quemquam sententia non a suo iudice dicta constringat^h.>

a) Capitula C; kein Absatz K.

b) XXVIII. CV.

c) korr. aus vitiatura cause M.

d) korr. in destinaverit C.

e) Absatz CRV.

f) folgt getilgt tace (?) M.

g) Rest der Seite (etwa 3/4 S.) leer gelassen M.

h)-h) nur CRV.

4. Domino beatissimo et honorabili sancto patri Felici sanctę sedis apostolicę urbis Romę papę Athanasius et universi Egyptiorum Thebaidorum et Libiorum^a episcopi in sancta Alexandrina synodo gratia Dei congregati.

Ideo pater beatissime, quia semper^b antecessores nostri et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus et nostri vos curam habere cognovimus, prefatam apostolicam et summam expetivimus iuxta canonum decreta sedem, ut inde auxilium capiamus, unde predecessores nostri ordinationes et dogmata atque sublevationes cęperunt. Ad eam quoque quasi ad^c matrem recurrimus, ut eius uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum. Sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos, quoniam non levibus nos inimici nostri implicuerunt et cottidie facere moliuntur afflictionibus et apprehendere ac ferris nos constringere minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod vobis inconsultis nequaquam agere presumimus, canonibus quippe iubentibus absque Romano nos^d de maioribus causis nichil debere decernere pontifice. Ideoque ad propositum currentes et bravium properantes vestrę apostolicę sedis imploramus auxilium, quia ut credimus non despexit Deus preces cum lacrimis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos vestrosque predecessores, apostolicos videlicet presules, in summitatis arce constituit omniumque ęcclesiarum eis curam habere precepit, ut nobis succurratis nosque tenentes, cui omne episcoporum iudicium est commissum liberare non negligatis. Nam scimus in Nicena magna synodo CCC^{tume} X^{cemf} et VIII^{tof} episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum non debere absque Romani pontificis sententia^f concilia cęlebrari nec episcopos dampnari.

a) Libidiorum *R*.

b) *korr. aus sepe M; sepe K; seper V*.

c) *fehlt K*.

d) vos *K*.

e) trecentorum *KC*; trecentum *korr. in trecentorum R; trecentum V*.

f) conscientia *C*; *gestrichen, darüber* vel conscientia *R*.

5. Simachus.

Nefas est apostolice sedi supplicum preces oblatas despiciere, sed ut condecet et privilegium nostrę^a sedis est, nos et illi canonicaliter convocemur et ante vos de nostris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut predecessores nostri penes vestros antecessores et sicut canonica in predicta sancta synodo docent^b instituta et sicut paleati verbis per ventilabrum canonice examinationis, plenam purgationem in communi consistentes auditorio de maturis et nutrientibus catholice ecclesię dogmatibus, quę confirmant cor hominis, per confirmationem paternarum consequamur institutionum. Antiquis enim regulis censitum est, ut quicquid quamvis in remotis aut in longinquo positis provinciis super episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius retractandum aut accipiendum esset^c, quam ad noticiam alme sedis vestrę fuisset^d deductum, ut huius auctoritate iuxta quę fuisset pronuntiatio infirmaretur aut^e firmaretur^e, indeque sumerent normam, unde ecclesię sumserē^f predicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus colonne averterentur ecclesię. Certum est enim, quod eidem sedi vestrę in honore beatissimi Petri patrum decreta peculiarem decrevere reverentiam olim^g pro rebus inquirendis atque determinandis, quas sollicite decet iusteque ab ipso presulum verticę examinare apostolico, cuius sollicitudo semper fuit et est tam mala dampnare quam probare laudanda.

- a) vestrę *KR*.
- b) docet *K*.
- c) esse *C*.
- d) fuisse *KRV*.
- e) *am Rand nachgetragen C*.
- f) *korr. aus sumere C*.
- g) d(e)i *KV*.

6. Simachus.

Legite, insanissimi, aliquando in^a illis^a preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum et non de maioribus negotiis ad collationem siquidem occurrit^b prefate sedis arbitrio fuisse servatum. Sic enim habes. Si quis episcoporum iudicio comprovinciali depositus fuerit, Romanum adeat papam, si placet, et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione dampnati.

a) *eher* nullis *C*.

b) *occurrerit C; korr. in occur(er)int R.*

7. Gregorius^a servus servorum Dei omnibus episcopis per diversas provintias constitutis.

Divinis preceptis et apostolicis saluberrimis incitatur monitis, ut pro omnium statu impigro vigilemus affectu, et quia cunctarum divina dispensatione ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia apostolica auctoritate subvenire optamus, quoniam divine virtutis et infirmitatis^b humane sanctio^c est^c, ut omnium ecclesiarum negotia ad nostrę reparationis tendant^d effectum^e. Quapropter has ad vos litteras destinavimus, in quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem mandamus, ut nichil prius de eo, qui ad sinum sanctę Romane confugit ecclesię eiusque implorat auxilium, decernatur, quam ab eiusdem ecclesię preceptum fuerit^f auctoritate, quę vices suas ita aliis impertivit ecclesiis, ut in partem sint vocate sollicitudinis, non in^g plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus presumptum fuerit, ab officio cleri submotus apostolicę auctoritatis reus ab omnibus iudicetur, ne lupi, qui sub spetię ovium^h subintrarunt, bestiali sevicia quosqueⁱ audeant dilacerare^j et quod sibi fieri nolunt inferre aliis presumant.

- a) *dabei Rubrik Vacat K.*
- b) *korr. aus infirmatis C.*
- c) *sanctione KV.*
- d) *tendat K.*
- e) *korr. aus affectum C; affectum V.*
- f) *fehlt K.*
- g) *fehlt K.*
- h) *ouuum R.*
- i) *quousque K.*
- j) *fehlt K.*

8. Melciades. Cap.^a II.^a

Nullum iudicium iudicetis suspitionis arbitrio, sed primum probate et postea caritativam proferte^b sententiam, et quod non vultis vobis fieri, alteri non faciatis. Mementote semper sermonis Domini qui ait: 'Nolite iudicare, ut non iudicemini.' Nolite condemnare, ut non condemnemini^c. Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare absque sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia et vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctę sedi a temporibus apostolorum statutum est conservare, quod illesum manet usque in hodiernum^d diem. Episcopos ergo, quos sibi Dominus elegit oculos et columpnas ecclesię esse voluit, quibus etiam ligandi et solvendi^e potestatem dedit, suo iudicio reservavit. Cap.^f III.^f Atque hoc privilegium beato clavigero Petro sua vice solummodo commisit^g, quod eius iuste prerogativum successit sedi futuris hereditandum atque tenendum temporibus, quoniam et inter beatissimos apostolos fuit quędam discretio potestatis, et licet cunctorum par electio foret^h, beato tamen Petro concessum est, ut aliis premineret et eorum, quę ad quęrelam venirent, causas et interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterius eorum cuncta sibi vindicarentⁱ, sed semper maiores cause, sicut sunt episcoporum et potiorum cure negotiorum, ad unam beati Petri principis apostolorum confluerent^l, ut inde suscipiant finem iudiciorum, unde acceperunt initium, institutionum, ne quando a^k suo^k discrepent^k capite. Cap.¹ IIII.¹ Si vero se viderit quisquam vestrum pregravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo. A^m quibusdam audivimus fratribus, quibus infesti eratis nimis, quod iurgia et discordia sint inter vos; propterea ista scripsimus vobis, mandantes ut ita teneatis, sicut ab apostolica sede tenenda mandantur^m.

- a) *fehlt R.*
- b) *scheint korr. aus proferre M.*
- c) *korr. aus condemnabimini M.*
- d) *korr. aus odiernum M.*
- e) *solven mit Lücke K.*
- f) *fehlt KV.*
- g) *reservavit K.*
- h) *fuerit K.*
- i) *vindicaret M.*
- j) *folgt sedem CV; dasselbe über der Zeile R.*
- k) *discrepent a suo CV.*
- l) *fehlt K; steht erst beim nächsten Satz am Rand CRV.*
- m)-m) *fehlt M; am Rand Cap. IIII. Vacat. CRV.*

IX.^a De potestate papę sine synodo deponere episcopos restituere incardinare transmutare.

1. Felix tercius^b episcopus sanctę ęcclesię catholicę urbis Romę Acatio.

Multarum transgressionum reperiris obnoxius et in venerabilis concilii Niceni contumelia sepe versatus alienarum tibi provinciarum iura temerarię vendicasti, hereticos et pervasores atque ab hereticis ordinatos, et quos ipse dampnaveris atque ab apostolica sede petisti dampnari, non modo comunioni tute recipiendos putasti, verum etiam ęcclesiis aliis, quod nec de catholicis fieri poterat, presidere fecisti atque etiam honoribus, quod non merebantur, auxisti^c. Et quasi hec minora tibi viderentur, in ipsam doctrinam apostolicę veritatis ausus tuos et superbiam tetendisti, ut Petrus, quem dampnatum a sancte memorię decessore meo ipse retuleras, sicut testantur adnexa, beati^d evangelistę sedem te iubente rursus invaderet et fugatis orthodoxis episcopis et clericis sui proculdubio similes ordinaret pulsoque eo, qui illic fuerat regulariter constitutus, captivam teneret ęcclesiam. Felicem quoque deffensorem fidelissimum nobis necessitate^e faciente serius^f subsequutum indignum tuis oculis censuisti, eos quoque tecum litteris communicare testatus, quos constat hereticos. Habeto ergo cum his, quos libenter amplecteris, portionem et sententia presenti, quam per tuę tibi direximus ęcclesię deffensorem, sacerdotali^g honore et communione catholica necnon etiam a fidelium numero segregatus sublatum tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti spiritus iudicio et apostolica per^h nos^h auctoritateⁱ dampnatus nec iam anathematis vinculis exuendus.

a) *Zahl fehlt KR; Titel fehlt hier (s. I 9,9) CV.*

b) *fehlt R.*

c) *hauxisti M.*

d) *korr. aus beatę M.*

e) *korr. aus necessitatem M; necessitatem K.*

f) *korr. aus servus V.*

g) *korr. aus sacerdotale M.*

h) *über der Zeile nachgetragen M.*

i) *auctorica auctoritate M.*

2. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius^a.

Cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvi, utpote quę de omni ecclesia fas habeat iudicandi neque cuiquam de eius liceat iudicio^c iudicere^c. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt^d, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter setis constet Achatium^e nullum habuisse pontificium sedis apostolicę sententiam sine ulla eius noticione solvendi. Qua certe synodo hoc ille presumpsit, quod nec si absque apostolica sede fas quidem haberet efficere posset? Cuius sedis episcopus, cuius metropolitane civitatis antistes? Nonne parrochie^f Aradensis ecclesię? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicę sedis abrumpere nulla eius consolatione^g quesita, itane vero non licuit primę sedi Calcedonensi^h synodiⁱ constituta sicut decuit exequenti huiusmodi prevaricatorem sua auctoritate detrudere?

a) *fehlt hier V.*

b) *fehlt KR; folgt Gelasius CV.*

c) *iudicare iudicio CV; durch Umstellungszeichen korr. in iudicare iudicio R.*

d) *voluerint CRV.*

e) *korr. aus Acatium M.*

f) *parrohechie M.*

g) *consideratione CRV.*

h) *so MKV; korr. in Calcedonensis C; Calcedonensius (?) korr. in Calcedonensis R.*

i) *korr. aus sinodo C.*

3. Silverius Amatori^a episcopo^a.

Guilisarius patricius noster mandavit me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palacium pincis^b et ad primum et ad secundum velum retinuit^c omnem clerum et populum, qui mecum veniebat, et nullum permisit^d introire nisi me solum et Vigilium diaconem nostrum. Me vero vi retento et ante predictam^e patriciam^e deducto miserunt in exilium, in quo modo sustentor pane tribulationis et aqua angustię. Ego tamen non dimisi nec dimitto propterea officium meum, sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizavi et una cum illis apostolica et synodali auctoritate statui nullum umquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum; et si aliquis deinceps ita deciperet ullum umquam episcoporum, anathema maranatha fieret in conspectu Dei et sanctorum angelorum^f.

a) *am Rand C; fehlt V.*

b) *principis V.*

c) *retinui C; tenuit RV.*

d) *permisi C.*

e) *korr. in predictum patricium M.*

f) *angelo K.*

4. Idem. In^a dampnatione Vigili.

Habeto itaque cum his, qui tibi consentiunt, plene dampnationis sententiam sublatumque tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti spiritus iudicio et apostolica a nobis auctoritate dampnatus^b. Sic enim decet sanctorum patrum fidem in ecclesia servari catholica, ut quod habuit ammittat, qui inproba temeritate quod non acceperit assumpsit.

a) *davor nochmals* Idem R.

b) dampnatum (*Endung korr.*) C.

5. Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis secundus Syxtus episcopus in Domino salutem. Cap. VII.

Fratres, quos timore terreno iniuste dampnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri apostolica^a auctoritate^a omnia, quę eis ablata sunt, integerrime reddi precipimus, si^b non vultis et vos et principes vestri a collegio nostro^c et membris ecclesię separari^b. Iusto enim iudicio Dei^d datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei iuvantur et aguntur, fiant per laborum exercitia clariores.

a) *fehlt KV.*

b)-b) *am Rand nachgetragen M.*

c) *vestro K.*

d) *über der Zeile nachgetragen M.*

6. Iulius sanctę Romanę^a ecclesię episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro, Berinto et ceteris orientalibus episcopis. Cap. XI.^b

Decuerat vos adversus sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam limare et non ironice loqui, quoniam et ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter alloquens ait: 'Tu es Petrus et super^c et reliqua. Habet enim singulari privilegio potestatem sibi concessam aperire et claudere ianuas cęlestis regni quibus voluerit. Quare miror vos tam audaces esse et tam impudenter^d egisse et terminos ac iura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim iuris erat, ut absque eius sanctę^e sedis^e auctoritate nullus deberet aut concilia cęlebrare aut episcopos ad synodum convocare vel eos dampnare aut propriis pellere sedibus aut alios in eorum loco ordinare, quę omnia vos temerare non timuistis^f.

a) *folgt* et apostolicę *MKR*.

b) *XL R*.

c) *folgt* hanc petram *C*; *folgt* hanc e. e. m. (*ohne et rel.*) *V*.

d) *korr. in* imprudenter *M*; *inprudenter KRV*.

e) sedis sanctę *CV*.

f) *folgt* Decuerat namque vos iuxta decreta sanctorum patrum mandare vobis et expectare, quod ad vestra consulta rescriberemus, in tantum ut, si etiam quicquam grave intolerandumque committerent, nostram prestolamini censuram et nihil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis prestitutis nulla aut negligentia aut presumptione recederetis. *K*.

7. Gelasius episcopus per Dardaniam constitutis.

Nec illa^a preterimus, quod apostolicę sedi frequenter dictum est more maiorum etiam sine ulla synodo precedente exsolvendib^b quos synodus iniqua dampna verat, et dampnandi nulla existente synodo quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctę memorię quippe^c Athanasium synodus orientalis addixerat^d, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia dampnationi Grecorum non consensit, absolvit. Sanctę memorię nichilominus Iohannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum presulum certe dampnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque sanctum Flavianum pontificem Grecorum congregatione dampnatum pari tenore sola sedes apostolica, quoniam non consensit, absolvit. Potiusque, qui illuc receptus fuerat, Dioscorum sanctę sedis presulem sua auctoritate dampnavit et impiam synodum non consentiendo sola submovit, et pro veritate ut synodus Calcedonensis fieret, sola^e decrevit. In qua ut sola ius habuit absolvendi eos^f, quos synodica decreta perculerant^g, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam^h metropolitanos^h dampnasse cognoscitur.

- a) illud (-ud korr.?) C.
- b) über ex- übergeschrieben vel ab M.
- c) korr. M.
- d) abdixerat R; addiderat V.
- e) folgt getilgt sua M.
- f) fehlt K.
- g) eher pertulerant M; pertulerat K; percisierat V.
- h) fehlt CRV.

8. Gregorius Iohanni^a episcopo^a Larissco^a. In epistola VII. in^b lib.^c III.

Frater noster Adrianus Thebanę civitatis episcopus ad Romanam^d urbem^e veniens^e lacrimabiliter est conquestus de quibusdam capitulis se a fraternitate tua necnon Iohanne primę Iustinianę episcopo non legitime neque^f canonicę condempnatum. Sed de Iohanne primę Iustinianę urbis antistite^g ac de^h nequissimo eius dampnandoque iudicio alias sumus iuvante Domino tractaturi. Adrianum vero episcopum repperimus et tuo contra sacerdotales mores odio laborasse et nullo iure peccuniariis in causis eum fraternitatis tuę condempnatum fuisse sententia. Quia igitur et ab antefatoⁱ Iohanne primę Iustinianę episcopo contra ius canonesque^f depositus honoris sui gradu carere non potuit, in sua eum reformari ecclesia atque in proprię dignitatis ordine decrevimus revocari. Et cum oportuisset te ex eo dominici corporis communionem privari, quod post ammonitionem sanctę memorię decessoris^k mei^l, per quam eum ecclesiamque eius de tui^m iuris ditione potestatis exemit rursus meisⁿ aliquid tibi iurisdictionis servare presumpseris^o, tamen nos humanius decernentes communionisque tibi sacramentum interim conservantes decernimus, ut fraternitas tua ab eo ecclesieque eius omnem ante habitę suę potestatem iurisdictionis^p abstineat, sed secundum scripta decessoris^q nostri, si qua causa vel fidei vel criminis vel pecuniaria adversus prefatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit evenire, vel per eos, qui nostri sunt vel fuerint^r in urbe regia responsales, si mediocris est, quęstio cognoscatur vel huc ad apostolicam sedem, si ardua est, deducatur, quatenus nostrę audientię sententia decidatur. Quod si contra hęc quę statuimus quolibet tempore qualibet occasione vel surreptione venire temptaveris, sacra te communionem privatum nec ea^s te excepto ultimo vitę tuę tempore nisi cum concessa Romani pontificis decernimus iussione percipere. Hęc enim consona sanctis patribus diffinitione sanctimus, ut qui sacris nescit obędire canonibus, nec sacris amministrare vel communionem capere sit dignus altaribus. Res autem sive sacras sive alias mobiles^t immobilesque^t eius^u ecclesie, quas actenus dicitur retinere, quarum noticiam nobis oblatam presentibus annectimus litteris, sine aliqua ei fraternitas tua dilatione restituat. De quibus si qua inter vos quęstio vertitur, volumus ut apud responsalem nostrum in urbe regia ventiletur.

- a) *rubriziert hinter libri III. CV; Larissco ebd. R.*
- b) *fehlt CV.*
- c) *libri M.*
- d) *Romam, übergeschrieben Romanam M.*
- e) *durch Umstellungszeichen korr. aus veniens urbem M.*
- f) *nec CV.*
- g) *antistite M.*
- h) *fehlt CRV.*
- i) *antef mit Lücke K.*
- j) *cano mit Lücke K.*
- k) *korr. aus decessores M.*
- l) *scheint korr. in mee M.*
- m) *tuis M.*
- n) *in eius CV; in eis K.*
- o) *korr. aus presumpserit MKC.*
- p) *scheint korr. aus iurisdictione M.*
- q) *successoris (?) korr. in antecessoris C.*
- r) *fuerunt C.*
- s) *eam R.*
- t) *mobilesque RV.*
- u) *davor getilgt ein zweites eius M.*

9.^a Idem Fortunato^b episcopo^b Neapolitano^b. In^c epistola XI.^d libri VI.^c

Fraternitatem tuam a nobis petisse recolimus, ut Gratianum ecclesię Venefranę diaconem tuę concederemus ecclesię cardinandum. Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non providimus differendam. Iccirco scriptis tibi presentibus eum necessario duximus concedendum, habiturus^e licentiam diaconem illum nostra interveniente auctoritate ecclesię tuę Deo propitio constituere cardinalem.

a) *davor Titel 9 CV.*

b) *am Rand CV.*

c)-c) *nochmals am Rand M; fehlt CV.*

d) *folgt in M.*

e) *hebituro RV.*

10. Gregorius^a in^a registro^a. Iohanni^b episcopo^b Squillaciuo^b. In^c epistola XXV. lib. II.^c

Pastoralis officii cura nos ammonet destitutis ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum pastorali debeant sollicitudine gubernare. Propterea te Iohannem ab hostibus captivatem Lisitanę civitatis episcopum in Squillacina ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem, ut et susceptam semel animarum curam intuitu future retributionis impleas, et licet a tua hoste imminente depulsus^d sis, aliam, quę a pastore vacat, debeas^e ecclesiam gubernare; ita tamen ut, si civitatem illam hostibus liberam effici et Domino protegente ad priorem statum contingerit^f revocari, in eam, qua et prius ordinatus es, ecclesiam revertaris; sin autem predicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua a nobis incardinatus es, debeas ecclesia permanere.

a) Idem *CV*.

b) *am Rand CV*.

c)-c) *fehlt R*.

d) *-sus erst nachträglich übergeschrieben M*.

e) *korr. in debes R*.

f) *contingerit C*.

11. Gregorius Agnello^a episcopo^a. In epistola XIII. in^b lib.^c III.^b

Relatio cleri simul et populi Terracinę degentis nos valde letificat ob hoc, quod te tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto pontifice suo Petro sibi cardinalem postulant constitui sacerdotem, eorum desideria necessario complenda^d pervidimus^e. Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo^f nostro facere festinato, ut digna te merces ante conspectum eius in die retributionis inveniatur. Quicquid vero de predictę rebus ecclesię vel eius patrimonio seu cleri ordinatione promotione et omnibus generaliter ad eum pertinentibus sollerter atque canonicę ordinare facereque provideris, liberam habebis^g quippe ut sacerdos propriis modis omnibus facultatem. Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te predictę Terracinensis ecclesię cardinalem esse constituimus sacerdotem^h, ut et Fundensis ecclesię pontifex esse non desinas nec curam gubernationemque eius pretereas, quia ita fraternitatem tuam sepe predictę Terracinensis ecclesię, sicut prefati sumus, preesse precipimus, ut antedictę Fundensis ecclesię tibi iura potestatemve nullo modo subtrahamus.

- a) *am Rand CV.*
- b)-b) *fehlt KCV.*
- c) *libri M.*
- d) *complendam MK.*
- e) *previdimus C; providimus V.*
- f) *Domino CRV.*
- g) *korr. aus habere bis R.*
- h) *sacerdotem M.*

X.^a De episcoporum mutatione auctoritate Romanę ecclesię.

1. Evaristus papa omnibus episcopis. Cap.^b III.^b

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate aut apostolica vel regulari mutatione, et alteri se ambitus causa coniungere^c. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se vivente^d eo^d matrimonio societ ut^e eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta apostolum aut viro suo debet reconciliari aut manere innupta^f, ita ecclesię non licet dimittere episcopum suum aut ab eo se^g segregare^h, ut alterumⁱ vivente eo accipiat, sed^j aut ipsum habeat aut innupta maneat^f, id est ne alterum episcopum suo vivente accipiat^j, ut fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est si se alteri episcopo iuncxerit aut super se alterum episcopum^k adduxerit aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam penitentiam aut suo reconcilietur episcopo aut innupta permaneat.

a) *Zahl fehlt KCV.*

b) *fehlt R.*

c) *korr. in coniungat M; coniungat C.*

d) *eo vivente CV.*

e) *korr. in aut M; korr. aus aut R; aut V.*

f)-f) *fehlt V.*

g) *fehlt MK.*

h) *segregari KC.*

i) *folgt getilgt vivente M.*

j)-j) *am Rand nachgetragen M.*

k) *über der Zeile nachgetragen M.*

2. Calixtus papa omnibus episcopis. Cap. XIII.

Sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut disponi nisi a proprio viro eo vivente permittitur, sic nec uxor^a episcopi, quę eius ecclesia vel eius parroecchia indubitanter intelligitur, eo vivente absque eius consilio et voluntate alteri iudicare vel disponere aut eius concubitu frui, id est eius ordinatione, conceditur. Unde ait apostolus: 'Alligata est uxor legi^b, quamdiu vir eius vivit, eo vero defuncto soluta est a lege viri.' Similiter et sponsa episcopi, quia sponsa uxorque dicitur ecclesia, illo vivente ei est alligata, eo vero defuncto soluta est, cui voluerit nubat, tantum in Domino, id est regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter et ille, si aliam sponte duxerit, adulter estimabitur et communione privabitur. Cap.^c XV.^c Si autem persecutus in sua fuerit ecclesia, fugiendum ei est ad alteram eique sociandum, dicente Domino: 'Si persecuti fuerint^d vos^d in unam^e civitatem^e, fugiendum est in aliam.' Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per se agat hoc, sed fratribus invitantibus cum auctoritate huius sancte sedis faciat, non tamen ambitus causa, sed aut necessitate, ut dictum est, aut utilitate.

- a) *korr. in uxorem M.*
- b) *legis K.*
- c) *fehlt CV; Absatz R.*
- d) *vos fuerint C.*
- e) *una civitate KC.*

3. Anterus papa omnibus episcopis. Cap. II.

Mutationem episcoporum scitote communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non propria cuiusquam voluntate aut dominatione^a. Petrus sanctus magister noster et princeps apostolorum de Antiochia utilitatis causa est translatus Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate apostolica^b auctoritate^b mutatus est in Alexandriam. Similiter Felix de civitate, in qua ordinatus erat electione civium, propter doctrinam et bonam vitam quam habebat auctoritate huius sanctę sedis et communi episcoporum et ceterorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad^c civitatem nec transfertur de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, sed aut vi propria sede depulsus^d aut necessitate coactus aut utilitate loci vel populi non superbe, sed humiliter ab aliis translatus est. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic quotiens utilitas aut necessitas exegerit, supradicto modo et mutare et intronizare potestatem habent, non tamen sine sacrosanctę Romanę sedis auctoritate et licentia. Alia^e etenim est causa utilitatis et necessitatis, alia avaricię et presumptionis atque proprię voluntatis.

- a) *korr. aus* dominationes *M.*
- b) *am Rand nachgetragen M.*
- c) *in C.*
- d) *korr. aus* pulsus *M.*
- e) *Aia M.*

4. Damasus urbis Romę episcopus episcopis omnibus.

Eos sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione nostra habuimus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quodsi alius alio transmigrante^a in locum viventis ordinatus est, tamdiu vacet a sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor eius quiescat in Domino.

a) transmigrantem *K*.

5. Leo episcopus urbis Romę Anastasio Thessalonicensi episcopo. Cap.^a VIII.^a

Si quis episcopus civitatis suę mediocritate^b despecta administrationem celebrioris loci ambierit et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit^c et propria, ut nec illis presideat quos per avariciam concupivit, nec illis quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque contentus sit nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

a) *fehlt R.*

b) *mediocritatis K.*

c) *propria mit Lücke K.*

6. Dilectissimo fratri Benigno archiepiscopo Pelagius^a secundus^a episcopus^a. In^b epistola^b II.^b

Scias, frater dilectissime, aliud esse causam^c necessitatis et utilitatis et aliud causam presumptionis ac proprię voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est qui non causa avaricię aut dominationis aut proprię voluntatis vel suę electionis migrat de civitate ad^d civitatem, sed causa necessitatis et utilitatis mutatur. Nam et^e plurimorum utilitas unius utilitati^f preferenda est. Aliud est^g enim^g mutare et aliud mutari, nam aliud est sponte transire et aliud est coacte aut necessitate venire. Unde non isti mutant civitates^h, sed mutantur, qui non sponte, sed coacteⁱ hoc agunt. Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa utilitatis aut necessitatis fieri non posse, quotiens communis necessitas aut utilitas persuaserit.

a) *vor Dilectissimo M.*

b) *fehlt KR; [folgt] hier nochmals Titel 10 (mit pape statt Rom. ecclesię) CRV.*

c) *fehlt RV.*

d) *in C.*

e) *nachgetragen M.*

f) *utilitatis KC; folgt durchgestrichen vel utilitate M.*

g) *enim est CRV.*

h) *civitate M; civitatem K.*

i) *coacti C.*

XI.^a Quod papa duas dioceses uni episcopo^b committit.

1. Gregorius papa Iohanni episcopo. In^c epistola XXX.^d in^e lib. II.^c

Postquam hostilis impetas diversarum civitatum ita peccatis facientibus desolavit ecclesias, ut reparandi eas spes nulla deficiente populo remanserit, maiori valde^f cura^f constringimur^g, ne defunctis earum sacerdotibus reliquie^h plebis nullo pastoris moderamine gubernante per invidia fidei hostis callidi rapiantur, quod absit, insidiisⁱ. Huius ergo rei sollicitudine sepe commoniti hoc nostro sedit cordi consilium, ut vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuę curam^j gubernationemque Trium Tavernensium ecclesię previdimus committendam^k. Quam tuę ecclesię aggregari uniri que necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte Christo adiuvatore^l possis existere queque tibi de eius patrimonio vel cleri^m ordinatione seu promotione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex propriusⁿ liberam habebis ex presenti nostra permissione licentiam.

a) *Zahl fehlt KCRV.*

b) *coepiscopo K.*

c)-c) *fehlt R.*

d) *korr. in XXV oder XXXV M; XXXV K.*

e) *fehlt CV.*

f) *cura valde CV.*

g) *constringuntur K.*

h) *-quie korr. M.*

i) *korr. aus insidias C; insidias RV.*

j) *über die Zeile nachgetragen M.*

k) *committenda M.*

l) *adiuvante C; adiutore V.*

m) *dei K; korr. aus clerici R.*

n) *prius M.*

XII. De ordinatis in ecclesia Romana et a Romano^a pontifice^a.

1. Gregorius Helię^b presbitero et abbati^c provincię Isaurię. In^d epistola^d XXX.^d lib.^e V.^b

Evangelia autem sicut mandastis transmisimus. Filium vero vestrum Epyfanium mandastis, ut ad^f sacrum ordinem proveheremus vobisque retransmitteremus. Sed in uno vos audivimus, in altero audire minime potuimus. Diaconus quidem factus est, sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si ergo videre vos non potui, hac ex re consolationem^g habeo, quia in filio vestro requiesco.

a) pontifice R. *CV*.

b)-b) *fehlt CV*.

c) abbate R.

d) *fehlt R*.

e) lib. V. *fehlt KR*.

f) *über der Zeile nachgetragn M*.

g) consolatione M.

2.^a Gregorius Petro^b episcopo Corsicę. In epistola I. lib. VIII.^b

Vestra fraternitas petiit, ut sibi episcopum in ecclesia, quę non longe ab eodem monte est^c, facere debeat. Quod omnino letanter accepi, quia quantum vicina fuerit, tantum^d prodesse animabus illic consistentibus^e amplius poterit. Latorem vero presentium pro intercessione sanctitatis vestre accolitum fecimus, quem ad obsequia tua retransmisimus, ut si in lucrandis animabus amplius servierit, proficere amplius^f possit.

a) davor Titel 13 V.

b)-b) fehlt CV.

c) davor ein Buchstabe getilgt M.

d) tandum M.

e) confitentibus RV.

f) über der Zeile nachgetragen M.

XIII.^a Ubi apostolica sedes consecrationes ordinationes et^b dispositiones^b patrare^b antiquitus consuevit.

1. Iohannes episcopus commonitorium Paulo episcopo fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam, inter cetera.

Nam non solum intra Italiam ac^c ceteras Hesperie^d provincias, verum etiam^e intra totius Illirici fines consecrationes ordinationes et dispositiones apostolica sedes patrare antiquitus consuevit, sicut nonnullae res gestae et conscriptiones synodales demonstrant atque ipsarum quoque plurima ecclesiarum in his positarum monumenta demonstrant. Et infra: Porro si de annorum numero forte^f causatur, sciat quia^g inter christianos et eos, qui unius^b fidei sunt, numerus certus affixus est. Ceterumⁱ ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet^l pretereant tempora, iuri non preiudicat ecclesiarum, que corporalia nescientes arma solum Dominum et propugnatorem suum, quando ei placuerit misereri, patienter expectant. Verum^k si annorum prolixitas in talibus impedit, ergo Deus ipse reprehendendus est, qui post CCCC et XXX annos filios Israel de durissima servitute Pharaonis et fornace ferrea^l liberavit. Sed ipse per se redemptor hominum genus post tot annorum milia de inferni claustris eripuit.

a) *dieser Titel schon vor I 12,2 V.*

b) *disputationes ordinare C; disputationes ordicione V.*

c) *hac MV.*

d) *korr. aus Heperie M.*

e) *folgt et K; dasselbe getilgt M.*

f) *korr. aus fonte M.*

g) *qui K.*

h) *korr. aus unis M.*

i) *Ceterorum M.*

j) *quam talibus K.*

k) *folgt getilgt et M; Unde K.*

l) *korr. aus ferream M.*

XIV. De novis ecclesiis non consecrandis sine auctoritate papę.

1. Pelagius^a.

Precepta synodalia, quę ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directa, et antiquis canonibus consentiunt et ea quę minus esse probantur addidimus; et in^b utraque parte constat sine summi pontificis auctoritate ecclesiam noviter conditam non posse dedicari. Teque ex hac basilica, quę taliter fuerat ad cultum processionis adducta, suspendisse missas putamus^c comprobabiliter. Sed quia devotus locus non debet a ministeriorum gratia diu vacuus permanere, frater karissime, eorum martirum nomine, quorum relatio continet auctoritatis nostrę suscepta serie, consecrabis, ut populorum frequentatio, quam illic avide convenire mandasti, servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integrum habeat^d firmata religione conventum.

a) Gelagius *K*; *korr. aus* Gelagius *C*; *korr. V*.

b) in *MR*.

c) putavimus *C*.

d) -beat *korr. M*; habet *K*.

2. Gregorius Iohanni^a subdiacono^a. In epistola XVIII. lib. XIII.

Lator presentium Iohannes frater et coepiscopus noster indicavit nobis, quod quidam Exuperantius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxit eumque^b sine precepti auctoritate contra morem presumpserit dedicare missasque illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum summa te celeritate ac districtione convenit emendare nec ulterius tale aliquid attemptari permittere.

a) *hinter* lib. XIII. CV.

b) *korr. in* idque M.

XV.^a Quod papa non per se, sed per legatos provincialibus conciliis soleat interesse et auctoritas eius est in illo, cui vices suas comittit.

1. Leo papa ad Pulcheriam augustam.

Nam illud, quod pietas ipsius me credidit debere interesse concilio, etiam si secundum aliquod precedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam posset impleri, quia rerum presentium nimis incerta conditio a tante urbis populis me abesse non sineret et in desperationem animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem cause^b ecclesiasticę viderent patriam et apostolicam sedem me velle deserere. Quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitis, ut salva clementiæ vestræ venia caritati me et precibus civium non negarem^c, in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum ceteris, qui affuerunt, estimate.

a) *Zahl fehlt KR; XII. am Rand K.*

b) *über der Zeile nachgetragen M.*

c) *scheint korr. aus negare M.*

2. Gregorius universis^a episcopis per Siciliam constitutis^b. Epistola I.^c lib. I.

Valde necessarium esse perspeximus ut, sicut decessorum nostrorum fuit iudicium, ita uni eidemque personę omnia committamus, et ut^d nos presentes esse non possumus, nostra per eum cui precipimus representetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostrę intra provinciam Siciliam vices nostras Deo auxiliante commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostrę ecclesię noscitur patrimonium commisisse.

- a) *fehlt CV.*
- b) *fehlt C; folgt In R.*
- c) *folgt in M; fehlt R.*
- d) *ubi CRV.*

XVI.^a Nullum concilium esse firmum sine auctoritate papę.

1. Marcellus. Cap.^b X.^b

Vos licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis interficere^c nec gradus divinitus collatos potestis auferre^d. Synodos ergo absque huius sanctę sedis auctoritate episcoporum, quamquam episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere^e neque ullum episcopum, qui hanc appellaverit^f apostolicam^f sedem, dampnare, antequam hinc sententia finitiva procedat.

a) XIII K; *Titel 16 erst vor I 16,2, stattdessen hier Sinodus sine auctoritate R. p. non fieri. CV.*

b) *fehlt CV.*

c) occidere M; *korr. aus occidere K.*

d) interficere M.

e) fecere K.

f) apostolicam appellaverit C.

2.^a Iulius sanctę Romanę et apostolicę ęcclesię episcopus orientalibus episcopis^b.

Regula vestra nullas habet vires nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est nec Romanę ęcclesię legatio interfuit, canonibus precipientibus sine eius^c auctoritate concilia fieri non debere. Nec ullum ratum est aut erit umquam concilium, quod eius non fuerit fultum auctoritate.

a) *davor Titel 16 C; Titel 17 V.*

b) *Rubrik In epistola XI. R.*

c) *über der Zeile nachgetragen M.*

3.^a Iulius papa orientalibus episcopis. In^b epistola^b XI.^b

Vellem enim vos magis ad iam dictam canonicam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum^c ecclesiarum^e et fratrum in Antiochiam^d subvertendum et Niceni magni concilii destructionem^e fecistis^e aut cur nobis inconsultis episcopos in eam convocatis^f, ad quam nec Maximus Ierosolimitanus venit nec nostra interfuit legatio, canonibus quippe in Nicena synodo iubentibus non debere preter sententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari nec episcopos dampnari, aut cur in predictorum locum fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos aut nostros apocrisarios eorum causa canonice esset examinata finemque perciperet rectum.

a) *davor Titel 17 C; dasselbe am Rand R; Titel 16 V.*

b) *fehlt CV.*

c) *ecclesiarum statum CV.*

d) *Antiochia C.*

e) *fecistis destructionem CRV.*

f) *convocastis CRV.*

4. Idem.

Quibus ita gestis scripsi vobis et omnibus qui in Antiochia contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati, arguens vos primum de iniuriis litterarum, deinde cur Athanasium suosque consecratos ad vestrum concilium convocassetis, canonibus scilicet precipientibus nichil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc et maiora ecclesiarum negotia tam ab ipso Domino quam ab omnibus universorum conciliorum patribus speciali sunt, ut iam dictum est, privilegio contradicta^a. Vobis quidem refugientibus et ad concilium totiens convocatis adesse nolentibus, illis vero in sua reclamazione et iusta ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina et illorum iustam examinantes rationem omnesque eos Niceno concilio comperientes et nostris apostolicis iussionibus obtemperantes, visum est nobis ac universo concilio, ut nos divinis preceptis et apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus affectu, si quicquam reprehensione usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine aut ab ignorantie imperitia^b aut a presumptionis usurpatione revocemus. His taliter consideratis atque decretis, tamquam omnium curam gerentes propter sedis proprie dignitatem suscepimus eos in communionem singulisque cum suis auctoritate huius sancte sedis rebus proprias reddidimus^c ecclesias, quoniam huic sancte sedis^d rebus^e propter pravorum hominum insidias ipso Domino instituyente et sanctis eorumque successoribus per singula roborantibus^f concilia hoc semper licuit licebitque Domino auxiliante imperpetuum. Unde qui se scit^g aliis esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis et ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, quia non recte tractastis viros inculpato et a nobis minime examinatos, de suis ecclesiis communionem privatos pellentes et ecclesiasticę discipline iniuriam irrogantes constitutaque Niceni concilii minime servantes talia indiscipline agere non formidastis. Iccirco quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est XV k. novembris vos iterum regulariter litteris missisque evocamus, ut coram vobis ostendamus nos iustam in eos protulisse sententiam et de cetero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis ecclesie statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Unde in evangelio scriptum est: 'Quodsi aliquid defraudavi, reddo quadruplum.' In lege quoque cautum est: 'Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, et dicit omnis populus: Amen.' Quare miror vos tam audaces esse et tam impudenter egisse et terminos ac iura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim, ut paulo superius prelibatum est, iuris erat, ut absque^h sedis auctoritate nullus deberet aut conciliaⁱ celebrareⁱ aut episcopos ad synodum convocare vel eos damnare aut propriis pellere sedibus aut alios in eorum loco ordinare, que omnia vos temerare non timuistis. Quid, rogo, est aliud talis presumptio, nisi quod apostolorum suorumque successorum decreta transgredi et maledictionem superius comprehensam, in lege scilicet cautam, quam omnis populus uno ore consonaque responsione per Amen, id est Fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Nam ut reor talibus transgressionum funiculis constricti nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis et ad sepe dictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri crimen, quotiens evocati absque inevitabili causa venire distulerint et purgandi se voluntate non utuntur.

a) contradicta *KCR*; *folgt* vel concessa *CV*.

b) *Endung korr. M*.

c) *korr. aus reddimus M*; reddimus *CV*.

d) *korr. in sedi C*; sedi *R*.

e) *fehlt KRV*.

f) roboantibus *C*.

g) *eher soät M*.

h) *folgt huius K*.

i) celebrare concilia *CV*.

5. Gelasius papa episcopis per Dardaniam constitutis^a.

Confidimus quod nullus iam veraciter christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclesie probavit assensus, nullam magis obsequi sedem pre ceteris oportere quam primam, que et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat et continuata moderatione custodit.

a) *fehlt CV.*

6. Symachus.

Beatissimi atque apostolici viri papę urbis Romę, quę est caput omnium ecclesiarum, precepta habemus pre manibus, quibus precipere dignatus est eius apostolatus, ut^a Dioscorus Alexandrinorum episcopus non sedeat in concilio, sed audiendus intromittatur. Quod nos observare necesse est. Si ergo precipit vestra magnificentia, aut ille egrediatur aut nos exhibimus. Et paulo post: Iudicii sui necesse est eum dare rationem, quia^b cum^c nec^c personam iudicandi surrepserit, et synodum ausus est facere sine auctoritate sedis apostolicę, quod numquam rite factum est nec^d fieri^d licuit^d.

a) et, *darüber* vel ut *M*; ut et *C*.

b) qui *CV*.

c) *durch Unterpunktung getilgt C*.

d) *fehlt M*.

7. Dilectissimis fratribus universis episcopis, qui inlicita vocatione Iohannis Constantinopolitani episcopi^a ad synodum Constantinopolim^a convenerunt, secundus^b Pelagius^b. In epistola prima.

Relatum est apud apostolicam sedem Iohannem Constantinopolitanum episcopum universalem se scribere vosque ex hac sua presumptione ad synodum convocare generalem, cum generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicę beati Petri sedi^c singulari privilegio sit tradita et nulla umquam synodus rata esse legatur, quę apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in predicto vestro conventiculo, quia synodus taliter presumpta esse non potuit, statuistis, ex auctoritate sancti Petri apostolorum principis et domini salvatoris voce, qua^d beato Petro potestatem ligandi et solvendi ipse salvator dedit, quę et^e in successores eius indubitanter transiit, precipio omnia, quę ibi statuistis vana et cassa esse, ita ut deinceps numquam appareant nec mutilentur. Ait enim ipse salvator beato Petro, sicut ipse^f per se veritas loquitur^g dicens: 'Quęcumque ligaveris super terram, erunt ligata^h et in cęlisⁱ, et quęcumque^j solveris super terram, erunt^k soluta^l et in cęlis.' Multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis non debere absque sententia Romani pontificis concilia cęlebrari. Quapropter, ut iam dictum est, recte non concilium, sed vestrum conventiculum vel conciliabulum cassatur, et quicquid in eo actum est, irritum habeatur et vacuum. Vos quoque deinceps videte^m, ut nullius hortatu talia presumatis, si apostolicę sedis communionem carere non vultis. Si vero in qualibet provincia orte fuerint quęstiones et inter ipsius provincię episcopos discrepare ceperit ratio atque inter ipsos dissidentes non conveniat, ad maiorem tunc sedem referantur, et si illic facile et iuste non discernuntur, ubi fuerit synodus regulariter congregata, canonicę et iuste iudicentur. Maiores vero difficilioresque quęstiones, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur.

- a)-a) *fehlt RV.*
- b) Pelagius II. *CR; nur Pelagius V*
- c) *korr. aus sede M.*
- d) *eher quia M.*
- e) *etiam CRV.*
- f) *ipsa K.*
- g) *am Rand nachgetragen M.*
- h) *korr. aus soluta, das Folgende bis soluta fehlt R.*
- i) *cęlo CV.*
- j) *quodcumque MK.*
- k) *erit MK.*
- l) *solutum K.*
- m) *fehlt K.*

8. Pelagius secundus papa.

Synodorum congregandarum auctoritas apostolicę sedi privata commissa est potestate, nec ullam synodum generalem ratam esse legimus, quę eius non fuerit^a auctoritate congregata vel fulta. Hęc auctoritas testatur canonica, hęc hystoria ecclesiastica roborat, hęc sancti patres confirmant.

a) fuerat *CV*.

9.

Istud est quod a vobis poposcimus et nunc iterum postulamus, ut Paulinum Aquileiensem pseudoepiscopum et illum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis, ut et iste, qui episcopus esse nullatenus potest, quia contra omnem canonicam consuetudinem factus est, alios ultra non perdat et ille, qui contra morem antiquum eum ordinare presumpsit, debite canonibus vindictę subiaceat.

Sed nec licuit aliquando nec licebit particularem synodum congregari, sed quotiens aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non^a intelligunt, rationem aut sponte hi, qui salutem animę suę desiderant, ad apostolicam sedem pro percipienda ratione convenient aut, si forte, sicut^b de talibus scriptum est: 'Peccator, cum venerit in profundum malorum, contempnit', ita obstinati et contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab eisdem apostolicis sedibus aut atrahi^c ad salutem quoquomodo necesse est aut, ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per seculares^d opprimi potestates^e.

- a) *über der Zeile nachgetragen M.*
- b) *-ut korr. M.*
- c) *atthrai C.*
- d) *korr. in secularem M.*
- e) *potestatem M.*

XVII.^a Ut dubie^b et^b maiores cause ad apostolicam^c sedem^c referantur^d.

1. Anacletus servus Christi in sede apostolica Domino serviens omnibus episcopis et ceteris cunctis^e fidelibus^e, qui coequalem vobiscum sunt sortiti fidem, gratia vobis et pax atque consolatio multiplicetur. Cap.^f XVII.^f

Si difficiliore^g orte fuerint questiones aut episcoporum vel maiorum iudicia aut maiores cause fuerint, ad sedem apostolicam, si appellatum fuerit, referantur, quoniam hoc apostoli iusserunt iussione salvatoris, ut maiores et difficiliore^g questiones semper ad sedem apostolicam deferantur, super quam Christus universam construxit ecclesiam dicente^h ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: 'Tu es, inquit, Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meamⁱ.

a) XIII K; Zahl fehlt CV.

b) fehlt CV.

c) sedem apostolicam CV.

d) referantur CV.

e) fidelibus cunctis C.

f) fehlt CRV.

g) difficiliore M.

h) korr. aus dicendo M; dicendo K.

i) folgt von Hand saec. XV et reliqua M.

2. Yginus.

Dei^a ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posteri eorum cuncta sibi vendicarent, sed semper maiores causę, sicut sunt episcoporum et potiorum curę negotiorum, ad unam beati^b principis apostolorum Petri^c sedem confluerent, ut inde suscipiant finem iuditorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite.

a) De *CV*.

b) *folgt* Petri *MV*.

c) *ausradiert M; fehlt V*.

3. Dilectissimo^a fratri^a Benigno episcopo Felix primus coepiscopus in Domino salutem. Cap. XVII.

Semper dubia et maiora negotia terminum ab hac sancta^b sede a tempore apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt. Et ideo tu recte fecisti, quod huius sanctę sedis consultis te ceterosque firmari et instrui voluisti.

a) *korr. aus Dilectissimis fratribus M.*

b) *über der Zeile nachgetragen M.*

4. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiochenam constitutis Marcellus. Cap. I.

Rogamus vos, fratres dilectissimi, ut non aliud doceatis neque sentiatis, quam quod a beato Petro apostolo et reliquis apostolis et patribus accepistis. Ipse enim est caput totius ecclesie, cui ait Dominus: 'Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.' Eius enim sedes primitus apud^a vos fuit, que postea iubente Domino Romam translata est, cui amminiculante gratia divina hodierna presidemus die. Cap.^b II.^b Si vestra vero Antiochena, que olim prima erat, Romanę cessit sedi, nulla est, que eius non sit subiecta ditioni. Nec ab eius dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia divina disponente gratia iussa sunt referenda, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia.

a) *korr. aus* aput *M.*

b) *am Rand MK; fehlt CV; Absatz R.*

5. Venerabilibus fratribus universis^a orientalibus^a episcopis Iulius.

Primę sedis ecclesię convocandarum generalium synodorum iura et iudicia episcoporum singulari privilegio evangelicis et apostolicis atque^b canonicis concessa sunt institutis, quia semper maiores causę ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referre precepte sunt, nec ullo modo potest maior a minore iudicari^c.

a) *korr. aus orientalis M.*

b) *-que übergeschrieben M.*

c) *benedicere, dann übergeschrieben vel iudicari M.*

6. Dilectissimo fratri Felici episcopo Gaius salutem. Cap. VII.

Sicut a patribus nostris^a institutum est, sic quoque et nos fieri decrevimus, scilicet ut quęcumque difficiles quęstiones per singulas provincias exorte fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur.

a) sanctis *K*.

7. Leo Anastasio^a episcopo^a Thessalonicensi^a. Cap. ^b VII.^b

Si forte inter ipsos, qui^c presunt, de maioribus, quod absit, peccatis^d causa nascitur, que comprovinciali^e nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate^f metropolitanus curabit instruere. Et si coram positis partibus^g nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

a) *am Rand CRV.*

b) *fehlt R.*

c) *korr. aus que M.*

d) *korr. aus peccatum M.*

e) *comprovincialibus M.*

f) *qualitatem M.*

g) *patribus K.*

8. Idem. Cap.^a XI.^a

Si in eo, quod cum fratribus tractandum finiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus^b, quid Deo^c placeat, decernatur. Ad hunc^d enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad^e unitatem concordie et quod ad custodiam pertinet discipline, nulla dissensione violetur^f, nulla desidia neglegatur.

a) *fehlt R.*

b) *korr. aus ambiguitatis MK.*

c) *korr. in de eo C; de eo K.*

d) *korr. aus huc M.*

e) *über der Zeile nachgetragen M; fehlt K.*

f) *fehlt K.*

9. Leo episcopus universis episcopis per Cesaream Mauritaniam^a constitutis in Domino salutem.

Si quę emerſerint cauſę, quę ad ſtatum eccleſiarum et ad concordiam pertineant ſacerdotum, illic ſub timore Domini volumus ventilentur^b et de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio^c plena mittatur^d, ut ea, quę iuxta eccleſiaſticum morem iuſtę et rationabiliter fuerint definita, noſtra quoque ſententia roborentur.

- a) *korr. aus* Maritaniam *M.*
- b) *ventiletur* *K.*
- c) *korr. aus* relatione *M.*
- d) *eher* mutatur *M.*

10. Gregorius.

Fratres, ut honor ecclesiasticus nostris^a diebus^a non evacuetur nec umquam^b Romana, quę instituite Domino caput est omnium ecclesiarum, privilegiis suis umquam careat aut expolietur, maiores vero^c et difficiliore^d quęstiones, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur. Ceterum sanctorum patrum statuta sequentes synodali auctoritate omnes, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores et mactatores infames esse censemus.

- a) diebus nostris *K*.
- b) *korr. in ecclesia C*.
- c) *fehlt CV*.
- d) *diffitiliores M*.

XVIII. De papa et apostolica sede non iudicandis nec^a contristandis.

1. Clemens. Cap.^b XVII.^b

Sed et vos, fratres karissimi et conservi mei, huic, qui presidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, scientes quod^c, si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei credidit cathedram, non recipiet, et qui Christum non susceperit, nec Deum patrem suscepisse iudicabitur, et ideo nec ipse suscipietur^d in regno celorum.

a) neque *CV*.

b) *fehlt CRV*; Cap. XV *K*.

c) quia *M*.

d) suscipiatur *korr. R*.

2. Idem. In^a eodem^a capitulo^a.

Si ipse inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque communicatione obsecundare et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur.

a) *fehlt nur capitulo K; fehlt CV.*

3. Evaristus.

His et aliis fulti quam pluribus argumentis, vitantes hominum perditionem cum omnibus huius sancte sedis, quam Dominus caput totius ecclesie esse constituit, membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus Domini in eternum. Nam et a^a predecessoribus^a nostris^b inhibitum legimus, ut nemo contristet doctorem neque accusationem adversus eum suscipiat. Ipse namque princeps apostolorum in ordinatione beati Clementis populum^c instruens ait: Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat^b Deum, propter quod et vita carebit. Et doctor gencium inquit: Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis. Considerans te ipsum, ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

- a) quod decessores *C*; aput decessoribus *V*.
- b) nostros *C*.
- c) *über der Zeile nachgetragen M*.
- d) *korr. aus exarcerbat C; exarcebat R; exarcerbat V*.

4. Gelasius Fausto magistro.

Achatius non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita preciderent^a, sed alieno facinori suam communionem emiscuit. Itaque necesse est, ut in illam recideret iusta lance sententiam, quam cum^b suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos^c hoc ipsi venire se produunt, quod primę sedi sana rectaque suadenti parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclēsię ad huius sedis examen voluere deferri, ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt. Ac per hoc illam de tota ecclēsia iudicare, ipsam^d ad nullius commeari iudicium, nec de eius umquam preceperunt iudicio iudicare sententiam, quę illius constituerunt oportere^e dissolvi, cuius potius^f sequenda^f decreta mandarunt. In hac ipsa causa Tymotheus Alexandrinus et Petrus Antioenus, Petrus, Paulus, Iohannes et ceteri non solum unus, sed plures utique nomen sacerdotii preferentes sola sedis apostolicę sunt auctoritate deiecti. Cuius rei testis^g etiam ipse docetur Achatius, qui preceptionis huius extitit exsecutor. Quod utique sicut apostolicam sedem iuxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resultare potuisse^h certissimum est.

- a) precaderent *M*; preceperent *K*; prescederent *C*; *korr. in* preceperent *R*; precideret *V*.
- b) *fehlt CV*.
- c) *folgt übergeschrieben in C*.
- d) *folgt vero CR; davor vero V*.
- e) *folgt durchgestrichen sententiam C*.
- f) potuisse quędam *MK*.
- g) *korr. aus testes M*.
- h) *über der Zeile nachgetragen M*.

5. Symachus residens in synodo dixit.

Aliorum hominum Deus causas^a voluit per homines terminare^b, sedis istius presulum suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores cęlo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris^c indagini inviolatam habere conscientiam. Nolite estimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus pre ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur teste quo iudice. Dicas forsitan omnium animarum talis erit in illa disceptatione iudicium^d vel^d conditio^d. Replicabo uni dictum: 'Tu es Petrus et super hanc petram hędificabo ęcclesiam meam, et quęcumque solveris super terram, erunt soluta et^e in cęlo.' Et rursus sanctorum voce pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium est, ubique^f submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. De qua mihi videtur dictum per prophetam: Si hęc humiliatur, ad cuius fugietis auxilium et ubi relinquetis gloriam vestram?

- a) causam C.
- b) terminari C.
- c) *korr. aus* dissoris M.
- d) vel conditio *übergeschrieben K*; iudicium vel *fehlt CRV*.
- e) *fehlt RV*.
- f) *ibique CV*.

6. Innocentius.

Quotiens fidei ratione^a ventilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctorem referre debere, veluti nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum^b possit ꝥcclesiis omnibus prodesse.

a) *korr. in ratio R.*

b) *mun K.*

7. Silvester papa in^a synodo residens ait^a.

Nemo iudicabit primam sedem iusticiam temperare desiderantem. Neque enim ab augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo iudex iudicabitur.

a)-a) *fehlt nur* ait *KR*; *fehlt V*.

8. Antherus, Cap.^a V.^a

Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicantur a Domino. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt.

a) *fehlt K.*

9.^a Nicholaus papa omnibus episcopis.

Nemini est de^b sedis apostolicę iudicio^c iudicare aut illius sententiam retractare permissum, videlicet propter Romanę ecclesię primatum Christi munere in beato Petro apostolo divinitus collocatum^d.

- a) *davor Titel 19 durchgestrichen C.*
- b) *fehlt, ein Buchstabe forttradiert C; a V.*
- c) *korr. in iudicia C.*
- d) *korr. in collatum CR; collatum V.*

XIX.^a Quod non sit sentiendum contra Romanam ecclesiam, et de obedientia ei debita.

1. Yginus papa. Cap.^b VI.^b

Alieni erroris societate maculatum vel a sui propositi tramite recedentem^c vel apostolicę sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus nec impedire recte credentes vel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *fehlt KRV; Cap. XI. C.*

c) *recedentem V.*

2. Calystus archiepiscopus ecclesie catholice urbis Rome omnibus episcopis salutem. Cap.^a II.^a

Non decet a capite membra dissidere, sed iuxta sacre scripture testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut filius venit ministrare^b et^b facere voluntatem patris, sic et vos voluntatem implete vestre matris, que est ecclesia, cuius caput, ut predictum est, Romana existit^c ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iusticie contra huius^d disciplinam actum fuerit, ratum habere^e nulla ratio permittit.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt CRV.*
- c) *extitit CRV.*
- d) *eius CV.*
- e) *haberi R.*

3. Iulius^a venerabilibus fratribus universis orientalibus. Cap.^b VIII.

Inter beatissimos apostolos in similitudine^c fuit quędam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tantum^d datum^d est, ut ceteris premineret. De qua forma episcoporum quędam est orta distinctio et magna ordinatione previsum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursum quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri sedem universalis ecclesię cura conflueret et nichil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. Nolite itaque errare, fratres mei, doctrinis variis et peregrinis^e nolite abduci; et instituta apostolorum et apostolicorum virorum canonesque habetis. His fruimini, ut freti contra cuncta^f inimicorum iacula persistere valeatis. Satis enim indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere. Multum convenit, ut totum corpus ecclesię in hac sibi observatione concordet, quę inde auctoritatem habet, ubi Dominus ecclesię totius posuit principatum.

- a) *erst hinter orientalibus K; am Rand V.*
- b) *Capitula C.*
- c) *similitudinem CV.*
- d) *tamen datum KR; datum tantum CV.*
- e) *extraneis CRV.*
- f) *cunctarum M.*

4. Dilectissimis ubique catholicis ecclesię comministris Fabianus in Domino salutem. Cap. I.

Divinis preceptis et apostolicis ammonemur institutis, ut pro cunctarum ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est debere vos scire, quę apud Romanam in sacro ritu aguntur ecclesiam, ut eius sequentes exempla eius veri filii inveniimini, quę vestra est mater vocata.

5. Damasus^a. Cap. ^b XXIII.^b

Huic sedi concessa nullus usurpare sine eius consultu^c presumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus aut contemptor iudicari.

a) *folgt* papa *CRV*.

b) Cap. XIII *K*; *am Rand, eher zum nächsten Kapitel gehörig R*.

c) consulto *C*; consulta (?) *RV*.

6. Agatho papa omnibus episcopis.

Sic omnes apostolicę sedis sanctiones accipiende sunt tamquam ipsius divini Petri voce firmate.

7. Innocentius Decentio episcopo. In^a epistola^a I.^a

Quis enim nesciat aut non avertat id, quod a principe apostolorum Petro Romane ecclesie traditum est ac nuncusque custoditur, ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat^b, aut aliunde accipere videatur exemplum, presertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias et Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias nisi eos, quos venerabilis apostolus^c Petrus^c aut successores eius constituerunt sacerdotes. Aut legant, si in his provinciis alius apostolus invenitur aut legitur docuisse. Quod^d si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua principium accepisse non dubium est, ne dum a^e peregrinis sermonibus student, caput institutionum videantur omittere. Sep̄ dilectionem tuam ad urbem venisse ac nobiscum in ecclesia convenisse non dubium est et, quem morem vel in consecrandis misteriis vel ceteris agendis archanis teneat, cognovisse. Quod sufficere arbitraretur ad informationem ecclesie tuę vel reformationem, si predecessores^f tui minus aliquid aut aliter tenuerint, satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset^g. Quibus iccirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut maiori auctoritate vel tuos instituas vel, si qui^h a Romanę ecclesie institutionibus errant, aut commoneas aut indicareⁱ non differas, ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitates inducunt aut alterius^j ecclesie quam Romanę existimant consuetudinem esse servandam.

- a) *fehlt R.*
- b) *habet K.*
- c) *Petrus apostolus CV.*
- d) *Qui K.*
- e) *fehlt CRV.*
- f) *predecessores C; korr. in predecessores R.*
- g) *duxerit K; duxissent C; duxisse V.*
- h) *quis R.*
- i) *iudicare KC.*
- j) *altius M.*

8. Leo.

Hoc vestrę indicimus caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu, quia inultum post hec esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit neglegendas.

9. Gelasius.

Quo ausu, qua temeritate rescribis te ad Ravennam properare proficisci, cum canones precipiant evidenter nullum omnino pontificum nisi nobis ante iussis^a atque consultis ad comitatum se debere contendere? Quod cum longevi vel etate vel honore pontifices, id est Pistoriensis, Lucensis et Fesulanus nuper fecisse monstrentur, tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videaris^b, quemadmodum^c tibi^c putas licere quod non licet, nisi quod hoc officio carere festinas, quo te his excessibus ostendis indignum?

a) visis *RV*.

b) videris *KCV*; *korr. in videris R*.

c) *korr. M*.

10. Gelasius^a Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam, Bricios et Siciliam constitutis Gelasius^b. Cap.^c VIII.^c

Cum decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur ac sine eorum dispendio etiam illa, quę pro alicuius utilitatis fortasse compendio videantur laxanda, cedamus, cumque^d nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere et cum sedes^e apostolica superior his omnibus favente Domino, quę paternis canonibus prefixa, pio devotoque studeat tenere proposito, satis indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequens hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere, satisque conveniens sit, ut totum corpus ecclesię in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi^f Dominus totius ecclesię posuit principatum, dicente autem^g scriptura: Ordinate in me caritatem, et item: Omnia cum ordine fiant.

a) *fehlt hier KCRV*

b) *fehlt hier M.*

c)-c) *fehlt V.*

d) *eumque M.*

e) *sede M.*

f) *ut M.*

g) *fehlt K.*

11. Leo papa^a.

Ab evangelica apostolicaque doctrina nec in uno quidem verbo licet discedere^b aut^c aliter de scripturis divinis sapere, quam beati^d apostoli et patres nostri didicerunt atque docuerunt.

- a) episcopus *CRV*.
- b) discere *MK*.
- c) ut *M*.
- d) *folgt* Petri *C*.

12.^a Gregorius.

Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obędientiam, quę a sancta Romana ęcclesia^b et apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur, si eiusdem sanctę Dei ęcclesię, quę est caput vestrum^c, communionem habere desideratis. Non novum aliquid presenti iussione precipimus, sed illa, quę olim videntur indulta, firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctę religionis relatio ad sedem apostolicam quasi ad caput ęcclesiarum debeat referri et inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicę petre, super quam Christus universalem fundavit ęcclesiam, soliditate^d divelli. Si quis hęc apostolicę sedis precepta non observaverit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

a) *davor das Kapitel I 19,16 CRV.*

b) *fehlt CRV.*

c) *nostrum CV.*

d) *solidate M.*

13. Gregorius.

Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicę sedis precepta nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruine suę dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire preceptis, nec locum inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto ministerio fiat nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus a sancta et apostolica ecclesia eiusque auctoritate et propria inobedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitetur, quoniam maioris excommunicationis deiectione extinguendus^a est^a, qui non solum prelate^b sanctę ecclesię iussionibus parere debuit, sed etiam alios, ne preterirent, insinuare. Sit ergo alienus a divinis et pontificalibus officiiis, qui noluit^c preceptis obedire apostolicis. Si quis super his nos voluerit arguere aut extra auctoritatem facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, quo^d omnia ecclesiastica negotia, de quibus quęstio habetur, confluere iussa sunt, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet^e, quatenus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam.

a) (exarguendus) est *C*; *korr. in* est arguendus *R*; exarguendus *V*.

b) prelatis *C*; *korr. in* prelatis *R*.

c) noluerit *CR*.

d) qua *C*; *korr. in* quo *R*.

e) decernet *K*.

14. Hylarius^a. Cap. I.

Nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolicę sedis decreta temerare, quia nos, qui potissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi, quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentę sacerdotum. Siquidem reatu maiore delinquit, qui potiore honore fruitur, et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.

a) Hilarus *korr. in* Hilarius C; Hylarus R.

15. Nicholaus papa universali synodo presidens dixit.

Si quis dogmata mandata interdicta sanctiones vel decreta pro catholica fide, ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicę presule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

16.^a Bonifatius secundus^b episcopus Eulalio Alexandrinę ecclesię episcopo salutem.

Nos a spe et fidutia apostolicę sedis minime separari cupientes et patrum sequentes constituta^c anathematizavimus omnes, qui contra^d sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices.

a) *dieses Kapitel vor I 19,12 CRV.*

b) *fehlt RV.*

c) *instituta K.*

d) *contram C.*

XX.^a De regali subiectione ad pontificem Romanum et ad^b omnes episcopos.

1. Felix papa.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutum regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non preferre, et sacrosancta per eorum presules potius discere quam docere, ecclesie formam sequi, non huic^c humanitus sequenda iura^c prefigere neque huius sanctionibus velle dominari, cui Deus^d voluit clementie sue^d colla^f submittere pie devotionis^f, ne dum mensura celestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *fehlt KR.*

c)-c) sequenda iura huic humanitus *CV.*

d) Dominus *C.*

e) tuę *RV.*

f)-f) pie devotionis colla submittere *C;* pie colla sumittere devotionis *RV.*

2. Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio augusto Anastasius^a II.^a episcopus^a. Cap. VI.

Illud peculiarius pro amore imperii vestri et beatitudine, quę consequi poterit^b regnum, pro apostolico officio predicamus, ut sicut decet et spiritus sanctus dictat, monitis nostris^c obędientia^d prebeatur, ut bona omnia vestram rem publicam consequantur^e, sicut in Exodo promittitur: Si audieris vocem Domini Dei tui et quę placent^f feceris coram ipso et obędieris preceptis eius et custodieris omnem iusticiam eius, omnem infirmitatem, quam inportavi Egyptiis^g, non inportabo in te.

- a) *vor* Gloriosissimo *M*.
- b) *potest* *K*.
- c) *u(est)ris* *M*.
- d) *obędientiam* *M*.
- e) *consequantur* *M*; *consequamini* *K*.
- f) *placens* *M*.
- g) *Egypt(us)* *M*.

3. Iohannes

Si imperator catholicus est, salva pace ipsius dixerimus, filius est, non presul ecclesie. Quod ad religionem competit, discere ei convenit, non docere. Habet privilegia potestatis sue, que administrandis legibus publicis divinitus consecutus est, et eius beneficiis non ingratus contra dispositionem celestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, que ecclesie sunt, disponenda pertinere, non ad seculi potestates, que si fideles sunt ecclesie sue^a, et sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet alienum ius et ministerium, quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legibus publicis, non a potestatibus seculi nisi^b a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus christiane religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari et discuti recipique de errore remeantes. Imperatores christiani subdere debent^c executiones suas ecclesiasticis presulibus, non preferre.

a) *fehlt K.*

b) non *K*; sed *CRV*.

c) deberent *R*.

4. Idem

Numquam de pontificibus nisi iudicare ecclesiam debere, non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesie principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes christianos decretis ecclesie, non suam preponere potestatem; episcopis caput subdere^a principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

a) *folgt gestrichen* debe M.

5. Ex pontificali.

Agapitus natione^a Romanus ingressus Constantinopolim susceptus est cum gloria, et cepit altercationem^b habere de fide cum Iustiniano augusto, affirmans duas naturas in domino nostro Iesu Christo vero Deo et homine. Cui dixit augustus: 'Aut consenti nobis aut exilio te deportari faciam.' Tunc beatissimus papa cum gaudio dixit ad eum: 'Ego quidem peccator ad Iustinianum christianissimum imperatorem venire desideravi, nunc autem Diocletianum inveni. Tamen minas tuas non pertimesco.' Tunc ex precepto augusti accersito episcopo Constantinopolitano nomine Anthimo et discussione patefacta numquam voluit confiteri duas naturas in uno domino nostro Iesu Christo. Quem convicit beatus papa et glorificatus est ab omnibus. Tunc Iustinianus augustus^c gaudio repletus humiliavit se apostolicę sedi et adoravit^d beatissimum papam et segregato Anthimo a communione et pulso in exilio ex rogatu augusti consecravit in loco eius Mennam venerabilem virum.

a) nat(us) *CV*.

b) *folgt gestrichen* facere *M*.

c) *fehlt CRV*.

d) oravit *korr. in* onoravit *C*.

6. Ex pontificali^a.

Constantinus natione^b Syrus ingressus est Constantinopolim. Cui a VII^{mo} miliario obviam venit Tyberius imperator filius Iustiniani augusti cum patriciis et omni sinclitu^c et Cyrus patriarcha cum clero et multitudine populi, omnes letantes et^d omnes^e diem festum agentes. Pontifex vero et eius clerus et primates cum sellaribus imperialibus et frenis inauratis, simul et mapulis ingressi sunt civitatem, et apostolicus pontifex cum camelauco, ut solitus est Romę procedere. In die autem, qua se invicem viderunt, Iustinianus augustus christianissimus cum regno in capite sese prostravit et pedes osculans^f pontificis. Deinde in amplexu mutuo corruerunt et facta est leticia magna in populo.

- a) pontificalis *R*.
- b) natus *CV*.
- c) senatu *C*.
- d) *fehlt M*.
- e) *fehlt CRV*.
- f) obosculans *K*.

7. Ex hystoria Anastasii.

Stephanus^a papa^a vi pressus et crudelitate Aistulphia^b coactus simul etiam ab ipso adhortatus est ire in^c Franciam et facere quęcumque posset^d. Veniens autem^e Pipinum provehit virum in omnibus probatissimum. Qui preherat tunc quoque rebus post regem et debellaverat Arabes et occidit etiam principem eorum Abderachman^f et multitudinem haud^g facile numerabilem^h iuxta Rodanum fluvium et amaturⁱ a gente non solum propter hoc, sed etiam^j propter alia precipua gesta, et preficitur genti non ignorabiliter primus, solvente scilicet eum a periurio in regem comisso eodem Stephano. Qui et totondit decessorem eius regem et in monasterio cum honore et requie circumscrispsit.

- a) Papa Stephanus *CRV*.
- b) Aistulfi *CRV*.
- c) *fehlt K*.
- d) possit *C*.
- e) *fehlt CRV*.
- f) *eher* Abderachinan *MC*.
- g) aud *M*; audh *C*; haut *R*; aut *V*.
- h) nuberabilem *M*; innumerabilem *C*.
- i) amat *K*; *korr. in* amatum *C*.
- j) *fehlt K*; et *CR*.

8. Ex pontificali.

Stephanus natione Romanus habiit ad excellentissimum regem Francorum Pipinum adversus Aistulphum regem Longobardorum auxilium postulans. Audiens autem idem^a rex eiusdem beatissimi pontificis adventum nimis festinanter in eius advenit occursum una cum coniuge et filiis et primatibus, et fere ad C miliaria misit filium suum Karolum obviam ei cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipse quoque in palatio quod dicitur Ponticone fere ad trium miliariorum spatium descendens de equo suo cum magna humilitate terre prostratus una cum coniuge et filiis et optimatibus eundem suscepit pontificem. Cui et stratoris^b vice^b usque in aliquantulum locum iuxta eius sellare properavit et cum magna gloria ad suum palatium duxit et omnia, que ab eo pontifex petiit, impetravit.

a) idē *R*.

b) vicem stratoris *CV*; vice stratoris *R*.

9. Iohannes papa^a VIII.^b

Et quia pridem apostolicę memorię predecessoris nostri pape Nicholai ad ipsum iam inspiratione celesti revelatum fuisse comperimus, elegimus^c Karolum hunc magni Karoli nepotem^d et approbavimus una cum annisu et voto omnium^e fratrum^e et coepiscoporum nostrorum atque sanctę Romanę ecclesię ministrorum amplique senatus totiusque Romani populi gentisque togate. Et secundum priscam consuetudinem sollemniter ad imperii Romani populi scepra proveximus et augustali nomine decoravimus, unguentes eum oleo extrinsecus, ut interioris quoque spiritus sancti unctionem monstrarem, constituentes ad imitationem scilicet veri regis Christi domini nostri, ita ut, quod ipse possidet per naturam, iste consequatur per gratiam. Denique non hic perpetuus augustus ad tanta fastigia^f se velut improbus intulit, non tamquam inportunus fraude aliqua vel machinatione prava aut hianti ambitione^g ad imperialem apicem aspiravit. Absit, neque enim sibi honorem presumptuose assumpsit, ut imperator fieret, sed tamquam desideratus optatus postulatus a nobis et a Deo vocatus et honorificatus ad defendendam religionem et Christi ubique servos tuendos humiliter ac obędienter accessit, operaturus et roboraturus in imperio summam pacem et tranquillitatem et in ecclesia Dei iusticiam et exaltationem. Nisi enim nos talem eius cognovissemus intentionem, numquam animus noster fieret tam promptus ad ipsius provectionem^h.

a) *auf Rasur M.*

b) *auf Rasur über der Zeile M; VII. CV; folgt c(a)p(itulo) R.*

c) *eligimus C.*

d) *ne pot(est) R.*

e) *durch Umstellungszeichen korr. aus fratrum omnium M.*

f) *korr. aus fastidia M.*

g) *ambitione M.*

h) *provectionem MK.*

10. Ex hystoria Anastasii.

Gregorius^a papa Romanę presidente^b ꝥcclesię Leo impius imperator cepit depositionis contra sanctas imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius papa Romanus, tributa Romanę urbis prohibuit et Italie, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportære^c imperatorem de fide facere verbum et novitate violare antiqua dogmata ꝥcclesię catholicę, quę a sanctis patribus sunt predicata. Et infra: In seniori vero Roma Gregorius sacratissimus vir apostolicus et Petri verticis apostolorum confessor^d verbo et actu coruscans removit Romam et Italiam necnon et omnia^e tam^f rei publice quam ꝥcclesiasticę iura in Esperiiis ab obędientia Leonis et imperii^g sub ipso constituti. Et paulo post: Sane Gregorius sacratissimus presul Romanus, quemammodum dixi, Anastasium Constantinopolitanum episcopum una cum libellis abiecit, Leonem per epistolas tamquam impię agentem redarguens et Romam cum tota Italia ab illius imperio recedere faciens. Insaniens ergo tyrannus contra venerabiles imagines persecutionem^h extenditⁱ et contra papam atque recessum Romę ac Italie seviebat. Ea vero, quę dicuntur^j patrimonia sanctorum apostolorum in Sicilia, quę abolim in ꝥcclesiis auri dimidium et trita^k conferebant talenta, publice rationi exsolvi precepit.

- a) *so MCV; Greg. K; Gg. R.*
- b) *korr. in presidens C.*
- c) *oporteret M.*
- d) *confessorum M.*
- e) *alia RV.*
- f) *fehlt RV.*
- g) *imperio RV.*
- h) *persecutiones CV.*
- i) *korr. aus extendens (?) M.*
- j) *dominus M.*
- k) *tributa C.*

11. Gregorius episcopus^a servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri H.^b Metensi episcopo, inter cetera.

Quod autem postulasti^c te quasi scriptis nostris iuvari ac premuniri^d contra illorum insaniam, qui nefando ore garriunt auctoritatem^e sanctę et apostolicę sedis non potuisse regem Henricum christianę legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem atque hereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere. Et post pauca: Ut de multis pauca dicemus, quis ignoret vocem domini ac salvatoris nostri Iesu Christi dicentis in evangelio: 'Tu es Petrus et super hanc petram' et cetera. Numquid sunt hic reges excepti? Aut non sunt de ovibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis, rogo, in hac universali confessione ligandi atque solvendi^f a potestate Petri se exclusum esse esistimat, nisi forte infelix ille, qui iugum Domini portare nolens diaboli se subicit honeri et in numero ovium Christi esse recusat? Et infra: Quodsi beatus Gregorius doctor utique mitissimus reges, qui statuta sua super unum xenodochium violarent, non modo deponi, sed etiam excommunicari atque in ęterno examine damnari decrevit, quis nos H.^g non^h solum apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris ecclesię, quantum in ipso est, conculcatorem totiusque regni et ecclesiarum improbissimum predonem et atrocissimum destructorem excommunicasse deprehendatⁱ nisi fortasse similis eius? Sicut beato Petro docente cognovimus in epistola de ordinatione Clementis, in qua sic ait: 'Si quis amicus fuerit his, quibus ipse de^j eodem Clemente dicit^j non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei^k ecclesiam^k volunt, et cum corpore nobiscum esse videatur, mente et animo contra nos est, et est multo nequior hostis hic quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici. Hic enim per amicitiarum spetiem, quę inimica sunt, gerit et ecclesiam^l dispergit ac vastat. Nota ergo, karissime, si eum, qui amicitia vel colloquio his, quibus papa pro actibus suis^m, sociatur, tam graviter iudicat, quanta illum ipsum, cui pro actibus suis aususⁿ est, animadversione dampnat? Et infra: Talibus ergo institutis talibusque fulti auctoritatibus plerique pontificum alii reges alii imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquid de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius papa Archadium imperatorem, quia consensit ut sanctus Iohannes Crisostomus a sede sua pelleretur, excommunicavit. Alius item Romanus pontifex, Zacharias scilicet, regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo, quod tante potestati non erat utilis, a regno deposuit et Pipinum Karoli magni imperatoris patrem in eius loco substituit omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis, quam illi fecerant, absolvit. Quod etiam et^p frequenti auctoritate sepe agit sancta ecclesia, cum milites absolvit a vinculo iuramenti. Quod factum est his episcopis, qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Et beatus Ambrosius licet sanctus, non tamen universalis ecclesię episcopus, pro culpa, quę ab aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Qui^q etiam in suis scriptis ostendit^r, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis. Hoc modo circa principem^s sui pastoralis scribens ait^t: Honor fratris^u et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus^v adequari. Si regnum^w fulgori compares^x et principum diademati, longe erit inferius quam si plumbi^y metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum et exosculata^z eorum dextera orationibus eorum^a credant se communiri. Hęc cuncta, fratres, ideo nos premisisse debetis cognoscere, ut ostenderemus nichil in hoc seculo esse excellentius sacerdotibus, nichil sublimius episcopis repperiri.

a) *am Rand VII. papa MK; folgt papa VII. CRV; (episcopus) fehlt C.*

b) *fehlt CV.*

c) *expostulastis C; expostulasti RV.*

d) *muniri CV.*

e) *auctoritate C.*

f) *ss R.*

g) *hunc C; hoc V.*

- h) *fehlt MK.*
- i) *reprehendat C.*
- j)-j) *getilgt, stattdessen über der Zeile: amicus non est et locutus fuerit his quibus ipse M; dicens (statt dicit) CRV.*
- k) *ęcclesiam Dei M.*
- l) *ęcclesia M.*
- m) *am Rand non loquitur C; folgt aversus est RV.*
- n) *aversus CRV.*
- o) *fehlt MK.*
- p) *ex CRV.*
- q) *Quod C.*
- r) *korr. aus ostendet M.*
- s) *principium CR; principum V.*
- t) *fehlt RV.*
- u) *fr(atre)s CR; frēs V.*
- v) *coparationibus M.*
- w) *regum C; korr. in regum R.*
- x) *comparatus M; comparatur K.*
- y) *plumbum CV.*
- z) *obsculata M.*
- a') *folgt durchgestrichen se M.*

12. Ex pontificali.

Adrianus natione^a Romanus necessitate compulsus direxit marino itinere^b suas apostolicas litteras Karolo excellentissimo regi Francorum, deprecans ut sicut suus^c pater sanctę memorię Pipinus et ipse succurreret sanctę Dei ecclesię adversus insolentiam et tyrannidem Desiderii regis Longobardorum. Tunc ipse a Deo protectus Karolus rex aggregans universam regni sui exercituum multitudinem^d per VI menses obsedit eundem Desiderium in civitate Papia. Adveniente^e vero paschali festivitate magno desiderio ad apostolorum limina properavit. Cui pontifex venerandas cruces, id est signa, obviam misit et universas scholas militię et pueros portantes ramos palmarum sive olivarum. Ipse vero excellentissimus rex qua hora easdem^f sacratissimas cruces et signa conspexit, statim de equo descendit^g cum suis, ad beatum Petrum^h pedestris perrexit. Quem venerandus pontifex in sabbato sancto paschę in gradibus ipsius apostolicę aule cum clero et populo Romano prestolatus est. Qui dum advenisset, omnibus gradibus beati Petri deobsculatis ad prenominatum pervenit pontificem, cumque mutuo se amplexati essent, tenuit idem christianissimus rex manum ipsius pontificis et ita ad beati Petri confessionem cum omnibus suis properans terre prostratus Deo et sancto eius apostolo vota persolvit. Tunc rex obnixę precatus est pontificem, ut illi licentiam tribueret Romam ingrediendi orandi gratia per diversas ecclesias. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri cum iudicibus Romanorum atque Francorum sesequeⁱ mutuo per sacramenta munientes ingressi sunt continuo Romam. Celebrata vero paschali festivitate IIII. feria oblati magnis donis beato Petro ad obsidionem Papie reversus est et auxiliante Deo et eodem apostolo Desiderium Longobardorum regem cum coniuge secum deportavit et sibi omne regnum^j eius^j subiugavit^k.

a) natus *CV*.

b) *über der Zeile nachgetragen M; fehlt K.*

c) *fehlt CRV.*

d) magnitudinem *K.*

e) Advenienti *M.*

f) *folgt Rasur M.*

g) descendens *CRV.*

h) papam *CV.*

i) *davor getilgt set (?) M.*

j) eius regnum *CRV.*

k) *sib mit Lücke K.*

13. Gregorius Mauricio imperatori. In epistola XXI^a lib.^b V.^b

In divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Nam et per Moysen de eo, qui ad iumentum^c deducendus est^d, dicitur: 'Applica^e illum ad deos' videlicet ad sacerdotes, et rursus^f scriptum est: 'Dii non detrahes,' scilicet sacerdotibus, et propheta ait: 'Labia sacerdotis custodiunt scientiam' et reliqua. Quid igitur^g mirum, si illos imperialis pietas honoret, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica^h quoque testatur hysteria, quia cumⁱ pię memorię Constantino principi scripto oblatę accusationes^j contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit et eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans in eorum conspectu libellos, quos acceperat^k, incendit dicens: 'Vos dii estis a vero Deo constituti, ite et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos^l iudicemus deos.' In qua sententia sibi magis ex humilitate quam illis aliquid prestitit ex reverentia impensa. Et infra: Quid ergo mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes^m honoret, dum pagani ante eum principes honorem impendere eorum sacerdotibus noverunt, qui ligneis et lapideisⁿ serviebant? Hoc ergo non tantum specialiter quantum generaliter pro omnibus sacerdotibus asserimus, quoniam adhuc nescimus, quis in terribili^o iudicio qualis futurus sit. Et^p egregius predicator dicit: 'Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat Dominus', et cetera. Nam sunt multa, quę de iudicio illius homines^q ignorant, quia fortasse quę vos laudatis, ille reprehendit^r, et quę vos reprehenditis, ille laudabit^s.

- a) XXXI R.
- b) V liber R.
- c) iuramentum CRV.
- d) esse M; esset K.
- e) *darüber überschüssiger Kürzungsstrich M.*
- f) rursus CR; russum V.
- g) ergo KCRV.
- h) Ecclesia M.
- i) *folgt a K.*
- j) accusationis M.
- k) acceperant M.
- l) *korr. aus non M.*
- m) sacerdotis M; sacerdos V.
- n) *folgt diis C; dasselbe über der Zeile R.*
- o) *folgt Dei CRV.*
- p) *folgt enim Paulus CRV.*
- q) hominis M.
- r) *korr. in reprehendet R.*
- s) laudat K.

XXI.^a Quod Constantinus imperialem sedem apostolicę ecclesię dimisit.

1. Melciades^b. Cap.^c VIII.^c

Futuram ecclesiam a gentibus apostoli providebant. Idcirco predia in Iudea minime sunt adepti, sed pretio tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines et adversa mundi succresceret ecclesia, ad hoc usque pervenit, ut cum^d gentes non solum^d, sed etiam cum^e Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis^f patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem suo degentes imperio non solum fieri christianos, sed etiam fabricandi ecclesias et predia tribuenda constituit. Denique idem prephatus princeps^g donaria immensa et fabricam templi primę sedis beati Petri constituit, adeo ut sedem imperialem relinqueret et beato Petro suisque successoribus profuturam^h concederet. Idem vero presidens sanctęⁱ synodo, quę apud Nicenam^j congregata^k est, cum quęrelam quorundam conspiceret coram se dilaturam^l, ait: 'Vos a nemine^m diiudicari potestis, quia Dei solius iudicio reservamini. Dii etenim vocati estis, iccirco non potestis ab hominibus iudicari.' Ab illo etenim tempore et deinceps viri religiosi non solum possessiones et predia, quę possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, hędificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorum martyrum per civitates ac monasteria innumera, in quibus cętus Domino servientium conveniret.

a) *Zahl fehlt R.*

b) *Marchus C.*

c) *fehlt CRV.*

d)-d) *non solum gentes CRV.*

e) *fehlt CRV.*

f) *korr. aus veritates M.*

g) *pnceps M.*

h) *Endung korr. M.*

i) *folgt syno M.*

j) *Niceam CRV.*

k) *congregatam M.*

l) *zuerst vel delatam delaturam, dann vel und delaturam gestrichen R; delatam vel delaturam V.*

m) *nemini M.*

XXII.^a Quod nemo papam audeat iudicare, etsi^b reprehensibilis sit.

1. Nicholaus episcopus servus servorum Dei piissimo ac^c dilectissimo filio Michaeli a Deo protecto semper augusto.

Nunc ante^d divinam^e inspiratione^f non nos pigebit nec nobis impossibile erit ostendere vobis, si tamen velitis audire, non posse quemquam rite ab his, qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt, iudicialibus submitti diffinitionibus. Si quidem tempore Diocliciani et Maximiani augustorum Marcellinus episcopus urbis Romę, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut templum eorum ingressus grana thuris super prunas poneret. Cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum et inquisitione facta hoc idem pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre^g sententiam ausus est, dum ei omnes sepiissime perhibent: 'Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio,' et item: 'Noli, aiunt, in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam', et rursus: 'Quoniam ex te, inquit^h, iustificaberis, aut ex ore tuo condempnaberis', et iterum dicunt: 'Prima sedes non iudicabitur a quoquam'. Et paulo post idem in eadem: In tantum autem hanc presumptionem sancti patres apud Calcedoniamⁱ detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cetera iccirco potissimum sine ulla restauratione^j dampnaverunt, quia ponens in cęlum os suum et lingua eius transeunte super terram excommunicationem in sanctum papam Leonem dictavit. Presumpsit enim excommunicationem dictare adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnę Romę Leonem. Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an iniuste Dioscorus^k ipsam excommunicationem dictasset? Non plane, sed absque omni controversia^l hoc in eo multati sunt, quia cum esset inferior, potioem quibuslibet ausus est lacescere iniuriis, teste Anatholio Constantinopolitano presule, qui dicit: 'Propter fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domno archiepiscopo Leoni.'

a) *Zahl fehlt R.*

b) *etiamsi MKCRVS.*

c) *et CRV.*

d) *autem CRV.*

e) *divina CRV.*

f) *inspirationem K.*

g) *folgt in eum CR; davor in eum V.*

h) *inquiunt CRV.*

i) *Calcedoniam CV.*

j) *restitutione CRV.*

k) *Dioscorum M.*

l) *controversiam M.*

XXIII.^a Quod pape aliisque presulibus sit potestas excommunicandi imperatores^b.

1. Gelasius episcopis Dardanię.

Nathan propheta palam publiceque in facię^c regis David et commissum pronuntiavit errorem et ipsum comisisse non tacuit et confessione correptum^d consequenter absolvit. Beatę memorię Ambrosius Mediolanensis sacerdos ecclesię maiorem^e Theodosium imperatorem a communione publicę palamque suspendit atque ad penitentiam redegit regiam potestatem. Beatę memorię papa Leo^f, sicut legitur, imperatorem Theodosium iuniorem Epheseno latrocinio libere coarguit excedentem. Sanctę memorię papa^g quoque^g Hilarius^h Anathemiumⁱ imperatorem, cum Filotheus^j Macedonianus eius familiaritate suffultus diversarum conciliabula sectarum in urbem vellet inducere, apud beatum Petrum apostolum palam, ne id vellet^k, clara voce constrinxit^l, in tantum ut non ea facienda cum interpositione sacramenti idem promitteret imperator. Sanctę memorię^m nichilominus papa Simplicius et post eum sanctę memorię papa Felix non solum Basiliscum tyrannum, sed etiam imperatorem Zenonem pro isdem ipsisⁿ excessibus auctoritate libera sepius increpasse noscuntur, flectique potuisset, nisi Constantinopolitani presulis accenderetur instinctu, qui particeps externe communionis effectus necessario, in quid^o inciderat, iam^p fovebat, mallens in suę prevaricationis obstinatione persistere quam curandus ad salubria remeare, sicut ipse rerum probavit eventus. Ecce nuper Honorico regi Guandalorum^q nationis vir magnus et egregius sacerdos Eugenius Cartaginensis episcopus multique^r cum eodem catholici sacerdotes constanter resistere sevient cunctaque extrema tollerantes hodieque persecutoribus resistere non committunt^s.

- a) *Zahl fehlt R.*
- b) imperatorem *C*; ĩpr *R*; ĩpror *V*.
- c) faciem *CRV*.
- d) correctum *CRV*.
- e) maiore *M*.
- f) *fehlt K.*
- g) quoque papa *CR*; *nur* quoque *V*.
- h) Hilarius *C*; pa(m)philarus (*statt* papa Hilarius) *R*.
- i) *fehlt R.*
- j) Filotheus *CR*.
- k) fieret *CRV*.
- l) construxit *M*.
- m) *fehlt MK*.
- n) ipsius *CV*.
- o) quam *RV*.
- p) eumque *C*.
- q) Guandalice *CRV*.
- r) multisque *RV*.
- s) omittunt *C*; obmittunt *RV*.

XXIV. Quod papa possit ab alio excommunicatos absolvere.

1. Gregorius Magno presbitero Mediolensi^a scribens ait.

Comperimus siquidem quod Laurentius quondam frater et coepiscopus noster nullis te culpis extantibus communionem privaverit. Ideoque huius precepti nostri auctoritate munitus officium tuum securus perage et communionem sine aliqua sume formidine.

a) Mediolanensis ecclesie *CRV*.

XXV.^a Ut feretrum Romani pontificis non veletur.

1. Gregorius.

Feretrum, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis huius presbiteros ac diaconos^b censemus. Si quis vero ex eorum ordine hoc curare neglexerit, anathema sit.

a) *Zahl fehlt R.*

b) *diacones CV.*

XXVI.^a De precepto ammonitione et consilio.

1. Ieronimus in epistola adversus Iovinianum.

Quod^b precipitur, imperatur; quod imperatur, necesse est fieri. Si non fit^c, p̄enam habet. Et inferius: Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est, ubi preceptum, necessitas servientis.

a) *Zahl fehlt KR; Titel 26 erst vor I 26,2 CV.*

b) *Id(em) K.*

c) *fiat CRV.*

2.^a Augustinus in libro de sancta virginitate.

Precepto quisquis non obtemperat, reus est et debitor p̄n̄ę. Et paulo post: Precepto non obēdire peccatum est. Consilio si uti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis.

a) *davor Titel 26 CV.*

3. Idem in primo libro de sermone Domini in monte.

Aliud est quod iubetur, aliud quod monetur, aliud quod ignoscitur. Iubetur mulier a viro non discedere; quodsi recesserit, manere innuptam^a aut viro reconciliari. Aliter ergo non licet facere. Monetur autem vir fidelis, si habet uxorem infidelem consentientem secum habitare, non eam dimittere. Licet ergo et dimittere, quia non est preceptum Domini, ne dimittat, sed consilium apostoli; sicut monetur virgo non nubere, sed si nupserit, consilium quidem non tenebit, sed contra preceptum non faciet. Ideo^b ignoscitur, cum dicitur: Hoc autem dico secundum veniam, non secundum meritum^c.

a) *korr. in* innupta C.

b) *fehlt* RV.

c) imperium CRV.

XXVII. De auctoritate et ratione.

1. Calixtus papa Benedicto coepiscopo.

Quicquid inreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

2.^a Augustinus in epistola^b ad Ieronimum.

Scio non tantum in ecclesiasticis litteris, sed in omnibus recta et vera, quę invenerimus, approbanda.

a) *kein Absatz CRV.*

b) *folgt sua CRV.*

3.^a Idem in libro de orando Deum.

Quidam philosophorum vir eloquentissimus ait: Ecce autem alii, non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos, qui vivant, ut ipsi velint. Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, idem ipsum miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci quod velis^b, quam adipisci velle quod non oportet. Quid tibi videntur hec verba? Nonne ab ipsa veritate per quemlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hoc dicere, quod apostolus ait de quodam propheta Cretensi, cum eius illi sententia^c placuisset: Testimonium hoc^d verum est.

a) *dies Kapitel am Rand nachgetragen N; kein Absatz CRV.*

b) *vet MR; velit KV.*

c) *sententiam M.*

d) *verum C.*

4. Idem in libro^a secundo^a de ordine.

Ad discendum dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione. Tempore auctoritas, re autem ratio prior est. Aliud est enim, quod in^b agendo anteponitur, aliud quod^b in appetendo estimatur. Ita quamquam bonorum auctoritas imperite multitudini videatur esse salubrior, ratio tamen aptior eruditibus^c, quia nullus hominum nisi ex imperito peritus fuit. Nullus autem imperitus novit, qualem se debeat prebere docentibus et qualis vita esse docibilis possit. Evenit^d ut omnibus bona magna et occulta discere cupientibus non aperiat nisi auctoritas ianuam. Quam quisque ingressus sine ulla dubitatione vitę optimeę precepta sectatur, per quę cum docibilis factus fuerit, tum demum discet et quanta ratione predicta^e sunt ea ipsa, quę secutus^f est ante rationem^g, et quę sit ipsa ratio, quam post auctoritatis cunabula firmus et idoneus iam sequitur atque comprehendit, et quid^h intellectus, in quo universa sunt vel potius universaⁱ et^j quod^j propter^j universa universorum principium^k. Ad quam cognitionem in hac vita pervenere pauci, ultra quam vero etiam post hanc vitam nemo progredi potest. Qui autem sola auctoritate contenti bonis tamen^l moribus rectisque votis constanter operam dederint, aut contemnentes aut non valentes disciplinis liberalibus atque omnibus erudiri, beatos eos quidem; cum inter homines vivunt, nescio quomodo^m appellem, tamen inconcusseⁿ credo, mox ut hoc corpus reliquerint, eos quo bene male^o minusve vixerint, eo facilius aut difficilius^p liberari. Auctoritas vero partim divina est, partim humana, sed secunda infima, summa est ea quę divina nominatur.

a) II. libro *CRV*.

b)-b) *fehlt M*.

c) *folgt übergeschrieben est R*.

d) *davor übergeschrieben Unde R*.

e) *predita RV*.

f) *secuta CV*.

g) *folgt (am Rand korr.) auctoritas C*.

h) *korr. in quod C; korr. aus quod R; quid V*.

i) *fehlt M; universantur C; korr. aus universant R; universā V*.

j) *fehlt M*.

k) *principum M*.

l) *korr. in tantum C*.

m) *quo MK*.

n) *incusse M*.

o) *magis CRV*.

p) *facilius MK; aut difficilius fehlt R*.

5. Idem in libro de vera religione.

Auctoritas fidem flagitat et rationi preparat hominem, ratio ad intellectum cognitionemque perducit, quamquam neque auctoritatem ratio penitus deserit^a, cum desideratur^b, cui credendum sit, et certe summa est ipsis^c iam cognitę atque perspicuę veritatis auctoritas.

- a) *korr. in* deserat *R.*
- b) consideratur *CRV.*
- c) ipsius *CRV.*

6. Idem^a in^a eodem^a.

Rationi^b purgatoris^c animę, quę ad perspicuam veritatem pervenit, nullo modo auctoritas humana preponatur^d.

a) *fehlt CR; Idem nachgetragen C; nur Idem V.*

b) *davor Nam CRV (Iam V).*

c) *darüber Kürzungsstrich M.*

d) *korr. aus preponitur R.*

7. Idem in eodem.

Quę vera^a esse perspexeris^b, tene et ecclesię catholicę tribue. Quę falsa, respue et mihi, qui homo sum, ignosce. Quę dubia, crede, donec aut respuenda esse aut vera esse aut semper credenda esse vel ratio^c doceat^c vel^c precipiat auctoritas.

- a) veram *K*.
- b) persperis *M*.
- c) *fehlt MK*.

8. Idem in eodem.

Distinguiamus, quam fidem debeamus hystorię^a, quam fidem debeamus^a intelligentię, quid mandemus memorię verum esse nescientes, sed credentes tantum^b.

a)-a) *fehlt CV*.

b) tamen *CRV*.

9. Idem in libro ad Orosium presbiterum.

Quando^a inquirentes profari nobis aliquid volumus, testimoniis^b sanctorum eloquiorum, non nobis credendum^c esse, etiam quod in evangelio scriptum est, si forte evangelista eum^d hoc dixisse commemorat, cui fides habenda non est. Nam dictum est^e illic a Iudeis de^f domino Iesu Christo: 'Nonne^g verum dicimus, quia Samaritanus es et demonium habes?' Quam vocem tanto amplius detestantur^h, quanto Christus est carior. Emissam tamen a Iudeis esse dubitare non possumus, qui evangelicam narrationem verissimam credimus. Ita nec evangelistęⁱ derogamus fidem^j et Iudei vocem blasphemantis horremus. Nec solum impiis et nefandis hominibus, sed nec ipsis in fide parvulis atque adhuc rudibus et indoctis, qui forte ibi loquentes commemorantur, tamquam canonicę auctoritati accommodamus fidem. Neque enim quia ille, cuius cecitati^k oculos Dominus aperuerat, ait: Scimus quia peccatores Deus non exaudit, ideo istam sententiam per evangelicam auctoritatem sic debemus accipere, ut piis in evangelio verbis Domini resistamus, qui eum, qui dixit: Deus propitius esto mihi peccatori^l, magis iustificatum descendisse de templo quam phariseum^m.

- a) Quoniam *M*.
- b) testimonium *CR*; testimoniorum *V*.
- c) *folgt* est *MKC*.
- d) cum *M*.
- e) *fehlt* *K*.
- f) *fehlt* *CRV*.
- g) *eher* D(omi)ne *M*.
- h) detestamur *KR*; detestamus *V*.
- i) evangelicę *C*; evangelii *V*.
- j) fidei *C*.
- k) cęcitatatis *K*; ceci nati *CRV*.
- l) pccatori *M*.
- m) *folgt* asseruit *CRV*.

10. Idem in secundo libro de doctrina christiana.

Divinarum scripturarum indagator^a in canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quam plurimum auctoritatem^b sequatur. Inter quas sane ille sint, quę apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas, quę ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, preponat eis, quas quędam non accipiunt. In eis vero, quę non accipiuntur ab omnibus, preponat eas, quas^c plures gravioresque accipiunt, eis^c, quas pautiores minorisque auctoritatis ecclesię tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quamquam hoc invenire non possit, equalis tamen auctoritatis eas habendas puto.

a) indagat(ur)o *M*; indagatio *K*.

b) auctoritate *MK*.

c)-c) *am Rand M*.

11. Idem in primo libro de civitate Dei.

Non modo querimus, utrum fuerit factum, set utrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est. Cui quidem exempla concordant, sed illa, quę tanto meliora^a sunt imitatione, quanto excellentiora pietate.

a) digniora *CRV*.

XXVIII.^a De prediis Romanę ecclesię non alienandis.

1. Simachus papa in synodo.

Mansura cum Dei nostri consideratione decreta sancimus, ut nulli apostolicę sedis presuli a presenti die, donec disponente Domino catholicę fidei manserit doctrina salvatoris, liceat predium rusticum, quantecumque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre. Nec cuiusquam excusentur necessitatis obtentu, quippe cum non sit personale quod loquimur, nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed in usufructu^b rura^c aliquibus dari liceat nec data retineri preter clericos et captivos atque peregrinos, ne male tractationis ministretur occasio, cum liberalitatem ille alii tenere reseruentur. Sane tamen domus quibuslibet urbibus constitute, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis^d, si offerri contigerit, sub iusta estimatione^e redditibus et divini timore iudicii commodentur^f. Pari etiam ecclesiarum per omnes Romanę civitatis titulos, qui sunt presbiteri vel quicumque fuerint, astringi volumus lege custodes, quia nefas dicta^g est obligatione, qua se per caritatem Christi conectit^h summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia ordinis non teneri. Quicumque tamen oblitus Dei et decreti huius immemor in constitutum presens committens quicumque de iure tytolorum vel ecclesia superius prefata quolibet modo preter aurum argentum vel gemmas vestes quoque, si sint vel si accesserint, aliqua mobilia ad ornamentaⁱ divinaⁱ minime pertinentia perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub prefata conditione domibus, alienare temptaverit, donator alienator ac venditor honoris sui ammissione multetur. Preterea qui petierit^j aut acceperit vel qui presbiterorum aut diaconorum seu defensorum danti^k subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. Sitque^l accipienti vel subscribenti de personis superius comprehensis, id est quas^m anathemate feriri censuimus, instituta pęna contuberniumⁿ servata, quam premisimus^o in alienatore^p vindicta, nisi forte et alienator sibi, dum repetit et qui acceperit, celeri^q restitutione perspexerit. Quodsi minore^r animę suę cura quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea quę superius tenentur ascripta penarum genera contra fas, si quod conceptum fuerit documentum, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, effecetur. Sed etiam liceat quibuscumque ecclesiasticis personis voce contradictionis offerre et ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possit alienata reposcere, nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, quia religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis^s consideratione^s dispergit. Huius autem constituti legem in apostolica^t tantum^u volumus sede servari, universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis^v convenire rectores earum viderint more servato.

- a) XXVII *V*.
- b) usus fructus *CV*; usu fructus *R*.
- c) ario *K*.
- d) accepti *MK*.
- e) *fehlt M*; emendatione *V*.
- f) commendentur *C*.
- g) dictum *CRV*.
- h) conecto *M*.
- i) ornamentum divinum *C*; ornamentum divina *V*.
- j) preterit *K*.
- k) dantis *K*.
- l) Sicque *MK*.
- m) quos *MK*.
- n) contubernii (*vielleicht korr. aus contubernium*) *C*.
- o) prediximus *MK*.
- p) alienatione *KC*.

- q) cęlesti *K*; sceleri *C*.
- r) minorem *M*; minori *K*.
- s) consideratione pietatis *MK*.
- t) apostolicam *M*.
- u) tamen *CR*; *fehlt V*.
- v) religiosis *C*.

XXIX.^a De pontificali et regali auctoritate.

1. Leo episcopus Pulcheriꝯ auguste.

Omnes res aliter tute esse non possunt, nisi quę ad divinam confessionem pertinent et regia et sacerdotalis defendat auctoritas.

a) *Zahl fehlt K; XXVIII RV.*

2. Gelasius Anastasio imperatori.

Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus gravius^a tanto^a est pondus sacerdotum quanto etiam pro ipsis regiminibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti enim, fili clementissime, quoniam licet presideat^b humano generi dignitate, tamen presulibus divinarum rerum devotus colla submittis atque ab eis^c causas tuę salutis expectas. Hincque sumendis cęlestibus sacramentis eiusque^d ut competit, exponendis^e subdi te debere cognosceris religionis ordine potius quam preesse, itaque inter hęc illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Et post^f pauca^f: Si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit colla submitti, quanto potius sedis illius presuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit preminere et subsequens ęcclesię generalis iugiter pietas cęlebravit.

a) tanto gravius *CRV*.

b) presideas *CRV*.

c) eius *M*.

d) eisque *K*.

e) disponendis *CRV*.

f) paulo post *M*.

3.^a Augustinus^b.

Qui resistit potestati, Dei ordinationi^c resistit. Sed quid, si illud iubeat, quod non debeas^d facere? Hic sane contempne potestatem timendo potestatem. Ipsos humanarum legum gradus advertite. Si aliquid iusserit curator, non^e faciendum est; tamen si contra proconsulem iubeat, non utique. Contempnis potestatem, sed eligis maiori servire. Ne^f hinc debet minor irasci, si maior prelata est. Rursum si aliquid ipse consul iubeat et aliud iubeat imperator, numquid dubitatur illo contempto illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator et aliud Deus, quid iudicatis? Maior potestas, da veniam. Tu carcerem, ille gehenna^g minatur. Hic iam tibi assumenda fides est tua tamquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra te potens et molitur contra te potens.

a) *kein Absatz M.*

b) *fehlt MC; Et infra MCV.*

c) *korr. aus ordinatione M.*

d) *debeat M.*

e) *fehlt M.*

f) *Nec K; korr. in Nec CV.*

g) *gehennam KCR.*

4. Augustinus.

Prodest ergo et severitas vestra, cuius ministerio quies adiuvatur et nostra. Prodest intercessio nostra, cuius ministerio severitas temperatur et vestra. Non vobis displiceat, quod rogavi^a a bonis, quia nec nobis displicet^b, quod timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum iudicio futuro, verum etiam de presentibus vestris secularibus potestatibus terruit, asserens et ipsas ad^c dispensationem divinę providentię pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, et cetera. Hęc verba apostoli utilitatem vestrę severitatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iussi sunt^d debere qui terrent. Nichil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi caritate, et nichil fiat immaniter^e, nichil inhumaniter^f. Ita formidabitur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contempnatur, quia et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Quo si tanta est perversitas et impietas, ut ei corrigendę nec disciplinę nec venię remedia suffragentur, a bonis tamen intentione atque conscientia, quam Deus cernit, sive severitate sive lenitate non nisi officium dilectionis impletur.

- a) rogamini *CRV*.
- b) *fehlt MK*.
- c) a *M*.
- d) *folgt* timentibus *CRV*.
- e) non umaniter *korr. in* non humaniter *R*.
- f) *korr. aus* inumaniter *M*.

5. Augustinus Donatistis.

Imperatores si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra veritatem legem darent, per quam iusti et probarentur et coronarentur, non tamen faciendo quod illi iuberent, quia Deus prohiberet, sicut iusserat Nabucodonosor^a, ut aurea statua adoraretur. Quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem iubent. Quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam inter homines penas luit et apud Deum frontem non habebit, quia^b hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa veritas iussit, sicut ipse Nabucodonosor^c post miracula salutis trium puerorum commotus atque mutatus per veritatem contra errorem edictum proposuit, ut quicumque blasphemarent Deum Sydrac Misach et Abdenago, in interitum domus eorum irent^d in dispersionem. Et non vultis, ut aliquid tale contra vos iubeant imperatores christiani, cum sciant a vobis, quos^e rebaptizatis, Christum exsufflari. Idem^f in eodem. Videte quam perverse et impie dicatur, quod dicere soletis, quia si bonus sit homo, ipse sanctificat eum, quem baptizat, si autem malus sit et nesciat ille, qui baptizatur, tunc Deus sanctificat. Hoc si verum est, optare ergo debent homines, ut a malis ignoratis baptizentur potius quam a notis bonis, ut magis a Deo quam ab homine possint^g sanctificari. Sed absit a nobis ista dementia. Quare ergo non verum dicimus et rectæ sapimus, quia semper Dei est ista gratia et Dei sacramentum, hominis autem solum ministerium est. Qui si bonus est, adheret Deo et operatur cum Deo. Si autem malus est, operatur per illum Deus visibilem sacramenti formam, ipse autem donat invisibilem gratiam.

- a) Nabuchodosor *M*.
- b) qui *C*.
- c) Nabuchodosor *M*.
- d) *folgt* et *CRV*.
- e) qd *K*; *korr. in* qui *C*.
- f) *Absatz C*.
- g) possit *M*.

6. Augustinus Bonifatio.

Auxilium petivit Vagiensis episcopus ab imperatore christiano, non tam sui ulciscendi causa^a gratia^b quam tuendæ ecclesiæ sibi creditæ^c. Quod si pretermisisset, non eius fuisset laudanda pēnitentia, sed negligentia^d merito^e culpanda. Neque enim et apostolus Paulos vitæ suæ transitorie consulebat, sed ecclesiæ Dei, quando^f contra illos, qui eum occidere conspiraverant, consilium eorum tribuno ut proderetur effecit. Vnde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias. Romanas etiam leges implorare minime dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat^g. Itemque ne Iudeis^h eum interimere cupientibus traderetur, cesaris poposcit auxilium, Romani quidem principis, sed nondum christiani. Ubi satis ostendit, quidⁱ facere deberent postea^j Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante ecclesia repperirent.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt CRV.*
- c) *traditæ K.*
- d) *neglegenda M.*
- e) *korr. aus merita M.*
- f) *quam K.*
- g) *licebit M; korr. aus licebit R.*
- h) *iuderis M; korr. aus iuderis V.*
- i) *quod CRV.*
- j) *fehlt C.*

7. Augustinus in psalmis.

Iulianus extitit infidelis imperator, nonne extitit apostata iniquus ydolatra? Milites christiani servierunt imperatori infideli. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in cęlo erat. Quando volebat, ut ydola colerent^a, preponebant illi Deum. Quando autem producere aciem iubebat dicendo^b: 'Ite contra illam gentem,' statim obtemperabant. Distinguebant Dominum ęternum a domino temporali et tamen subditi erant propter Dominum^c ęternum et domino temporali.

a) *folgt* ut thurificarent *C*; ut turificarent *RV*.

b) dicente *M*.

c) Deum *M*.

8. Ieronimus in epistola ad Tytum.

Si bonum est, quod precipit imperator aut preses, iubentis obsequere voluntati. Si vero malum et contra Deum sapit, responde ei illud de actibus apostolorum: 'Obedire oportet Deo magis quam hominibus.' Hoc et ipsum de servis^a apud dominos et de uxoribus apud viros et de filiis apud patres, quod in illis tantum debeant dominis viris parentibus esse subiecti^b, quae contra Dei mandata non sunt.

a) *korr. aus* seruit *M.*

b) subiectis *M.*

9. Nicholaus servus servorum Dei sanctis episcopis, qui in convicinum villam publicam secus^a civitatem Silvanectis concilio convenistis.

Lege^b imperatorum non in omnibus^c ecclesiasticis controversiis utendum esse^d, presertim cum conveniat evangelicę atque^e canonicę sanctioni aliquotiens obviare. Ad quod ostendendum duorum horum, Innocentii scilicet et Gregorii, satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: 'Nam quod sciscitaris, inquires, utrum divisio^f imperiali iudicio provinciis, ut duo^g metropoles fiant, si duc metropolitani debeant nominari. Non ergo visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari honoresque aut^h divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendis duxerit imperator.' 'Beatus Gregorius scribens ad Theotistam patriciamⁱ inter cetera:' Si enim, inquit, religionis causa coniugia debere solvi^j dicantur, sciendum est quia, etsi hoc lex humana concessit, lex tamen divina prohibuit^k. Ecce^l quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolvi, et qualiter te, quod lex humana concessit, lex divina prohibuit. Non^m quod imperator leges, quibus sepe ecclesia contra hereticos utitur, sepe contra tyrannos atque contra pravos quosque defenditur, dicamus penitus renuendas, secundumⁿ eas, quod^o evangelicis apostolicis atque canonicis decretis, quibus ponende sunt, nullum posse inferre^p iudicium asseramus.

- a) prope CR; fehlt V.
- b) Legem MK.
- c) folgt nochmals in RV.
- d) est R.
- e) aut CRV.
- f) divisi MK.
- g) vero M; II° K; due C.
- h) et K.
- i) placidam K.
- j) dissolvi RV.
- k) concessit MK.
- l) Et te MK.
- m) Nam M; Num V.
- n) sed K.; cum C; cum per RV.
- o) fehlt CRV; stattdessen nochmals eas gestrichen C.
- p) inferri CRV.

10. Adrianus papa Engilkanno Mediomatricę urbis episcopo.

Constitutiones contra canones et decreta presulum Romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti.

Explicit^a liber^a I.^a

a) *fehlt KR.*

Incipit liber^a II

I.^b De prelatorum electione

1. Anacletus. Cap.^c XXI.^c

Electionem^d quoque, ut supra memoratum est, summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis^e concessisset. Electionem enim illorum taliter iubet fieri apostolus: Si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione^f luxurię aut non subditos.

a) *fehlt M.*

b) *Zahl fehlt MKR.*

c) *fehlt KR; am Rand XXI R.*

d) *korr. in Electionem R.*

e) *p(a)p(a) K; fehlt V.*

f) *accusationem M.*

2. Innocentius Aurelio Cartaginiensi^a episcopo^b.

Miserum est eum fieri magistrum, qui numquam discipulus fuit, eumque summum sacerdotem fieri, qui in nullo gradu umquam obsecutus fuerit sacerdoti.

a) *korr. aus* cartaginensi *M*; cartaginensi *CV*.

b) *Rubrik* Item de eodem *R*.

3. Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo. Cap.^a I.^a

Nulla sinit ratio, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis^b sunt electi nec a plebibus expetiti nec a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Unde cum sepe quęstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam ab istis esse tribuendum, quod nec docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoapostolis^c in eorum ꝑcclesiis ordinati sunt, quę ad proprios pertinebant episcopos, et ordinatio illorum^d consuetudo^e iudicio presidentium facta est, potest rata haberi, ita ut ipsis^f in^f ꝑcclesiis perseverent. Aliter autem vana est habenda consecratio^g, quę nec loco fundata est nec auctoritate munita.

a) *fehlt KCV; am Rand, ferner Rubrik De eodem R.*

b) *c̄li M.*

c) *pseudoepiscopis CRV.*

d) *eorum CRV.*

e) *consueto CRV.*

f) *in ipsis C.*

g) *consecranda K.*

4. Leo episcopus Anastasio Thessalonicensi episcopo, Cap.^a III.^a

In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hec forma servetur, ut is, qui ordinandus est, etiam si bonę vitę testimonio fulciatur, non laicus, non neophitus nec secunde coniugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat vel habuerit, sed quam^b sibi viduam^c copularit. Sacerdotum enim tam excellens electio est, ut hęc quę in aliis membris ecclesię non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

a) *fehlt K; am Rand R.*

b) *qui C.*

c) *folgt nachgetragen non C.*

5. Idem Cap.^a V.^a

Cum de summi^b sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus preponatur, quem cleri^c plebisque consensus concorditer postulaverit, ita ut, si in aliam fortasse personam partium se vota dividerint, metropolitani iudicio is^d alteri preferatur, qui maioribus et iuvatur studiis et meritis, tantum ut nullus detur invitis et non petentibus ordinetur, ne plebs invita episcopum non optatum aut contempnat aut oderit et fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuit habere quod voluit.

a) *fehlt K; am Rand R.*

b) *summis M.*

c) *eher d(e)i K; korr. aus clerici R; clerici V.*

d) *korr. aus his M.*

6. Leo episcopus omnibus^a episcopis^a per Cesariensem Mauritaniam constitutis. Cap.^b I.^b

Principatus, quem aut seditio extorsit aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipso tamen initii sui est perniciosus exemplo; et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo^c sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet ecclesie gradibus providenter scienterque curandum est, ut in domo Domini nichil sit inordinatum nichilque preposterum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familie Domini status exorbitabit^d, si quod requiritur^e in corpore, in capite non invenitur.

- a) episcopis omnibus *CRV*.
- b) *fehlt KR*; Capitula I. *C*.
- c) mala *CV*.
- d) *folgt* et ordo non stabit *CRV*.
- e) requiretur *M*.

7. Celestinus universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provinciam constitutis in Domino salutem. Cap.^a V.^a

Nullus invitis detur episcopus. Cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitate^b ipsius clero, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, potuerit repperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habeat unusquisque suę^c fructum iusticię^d in ecclesia, in qua sua^e per omnia officia transegit etatem. In aliena stipendia minime alter obrepat nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis^f retinendi^g, si se viderint pregravari, et quos sibi ingeri ex transverso viderint, non timeant refutare, qui sibi non debitum premium vel liberum de eo, qui eos rectorus est, debent habere iudicium.

- a) *fehlt K; am Rand R(V).*
- b) *civitatis CRV.*
- c) *korr. in suum M.*
- d) *milicię CRV.*
- e) *suam CRV.*
- f) *cleri M.*
- g) *renitendi CR.*

8. Celestinus. Cap.^a II.^a

Quid proderit per singula stipendia clericos militasse et omnem egisse in dominicis castris *ę*tatem^b, si hii, qui proficiendi sunt, ex laicis requirantur? Qui vacantes seculo et omnem *ę*cclasticum ordinem nescientes saltu prepropero in alienum honorem ambiunt, immoderata cupiditate transcendere et in aliud vitę genus calcata reverentia *ę*cclastica^c disciplina^c transire. Talibus itaque, fratres karissimi, necesse est obviamus hisque fraternitatem vestram decretis commonemus, ne quis laicum ad clericatus ordinem admittat et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causas generet, quibus reus constitutorum decretalium fiat.

a) *fehlt K; am Rand R.*

b) *ę*statem *M.*

c) *ę*cclasticę discipline *CRV.*

9. Leo omnibus episcopis per Cesaream^a Mauritanie^b. Cap.^c I.^c

Sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium, ita gravi semetipsum afficit dampno, qui ad suę dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum^d est^e, quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerat^f contra divine precepta legis collatus.

- a) cesariensem *CRV*.
- b) mauritaniam *CRV*.
- c) *fehlt K; am Rand R*.
- d) premittendum *C*.
- e) -que *K*.
- f) fuerit *CRV*.

10. Leo^a.

Statuimus, ne in^b aliquo apostolica et canonica decreta violentur^c et his regenda ecclesia Domini credatur, qui legitimarum institutionum nescii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a^d summis^d volunt habere principium, cum valde iniquum sit absurdumque, ut imperiti magistris^e, novi antiquis, rudes preferantur emeritis.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt R.*
- c) violent(er) *M.*
- d) assumis *C.*
- e) magistri *M.*

11. Hormisda Romanę ecclesię presul omnibus episcopis per^a Cesaream^b constitutis. Cap. I.^a

In sacerdotibus eligendis vel ordinandis curam oportet esse perspicuam. Inreprehensibiles enim esse convenit, quos preesse necesse est corrigendis. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula comittuntur ecclesię. Non negamus esse in laicis deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi querunt instituta fidelia. Discere quis debet, antequam doceat, et exemplum religiosę conversationis de se potius aliis prestare quam sumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat, et clericalibus obsequiis erudiendus insistit^c, inservit^d, ut ad venerandi gradus summa^e perductus, quis^f sit fructus humilitatis, ostendat. Nec tantum consecrare^g de laicis inhiemus, sed ne de penitentibus quidem quisquam ad huiusmodi^h gradum prophanus temerator aspiret. Satis illi postulantiⁱ sit venia; qua^j conscientia absolvat reum, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim, quem^k paulo ante vidit iacentem, veneretur antistitem, perferens venerandi criminis labem, non habens lucidam sacerdotii dignitatem?

- a)-a) *fehlt K; Cap. I am Rand R.*
- b) *ispaniam CV; hispaniam R.*
- c) *fehlt CRV.*
- d) *inservat korr. in inserviat C; inserviat RV.*
- e) *summam CRV.*
- f) *qui C.*
- g) *consecrac mit Lücke K.*
- h) *huiusmodum M.*
- i) *postulandi C.*
- j) *folgt nempe CRV.*
- k) *quam R.*

12. Pelagius Eucarp^a episcopo^a Mesalensi^a.

Karitatem illam, qua^b dilectionem tuam semper amavimus, omnia superare secundum apostolum credimus et nullum sanctitati tuę laborem pro ecclesiastico statu honerosum existere scit fraternitas tua, quia pro peccatis nostris omnes, que sua sunt, querunt, non que Iesu Christi. Hęc ideo prelibavimus, quia tibi rursus Catinensis ecclesię visitationem iniungimus,

cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam pergat et hominem de clero, qui nec uxorem habeat nec filios nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat atque suadeat et statim eum ad urbem Romam cum decreto et testificatione relationis tuę transmittat.

a) *fehlt K; am Rand C.*

b) *quam M.*

13. Idem. Temporis^a necessitates^b canonibus^c prevaluisse^{ac}.

Fraternitatis tue suscepta^d relatione^d eius latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus; castitatem tamen eum^e non^e priori^e servasse coniugio designasti. Et quamvis multa sint^f, quę^g huiusmodi casibus observari canonicę iubeat subtilitatis auctoritas, quia defectus nostri^h temporis^h, quibus non solum merita, sed corpora hominum defecerunt, districtioⁱ illius non patitur in omnibus manere censuram, et etas^j istius^k, de quo agitur, future incontinentię suspicionem^l auferre dignoscitur, ut ad diaconatus possit^m ordinem provehi temporum conscendentes, ut dictum est, defectui concessisse nos noveris; ita tamen, ut de morumⁿ vita vel actu ipsius tu in die^o iudicii ante tribunal illud terribile reddas communi Domino rationem, quia sicut^p preterita pro angustia temporis mitigamus, ut cautę atque sollicitę de futuris excessibus obviamus. Propter quod^q Micinam ancillam eius, de qua se post uxoris^r transitum habere confessus est filios, neque cum ipso manere liceat et cuicumque monasterio continentiam professura^s tua dispositione tradatur, ut meliori^t sorte^t, ad quod promovetur^u officium, sub bonę possit famę merito ministrare nec aliqua opinionis eius maculandę relinquatur occasio.

a)-a) *Schon beim vorigen Kapitel K;*

b) necessariis *MC*; *abgekürzt R*; *necesse V*.

c) prevaluisse canonibus *C*; prevaluisse canonicę auctoritati *R*; *nur prevaluisse V*.

d) relatione suscepta *CRV*.

e) priori eum non *CV*; eum priori non *R*.

f) sunt *M*; *korr. aus sunt C*.

g) *folgt in CRV*.

h) temporis nostri *CRV*.

i) *korr. aus districtione M*; *districtione K*.

j) *korr. aus eas (?) M*; *eas C*.

k) istas *C*.

l) suspensiones *C*.

m) *hier fol. 24^r zuende, danach fol. 25 mit anderen Texten eingeschaltet, Fortsetzung auf fol. 26 R*.

n) moribus et *CRV*.

o) diem *CRV*.

p) *fehlt C*; *sic RV*.

q) *folgt iubemus CRV*.

r) *fehlt K*.

s) professuram *C*.

t) melioris ortę *M*.

u) provocetur *C*.

14. Gregorius Brunichildę Francorum reginę. In^a epistola LXXVIII^b lib. VIII.^a

Sacerdotale officium vestris in partibus in tanta, sicut didicimus, ambitione perductum est, ut sacerdotes subito, quod gravę nimis est, ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi, quid prestaturi^c sunt populo^d, qui non ad utilitatem, sed^e fieri^f ad honorem episcopi concupiscunt? His igitur, qui necdum didicerunt, quod doceant, quid aliud agitur, nisi ut paucorum proventus illicitus fiat multis interitus^g et in confusionem ecclesiasticę moderationis observantia deducatur, quippe ubi nullus regularis ordo servatur? Nam qui ad Dei regimen improvidus et precipitatus accedit, qua ammonitione subiectos ędificabit, cuius exemplum non rationem docet, sed errorem? Pudet profecto, pudet aliis imperare, quod ipse nescit custodire.

a)-a) *fehlt K.*

b) I. XXVIII. *M.*

c) *prestaturi CRV.*

d) *populi M.*

e) *se CV; korr. aus se R.*

f) *folgt nachgetragen sed C.*

g) *introitus M.*

15.^a

Nec illud quidem, quod simili emendatione tradendum est, preterimus, sed omnino execrabile et esse gravissimum detestamur, eo quod sacri illic ordines per symoniacam heresim, quę prima contra ecclesiam orta et districta maledictione dampnata est, conferantur. Hinc ergo agitur, ut sacerdotii dignitas in despectu et sanctus honor sit in crimine. Perit itaque reverentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare, committit, et nefaria ambitione honor sacerdotii ducitur in depravatione^b censurę. Nam quis denuo veneretur, quod venditur? Aut quis non vile putet esse, quod emitur? Unde valde contristor et corde illis condoleo, quia spiritum sanctum, quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, divino munere habere despiciunt, sed premiis assequantur, et sacerdotium illic^c diu subsistere non arbitror. Nam ubi dona superne gratię venalia iudicantur, ad Dei servitium non vita quęritur, sed magis contra Deum peccunię venerantur.

a) *kein Absatz CRV.*

b) *depredatione CRV.*

c) *illuc M.*

16.^a Gregorius^b Siagrio episcopo Augustodunensi. Idem^c in epistola LXXXIII.^d lib. VIII.^e

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi tedio meroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quemquam habet locum pecunia et situlare, quod sacrum est. Quicumque ergo hoc^e pretii studet datione percipere, dum non officium, sed nomen attendit^f, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quod^g scilicet quid per hoc aliud agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui^h dare^h pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat utilitatis arripere, eo ipse magis, quo honorem querit, indignus est. Sicut autem isⁱ, qui invitatus renuit, quersitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat^j et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, pura proferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum proventus, sed Dei credatur esse iudicio. Nam quia grave omnino sit facinus Dei donum vel pretio comparare vel vendere, evangelica est testis auctoritas. Templum autem dominus et redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas evertit. Quid vero aliud est columbas vendere nisi pretium de manu^k impositione percipere et spiritum sanctum, quem Deus omnipotens hominibus^l tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere^m, cathedram^m utique patenter eversioneⁿ signatum est, et tamen exerit adhuc nequitie pravitas^o vires suas. Nam cogit vendere, quos decipit emere. Et dum non attenditur, quod divina vice precipitur: Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto conditio ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim ante omnes radices^p pestiferas^p subrepisse^q atque in ipsa sua origine apostolica detestatione esse dampnatam, cur non cavetur? Cur non perpenditur, quia benedictio^r illi in maledictionem convertitur, qui ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur?

- a) *kein Absatz M.*
- b) *Idem in eodem M.*
- c)-c) *fehlt MK.*
- d) *oder LXXX in C.*
- e) *fehlt M.*
- f) *intendit C.*
- g) *korr. in Quid CR.*
- h) *dare qui CV; korr. in dare quibus C.*
- i) *his MC; fehlt V.*
- j) *crescat M.*
- k) *manus CRV.*
- l) *ominibus M.*
- m) *cathedram cadere M; cadere cathedrarum CRV.*
- n) *eversionem M.*
- o) *parvitas M.*
- p) *radice pestifera CRV.*
- q) *surripuisse K; surrepsisse CV; surrepsisse korr. in surrepsisse R.*
- r) *beneditio M.*

17. Gregorius^a Theoderico et Theodeberto regibus Francorum.

In^b epistola LXXXI lib. VIII.^b

Fertur^c symoniaca^d heresis^d in regni vestri finibus dominari, cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante qui ait: Fides sine operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur obtinere per premium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit^e etiam^e, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti dispectique sint, et dum innocentia^f pauperis displicet, dubium non est, quod premium illuc^g delicta commendet, quia ubi aurum placet, et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatis et ordinati anima letale vulnus infigitur, verum etiam excellentia vestra regia episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuari^h debuerat, pregravatur. Si enim isⁱ dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed premiorum copiae suffragantur, restat, ut nichil sibi in honores ecclesiasticorum^j gravitas, nichil defendet industria, sed totum auri prophanus amor obtineat. Et dum vitia honore munerantur, in locum ultoris is^k, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdos non proficere, sed perire potius iudicatur. Vulnerato namque pastore quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quomodo populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta^l est? Maior ergo metuenda est locis illis^m foreⁿ calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam provocant^o, quam^p per semetipsos populis placare debuerant.

- a) *G M.*
- b)-b) *fehlt K.*
- c) *fehlt M.*
- d) *symoniacam heresim K.*
- e) *etiam fit C.*
- f) *innocentiam M.*
- g) *illic CRV.*
- h) *iura mit Lücke K.*
- i) *his MCV.*
- j) *ecclesiasticos CR; ecclesiasticis V.*
- k) *his MC.*
- l) *interfecta K.*
- m) *illius K.*
- n) *fehlt M.*
- o) *provocent CRV.*
- p) *quem C.*

18.^a

Nec^b hoc quidem malum sollicitudo vestra patiatur negligenter admittere, quod quidam instinctu glorię inanis illecti ex laico repente habitu sacerdotii honorem^c arripiunt, et quod nefas est dicere^d, regendi rectores^e, et qui docendi sunt, doctores nec^f erubescunt^f videri^f nec metuunt. Ducatum animarum impudenter assumunt, quibus via omnis doctoris ignota est, et quo vel ipsi gradientur, ignari sunt. Quod quam sit pravum quamve sit temerarium, seculari etiam ordine et disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus non nisi labore et sollicitudine expertus eligitur, quales animarum duces esse debent, qui episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione^g conscendere? Huius saltim^h rei se comparationeⁱ considerent et aggredi repente inexpertos labores timeant, nec ceca ambitio honoris et ipsis in pęna sit et aliis pestifera erroris semina iaciant, quippe qui non didicere quod doceant. Proinde vero paterno salutantes affectu petimus, precellentissimi filii, ut hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere et nulla apud vos excusatio, nulla contra animam vestram suggestio locum inveniatur, quia proculdubio facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.

- a) *kein Absatz CRV.*
- b) *Hec K.*
- c) *hominem M.*
- d) *folgt et grave tacere est CRV.*
- e) *per doctores RV.*
- f) *videri nec erubescunt C.*
- g) *festinationem M.*
- h) *saltum M.*
- i) *comparationem M.*

19. Gregorius episcopus Galliarum. In^a epistola LXXXIII lib. VIII.^a

Fraternitate^b vestra^c auctore Deo volumus synodum congregare, ut in ea omnia, quę sanctis canonibus sunt adversa, districtę sub anathematis interpositione dampnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod comodum presumat vel pro datis^d accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri^e regiminis pervenire, neque ut alię mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi ille, quę sacris canonibus sunt permissę, id est mater aut soror aut amita vel quę^f omni suspitione carere possint.

a)-a) *fehlt K; nur lib. VIII fehlt CV.*

b) *Fraternitatem CR; Fraternitati V.*

c) *tua M; vestram C; korr. und unleserlich R; vestre V.*

d) *dandis (Endung korr.) C; korr. in dandis R.*

e) *korr. aus sacris M.*

f) *qui R.*

20. Gregorius Victori episcopo. In^a epistola VIII lib. XII.^a

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniace aut neophitorum hereseos, emendandum officii sui consideratione vehementer non arserit^b, cum ipso non dubitet habere portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium sumpsit exordium.

a)-a) *fehlt K.*

b) *exarserit CV.*

21. Gregorius servus servorum Dei Deusedit et clero Mediolanensi inter cetera.

Nos in hominem, qui^a non a catholicis eligitur, nulla prebemus ratione consensum, nec si alicuius presumptionis usurpatione factum fuerit, in locum vel ordinem sacerdotis^b suscipimus^b.

a) q *M*.

b) suscipimus sacerdotis *CV*.

22. Ex secunda actione VI. synodi CCCL^a episcoporum.

Omnis electio episcopi vel presbiteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam, quę dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsas^b obtineat, deponatur et segregetur omnesque qui illi communicant.

- a) lib *CV*.
- b) ipsos *C*.

23. Gregorius Benenato episcopo visitatori Cumam^a. In epistola XX^b lib. II.^c

Monere te volumus clerum^d plebemque Cumanę ecclesię, ut remoto studio uno eodemque consensu expetant sacerdotem. Commonemus etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera elegi permittas ecclesia, nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus^f ad episcopatum, quod evenire non credimus, potuerit inveniri^g.

- a) cumas *CRV*.
- b) XXX *M*.
- c) I *CV*.
- d) pclerum *M*.
- e) cleros *K*.
- f) Null(is) *M*; nullum *R*.
- g) invenire *M*.

24. Gregorius Iohanni Corinthiorum episcopo. In epistola LV^a lib. V.

Novit fraternitas tua, quia prius pallium nisi dato commodo non dabatur. Quod quam^b incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorum principis tam de hoc quam de aliis ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo, ut neque per commodum neque per gratiam aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis vel permittatis adduci.

a) LX K; VI CV.

b) quia C; *korr. in* quia R.

25. Gregorius generali synodo presidens dixit. Cap.^a V.^a

Antiquam patrum regulam sequens nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum sit^b constituo, neque ex datione pallii neque ex datione cartarum neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatio^c pastelli. Quia enim in ordinando episcopo pontifex manum imponit, evangelicam vero lectionem^d minister legit, confirmationis autem eius notarius epistolam scribit, sicut non decet episcopum manum, quam imponit, vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo eius vel usu pallii seu chartis atque pastellis eundem, qui ordinandus est vel ordinatur, omnino dare aliquid prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis huic aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte presumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui subiacebit. Is^a autem, qui ordinatus fuerit, si non^f ex placito neque exactus aut appetitus post acceptas chartas et pallium offerre cuilibet ex clero aliquid tantummodo gratiæ causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ^g maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

a) *fehlt K; Cap. VI CV.*

b) *esse CRV.*

c) *appellatione CRV.*

d) *lectioem M.*

e) *His MCV.*

f) *fortradiert C.*

g) *culpāe M.*

26. Gregorius clero et nobilibus^a civitatis^b Neapolim. In^c epistola XVIII lib. X.^c

Nec novum nec reprehensibile^d est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes dividere. Sed grave est, quando^e in huiusmodi causis non ex iudicio, sed de solo favore venit electio. Prius enim quam scripta ad nos vestra discurrerent, Iohannem diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulam habere filiam quorundam relatione cognovimus. Unde si rationem voluissent attendere, nec alii eum eligere nec ipse debuerat consentire. Nam qua presumptione ad episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola^f teste convincitur non habere? Petrus autem item diaconus, quem a vobis electum asseritis, omnino, quantum dicitur, simplex est. Et nostis quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum utilitate et cautela sciat esse sollicitus. Nam de eo insuper ad nos pervenisse cognoscite, quia solidos dederit ad usuras. Quod vos oportet cum omni subtilitate requirere, et si ita constiterit, alium eligite et ab huius vos persona sine mora suspendite^g. Nam nos amatoribus usurarum nulla ratione manus^h imponimus.

a) populo *CRV*.

b) civitatibus *M*; *fehlt CRV*.

c)-c) *fehlt, am Rand* in ep(isto)la XVIII *K*; V (*statt X*) *CV*.

d) reprehensibil *M*.

e) q(uonia)m *K*.

f) filiulam *M*.

g) *fehlt K*.

h) manum *M*.

27. Idem^a Ecolesio^b episcopo^c Clusino^c. In epistola XIII^d lib. X.

Gloriosus filius noster Ansfred^e ad me^f scripta transmisit, indicans quod in castro Balneum Regis una cum habitatoribus loci ipsius sibi Iohannem diaconum elegerit episcopum ordinandum. De cuius omnino vita bona testatus est. Sed quia quę sunt canonica nescit et nos inexpertis vel incognitis manus temere non audemus imponere, fraternitas vestra cum omni sollicitudine ac vigilantia diversis, quibus potuerit, modis de vita actibusque ipsius requirere studeat. Et si nichil est, quod ei canonice possit obsistere, requirendum quoque est, si in opere Dei studium habuit^g vel psalmos novit; et si talis fuerit, eum ad nos cum testificationis suę epistola dirigat. Si vero aliter fuerit, vestris nobis similiter epistolis indicate et habitatores loci ipsius adortamini, ut si iste aptus non fuerit, sicut et suprascripto^h Ansfridⁱ filio nostro scripsimus, alium sibi eligant, qui ad hoc officium cum Dei gratia aptus videatur^j inveniri.

- a) Gregorius *K*; *fehlt R*.
- b) *fehlt K*; Ex concilio *CV*; Eccl̄io *R*.
- c) Clusino episcopo *K*.
- d) XII *M*.
- e) Ansfredus *CRV*.
- f) nos *CRV*.
- g) habuerit *CV*.
- h) supradicto *C*; *fehlt V*.
- i) ansfrido *CRV*.
- j) videat *M*; valeat *CRV*.

28. Gregorius^a Siagrio Etherio Virgilio Desiderio episcopis. In epistola^b LXXXIII^c lib. VIII.^d

Omnino metuenda et cavenda est antiqui hostis astucia, ne quos aperta nequit temptatione subvertere, latenter^e seivius valeat trucidare. Neque in^f helemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur, quod ex^g illicitis rebus accipitur, quia qui^h hac intentione male accipit, ut bene dispenset, gravatur potius quam iuvaturⁱ. Helemosyna redemptori nostro illa placet, quę non de illicitis inique congeritur, sed quę de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia et si monasteria aut xenodochia vel quid aliud ex pecunia, quę pro sacris ordinibus datur, instruatur^j, mercedi non proficit, quoniam dum perversus emptor honoris in locum transmittitur et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest edificare, qui ab eo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu helemosinę cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte^k nos^l sacra scriptura nos^m prohibet dicens: Hostię impiorum abhominabiles Domino, quę offeruntur ex scelere. Hinc rursum scriptum est: Honora Dominum de tuisⁿ laboribus^o. Hinc quoque per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ita gratum est Deo, ac si imolet filium in conspectu patris. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu helemosinę peccata symoniacę hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata helemosinas facere, aliud propter helemosinas peccata committere.

- a) Idem C; fehlt RV.
- b) epistolis R.
- c) folgt in CRV.
- d) folgt Gregorius CRV.
- e) latenti R.
- f) enim CRV.
- g) fehlt K.
- h) folgt in C.
- i) korr. aus giuvatur M.
- j) instruantur C.
- k) aperta C; ita V.
- l) fehlt K.
- m) fehlt CRV.
- n) folgt iustis CRV.
- o) laboris M.

29. Gregorius hisdem episcopis. In^a eadem^a epistola^a.

Hoc quoque ad nos pervenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidam desiderio honoris inflammati defunctis episcopis tonsorantur et fiunt repente ex laicis sacerdotes atque inverecunde religiosi prepositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid^b isti subiectis prestaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant^c, tenere locum regiminis non formidant? Qua de re^c necesse est, ut et^d si^e quamvis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ecclesiasticis^f ordinis^g exerceatur officiiis. Videat quod imitetur, discat quod doceat, informetur quod teneat, ut postea non debeat errare, qui eligitur viam errantibus demonstrare. Diu ergo religiosa meditatione probetur, ut placeat, et sic^h lucerna super candelabrum posita luceat, utⁱ adversa ventorum vis irruens conceptam eruditionis flammam non extinguat, sed augeat. Nam cum scriptum sit, ut prius quis probetur et sic ministret, multo ante probandus est, qui populi intercessor^j assumitur, ne fiant causa ruine populi sacerdotes mali.

a) *folgt* lib. VIII *M*; *fehlt* *K*.

b) *quidem* *M*.

c)-c) *fehlt* *R*.

d) *scheint getilgt* *M*; *fehlt* *KV*; *nachgetragen* *C*.

e) *scheint getilgt* *M*.

f) *ecclesiastici* *K*.

g) *ordines* *CRV*.

h) *sicut* *CV*.

i) *tu* *M*.

j) *intercessoris* *M*.

30. Gregorius Siagrio Etherio Virgilio Desiderio episcopis. In^a Epistola LXXXIII lib. VIII.^a

Sicut tunc neophitus dicebatur, qui in initio sanctę fidei erat eruditione plantatus, sic^b neophitus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos sacros ordines irrepserit. Ordinate ergo ad ordines ascendendum est. Nam casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Et cum apostolus doceat inter alia sacri ordinis instituta discipulum manum non esse cuiquam citius imponendam, quid hoc deterius quidve precipitatus, quam ut exoriatur a summitate principium, et antequam incipiat esse discipulus, sit magister, et ante incipiat esse episcopus quam minister? Quisquis igitur sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo, quo^c est subiturus, honore metiatur, ut et impar absteineat et ad id cum metu, etiam qui se sufficere existimat, accedat.

a)-a) *fehlt KCRV; stattdessen* Isdem (Eisdem R) episcopis in eadem epistola CRV.

b) *folgt* modo CRV.

c) *korr. in* quem C.

31. Ex concilio^a Laudocensi.

Non est permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium provehendi.

a) eo c̄l *R.*

32. Gregorius papa clero Mediolani^a.

Nos in hominem, qui non a catholicis et maxime a Longobardis eligitur, nulla prebemus ratione consensum nec alicuius presumptionis usurpatione, si factum fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis^b suscipimus, quia vicarius sancti Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si electus a talibus ordinatur.

- a) mediolanensi *K*.
- b) facere dotis *M*.

33. Adrianus papa universali octave synodo presidens dixit. De eadem re.

Promotiones et consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis electione et decreto fieri episcoporum hec sancta et universalis synodus diffinivit et statuit, atque iure promulgat neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchę vel metropolitę vel cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquem potestativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesię suscipiat finem electio pontificis. Si quis vero laicorum ad concertandum et cooperandum ab ecclesia invitetur, licet huiusmodi cum reverentia, si forte voluerit, optemperare^a se ascientibus^b. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suę ecclesię salutem promoveant. Quisquis autem secularium principum et potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis^c agere temptaverit, anathema sit, donec obędiat et consentiat, quotquot^d ecclesia de ordinatione ac electione proprii presulis^e se velle monstraverit.

a) optp(er)are *K*.

b) asciscentibus *CV*; asciscentibus *R*.

c) ordini *M*.

d) *korr. in* quod *C*; quicquid *V*.

e) sedulis *K*.

34. Siricius^a papa orthodoxis^b diversas provincias constitutis. Cap.^c I.^c

Tales ad ecclesiasticum ordinem permittantur accedere, quales apostolica auctoritas iubet, non quales nunc ambitus causas^d conatur arripere. Curiales dico vel eos, qui cingulo militię secularis astricti olim gloriati, qui postquam pompa seculari exultaverunt aut negotiis rei publice optaverunt militare aut curam mundi tractare, adhibita sibi quorundam manu et proximorum favore stipati. Hii frequenter ingeruntur auribus meis, ut episcopi esse possint, qui per traditionem et evangelicam disciplinam esse^e non possunt. Quantis hoc aliquotiens^f certatum viribus, sed nichil tale potuit dici^g. Quę ratio compellit, ut etiam de longinquo veniant ordinandi, ut digni possint et plebis et nostro iudicio comprobari.

- a) Hiricius *K*.
- b) *folgt* episcopis *CRV*.
- c) *fehlt K; davor* De eadem re *CRV*.
- d) causa *CRV*.
- e) *fehlt K*.
- f) *folgt nachgetragen* est *C*.
- g) elici *CRV*.

35. Idem papa eisdem. Cap.^a II.^a

Quantum illicitum sit, estimari non potest, ut transeuntes, sive simulent sive sint monachi, quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus nec probatam, nolint^b sumptibus adiuvare, sed statim aut diaconos facere aut presbiteros ordinare festinent aut, quod est gravius, episcopos constituere non formidant. Carius^c aput illos dari sumptum est transeunti quam sacerdotium non^d retenti^d. Inde in superbiam exaltantur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asseruntur.

a) *fehlt K; am Rand R.*

b) *nolunt C.*

c) *Caris M.*

d) *korr. in sacerdoti C; non recenti R; non recenseri V.*

36. Celestinus papa universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provinciam constitutis. Cap.^a IIII.^a

Nec emeritis in suis ecclesiis peregrini et extranei et qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum civium merentur testimonio, preponantur, ne novum quoddam, de quo episcopi fiant, institutum videatur esse collegium^b.

a) *fehlt K.*

b) *collegum M.*

37. Symachus papa Cesario episcopo.

Nullus per ambitum ad episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione^a culpetur, quis dubitet, quod religiosus et Deo servientibus inurat^b opprobrium, si quis episcopatum desiderans^c data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat? Nec ad decretum sibi faciendum clericos^d vel cives subscribere adhibito^e cuiuslibet generis timore compellat vel premiis aliquibus ortetur. Decretum sine visitatoris presentia nemo conficiat, cuius testimonio clericorum^f ac civium possit unanimitas declarari^g.

- a) conversione *CV*.
- b) incurrat *CRV*.
- c) *korr. in* desiderat *C*.
- d) clericos *K*.
- e) adhibitos *MK*.
- f) clericorum *K*.
- g) declarare *MK*.

38. Pelagius^a papa Cetero patricio.

Quid de ordinando ecclesie Catinensis episcopo salubris^b electione iudicii fieri desiderastis, agnovimus. Confestim sequenti die eum^c iuxta morem discutientes tercio, quo venit, die episcopum consecrare curavimus. Simili quidem modo et de Siracusanę urbis antistite optaveramus, nisi nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus ordinationem differre^d sacerdotii coegisset, ob hoc quod vel persone qualitas vel superstes uxor aut filii, per quos ecclesiastica solet periclitari substantia, nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent, opinantes quod in melius Syracusanorum provenire electio potuisset. Sed quia in voluntatis sue proposito inrevocabiliter perstitit et nullus est alius in eadem repertus ecclesia, illud consultis^e iudicavimus faciendum, ut congrua providentia causam^f, propter quam principalis constitutio habentem filios et uxorem ad episcopatus prohibet^g ordinem^g promoveri, salva dispositione consilii muniremus. Qua de re summo studio ab eodem, prius quam a nobis eum contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam et suam fateretur, quantula esset^h, presentis temporis habita rerumⁱ descriptione^l substantiam et nichil umquam per se aut per filios aut per uxorem sive per quamlibet propinquam aut domesticam vel extraneam personam forte de rebus usurparet ecclesie et universa episcopatus^k quesita tempore ecclesie dominio^l sociaret.

- a) Gelasius *RV*.
- b) salubri *C*.
- c) cum *R*.
- d) differrem *M*.
- e) consultius *RV*; consulcius *C*.
- f) causa *M*.
- g) ordinem prohibet *K*.
- h) esse *M*.
- i) reum *M*.
- j) discretione *RV*.
- k) *folgt* suo *C*.
- l) dominio *M*; domino *RV*.

39. Gregorius papa Mariniano archiepiscopo Ravennę. In epistola XLI lib. VIII.

Clerum plebemque Ariminensis ecclesię non destitimus^a admonere, quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi provisione concurrant. Hortamur ergo, ut fraternitas vestra eum, quem uno consensu omnes elegerint, sicut et ipsi a nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat evocari. Quem cauta ex omnibus examinatione discutite^b, et si ea^c in^c eo^c, quę in textu Eptatici morte multata sunt, minime Domino^d opitulante reperta atque fidelium personarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina, vestrę quoque addita testificationis epistola, destinate, quatenus eidem a nobis ecclesię disponente Domino consecretur antistes.

- a) desistimus *M.*
- b) discutere *M.*
- c) in eo ea *K.*
- d) *folgt* fuerint *CRV.*

40. Paulus^a ad Tymoteum fidelis sermo.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suę domui bene prepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suę preesse nescit, quomodo ecclesię Dei diligentiam adhibebit? Non neophitum, ne^b in superbia elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, ut non in obprobrium incidat et^c laqueum diaboli.

a) *folgt* apostolus *CRV*.

b) *korr. aus n(on) M.*

c) *folgt* in *CRV*.

41. Leo papa episcopis Cesariensis Mauritanie.

Merito beatorum Petrum^a venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per discipline ecclesiasticę stipendia cucurrisset^b et unicuique testimonium prior vita preberet. Nec potest de eius provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus^c strenuis celsioris loci premium debetur.

a) *korr. aus* petrum *M.*

b) cucurrisset *CRV.*

c) actionibus *C.*

II.^a Quod episcopus valde debitor est eis, qui sibi eum^b devota mente preferunt.

1. Gregorius papa Constantio episcopo Mediolano^c. In^d epistola I lib. IIII.^d

Quod ex superno munere in electione vestra concorditer omnium convenit assensus, hoc fraternitas tua cum summa debet veneratione^e pensare, quia post^f Deum valde est debitor^g eis, qui sibi vos preferri tam subdita mente voluerunt. Decet igitur vos sacerdotali dignitate eorum moribus in omnibus respondere eorumque necessitatibus pia compassione concurrere.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt M.*

c) *medioI K; mediot R; mediolanensi CV.*

d)-d) *fehlt KCV; nur am Rand in epistola IIII R.*

e) *consideratione CRV.*

f) *apud MC.*

g) *debitor K.*

III.^a Quod nec premio nec premii promissione vel impunitatis nec personarum patrocinio facienda sit electio.

1. Pelagius papa clero Catinensis^b ecclesie.

Talia quidem iam dudum ad fratrem^c et coepiscopum nostrum Eucarpum de visitatione^d Catinensis ecclesie scripta direximus, ut in eius iudicio nostrum potuissetis agnoscere. Verumtamen quia quosdam ibi non insana^e intentione, sed pravis studiis dissensiones suscitare vestra etiam relatione cognovimus, qui scientes ad episcopatum nec etate nec coniunctione nec vite meritis posse perducī, ad^f hoc tantummodo inquietare ecclesiam volunt, ut sibi de his, que ex ipsa promissa^g sunt, imunitatem^h futurus promittat episcopus et fiat rapine securitas episcopatus ambitio, hoc etiam vosⁱ diximus^j commonendos, ut decretum in Helpidium diaconem factum et subscriptum ab omnibus, quos vestra relatio designavit, ad nos cum predicti visitoris epistola et cum eodem diacono maturetis^k Deo propitiante perducere. Et post pauca^l: Quem^m tamen hoc per vestram dilectionem presenti iussione specialiter admonemus, ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat, sed nec de ecclesiasticis causis aliquam securitatem facere audeat sive promittere, ut quasi factus episcopus ea, que direpta sunt, nonⁿ repetat, sed apud eos, a quibus direpta sunt, permanere libere patiat; sciens quod, si tale aliquid vel fecit vel fecerit, nec a nobis^o omnino permittetur valere ipsa promissio et cum iudicii nostri, quod de ipso habuimus, dampno pastoralis consecrationis ordinem promoveri^p non poterit.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *catinensi MK.*
- c) *fratrum M.*
- d) *visitationis M.*
- e) *sana CR.*
- f) *ab K.*
- g) *permissa C.*
- h) *in unitatem K.*
- i) *vobis M.*
- j) *duximus CRV.*
- k) *maturis M.*
- l) *paulum K.*
- m) *Que CRV.*
- n) *ne CV.*
- o) *eher vobis M.*
- p) *promereri CRV.*

2. Gregorius papa Antonino subdiacono.

In^a epistola XXII lib. III.^a

Illud quidem pre omnibus curę tibi sit in hac electione, nec^b datio quibusque modis interveniat premiorum nec quarumlibet personarum patrocina convalescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obędire reverentia exigente compellitur. Sicque^c fit, ut res illius minuantur ęcclesię et ordo ęcclesiasticus non servetur.

a)-a) *fehlt K.*

b) *ne K.*

c) *Sic quę M.*

3. Idem papa clero Mediolanensis^a ecclesię. In^b epistola XXVIII lib. III.^b

Officii nostri censura commoniti^c, ut in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum neglecta utilitate communi^d lucro prospiciat^e ne si quisquam propria commoda appetit, frivola estimatione fallatur, quia nec libero iudicio preferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes ergo quę cunctis expediunt, ei, quem vobis gratia divina pretulerit, integerrimam semper in omnibus obędientiam prebete. Iudicari namque a vobis ultra non debet^f semel prelatus. Sed tanto nunc subtiliter indagandus est, quanto postmodum^g iudicandus non^h est.

a) mediolansi *M*; mediolanensi *CRV*.

b)-b) *fehlt K*.

c) *folgt* suademus *CRV*.

d) *folgt* suo *CRV*.

e) *perspiciat M*.

f) *folgt getilgt* sem *M*.

g) *folgt* non *K*.

h) *fehlt MK*.

4. Idem papa clero et nobilibus Salonitanis. In^a epistola XXVI lib. VI.^a

Ego et vestre dilectioni providens et meę animę omnipotentis Dei iudicium pertimescens maxime^b causas subtiliter exquiri desidero. Si nullis criminibus^c, quę^d sacro ordini contradicunt, si non per symoniacham heresim, id est premia quibusdam se eligentibus prebendo, ad sacerdotale pertingere^e conatur, tunc liber pro vobis apud Dominum^f intercessor erit, si non obligatus de suis^g ad locum intercessionis venerit^h.

a)-a) *fehlt K.*

b) *maximi CRV.*

c) *folgt pressus CRV.*

d) *quo RV.*

e) *folgt officium CRV.*

f) *dñm M; đnm KR; dominum C.*

g) *sui si M.*

h) *venitur C.*

IV. Ut ecclesia seculari potentia seu pretio vel laicali investitura^a minime pervadatur.

1. Canones apostolorum cap. XXXI.

Si quis episcopus secularium potestate usus ecclesias per ipsos optineat^b, deponatur et segregentur omnes, qui illi communicant.

a) interventura *CV*.

b) optineant *M*; *korr. aus* optineant *R*.

2. Nicholaus papa^a.

Per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbiter optineat ecclesiam nec gratis nec pretio.
Et per symoniacham heresim nemo ordinetur vel promoveatur^b ad quodlibet officium.

a) *fehlt CRV*.

b) *proveatur CRV*.

3. Alexander II.^a papa^a clero et populo Lucensis ecclesie.

Constituimus et presenti decreto firmamus, sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur^b: nullus deinceps episcoporum beneficium ecclesie, quod quidam canonicas vel prebendas seu etiam ordines vocant, pro aliquo pretio vel munere clericis umquam conferre, sed omnes ministros et servitores ecclesie gratis et absque ulla venalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecunie conferant, sed eos, qui moribus et scientia divites pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam. Constituimus et eodem modo firmamus, ut nullus cuiusque^c gradus clericus pro ecclesie^d beneficio audeat aliquid conferre aut ad^e fabricas ecclesiarum vel in donariis ecclesie, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum, quia teste scriptura qui aliquid male accipit, ut bene dispenset, gravatur potius quam iuветur. Quodsi aliquis divinorum preceptorum et animarum salutis immemor prefatum iam beneficium ecclesie iniqua cupiditate ductus vel emere vel vendere temerario ausu presumpserit, sicut in Calcedonensi definitum est concilio, gradus sui periculo eum subiacere decernimus; nec ministrare possit ecclesie, quam pecunia venalem fieri concupivit, et insuper terribilis anathematis mucrone perfossus, nisi resipuerit, ab ecclesia Dei, quam lesit, modis omnibus abscidatur.

- a) papa II^s C.
- b) *folgt* ut *CRV*.
- c) cuiuscumque *CR*.
- d) *fehlt* *K*.
- e) *fehlt* *R*.

4. Gregorius VII. papa.

Si quis prebendas, archidiaconatus, preposituras vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit vel aliter, quam statuta sanctorum patrum precipiunt, ordinaverit, ab officio suspendatur. Dignum est enim ut, sicut gratis episcopatum accipit, ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat.

5. Idem papa.

Quoniam investituras ecclesiarum contra statuta sanctorum patrum a laicis personis in multis partibus cognovimus fieri et ex eo plurimas perturbationes in ecclesia oriri, ex quibus christiana religio conculcatur, decernimus, ut nullus clericorum investituras episcopatus vel abbatie vel ecclesie de manu imperatoris vel regis vel alicuius laice persone, viri vel femine, suscipiat. Quod si presumpserit, recognoscat investituram illam^a apostolica auctoritate irritam esse et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

a) *folgt* suam *K*.

V.^a Ut nemo per^b se^b sibi^b sumat honorem.

1. Paulus apostolus in epistola ad Hebreos.

Nec quisquam sumat^c sibi^c honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui^d locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum alio loco^e dicit: Tu es sacerdos in eternum, et cetera.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *korr. aus sibi per se M.*

c) *sibi sumat K.*

d) *q M.*

e) *fehlt M.*

VI.^a Quod duo vel tres consensu ceterorum possunt episcopum^b eligere^b.

1. Gregorius papa Petro subdiacono. In^c epistola XXXV^d lib. III.^c

Sepius a nobis Paulus frater et coepiscopus noster expetiit, ut eum ad propriam reverti faceremus ecclesiam. Quod quia^e irrationabile^f esse perspeximus, eius petitionem necessarium duximus adimplere. Proinde experientia tua clerum ecclesie Neapolitanę conveniat, quatenus duos vel tres de suis eligere et huc ad eligendum episcopum transmittere non omittat^g. Sed et sua nobis relatione insinuent, quoniam hii, quos transmiserint, omnium in hac electione vice fungantur, ut ecclesie illi^h Deo^h auctore suus antistes valeat ordinari. Nam amplius eam sine proprio non patimur esse rectore. Qui si fortasse etⁱ admonitionem tuam^j quolibet modo temptaverit^k, ecclesiasticum in eis vigorem exerce. Nam pravitatis de se dabit indicium, quisquis in hoc non sponte consenserit. Predicto autem Paulo fratri et coepiscopo nostro C solidos et unum puerulum orfanum, quem ipse elegerit, pro labore suo de eadem re^l facias ecclesia dari. Illos autem, qui cunctorum vice huc venerint^m ad eligendum episcopum, admone, ut vestiarium omneⁿ episcopi^o et, quantum previderint, secum argentum adducant, quod in usu suo habere possit, qui fuerit episcopus ordinatus.

- a) Zahlt fehlt K.
- b) eligere episcopum C.
- c)-c) fehlt K; am Rand R.
- d) XXV CRV.
- e) folgt nachgetragen non M.
- f) rationabile CRV.
- g) omittant CRV.
- h) deo illi CV.
- i) fehlt C.
- j) folgt differre CRV.
- k) temptaverint CRV.
- l) fehlt CRV.
- m) venerit M.
- n) adeant C.
- o) korr. in episcopi C; episcopi R.

VII.^a De electionis contradictione.

1. Cartaginense concilio cap. XL.

Quando ad eligendum episcopum convenerimus, si qua contradictio fuerit aborta, quia talia tractata sunt apud nos, non presumant ad purgandum eum, qui ordinatus^b est, tres iam, sed postulentur ad numerum supradictorum duorum vel tres, et in eadem plebe, cui ordinandus est, discuciantur primo personę contradicentium, postremo etiam illa, quę obiciunt, pertractentur. Et cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) ordinandus *CRV.*

VIII. De ordinatione episcoporum et archiepiscoporum vel^a metropolitanorum.

1. Anacletus urbis Romę episcopus omnibus episcopis^b.

Ordinationes episcoporum^c auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, episcopis sunt celebrande. Qui simul convenientes scrutinium diligenter agant ieiuniumque cum omnibus^d precibus^e celebrent et manus cum sanctis ęvangeliis, quę^f predicaturi sunt, imponentes dominico^g die hora tertia orantes sacraque unctione exemplo prophetarum et regum capita eorum more apostolorum et Moysi unguentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto est chrismati permixta, et^h hocⁱ ritu sollemnem celebrent ordinationem. Quodsi omnes simul minime convenire poterint^j, assensum tamen^k suis^l prebeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro et^m Ierosolimitarumⁿ primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur et secundum carnem Domini nuncupatus^o est frater, a Petro Iacobo et Iohanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, ut minus quam a tribus episcopis reliquisque omnibus assensum prebentibus nullatenus episcopus ordinetur et communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum prebeant et ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum^p distributio trium veracium testim, episcopi scilicet probatione, sufficere potest.

- a) et C; *fehlt R.*
- b) *am Rand XVIII R.*
- c) archiepiscoporum CR.
- d) *getilgt M.*
- e) plebibus K.
- f) qui K.
- g) dominica CRV.
- h) *fehlt M.*
- i) *auf Rasur M.*
- j) potuerint C.
- k) *am Rand nachgetragen* precibus et litteris M.
- l) sui C.
- m) *fehlt C.*
- n) ierosolimitanus K.
- o) *korr. aus* nuncupatus M.
- p) gradum M.

2. Anicetus^a Romanę ecclesię episcopus universis episcopis. Cap.^b I.^b

Si archiepiscopus diem^c obierit et alter^d ordinandus archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem provincię episcopi ad sedem metropolitani conveniant, ut ab omnibus ipse ordinetur. Oportet^e autem ut ipse, qui illis omnibus preesse debet, ab omnibus illis eligatur et ordinetur^e. Reliqui vero comprovinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus iussu archiepiscopi consecrari possunt episcopis. Sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui^f dignus^g est^g elegerit^h, etⁱ cuncti pariter sacraverint pontificem. Et^j licet istud necessitate cogente concessum sit, illud autem, quod de archiepiscopi consecratione preceptum^k atque predictum est, id est ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari^l licet, quia ille, qui preest, ab omnibus episcopis, quibus^m preest^m, debet constitui. Sin aliter presumptum fuerit, viribusⁿ non dubium est, quia irrita erit secus acta ordinatio.

a) Anicetus *K*; Anicius *CRV*.

b) *fehlt K*.

c) *getilgt C*.

d) aliter *C*.

e)-e) *fehlt M*.

f) quem *C*.

g) digne *MC*.

h) elegerint *C*.

i) *fehlt C*.

j) *fehlt C*.

k) *fehlt M*.

l) immitari *M*.

m) *fehlt K*.

n) *folgt carere CRV*.

3. Innocentius papa Victrici Rotomagensi episcopo. Cap.^a I.^a

Extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum. Integrum est enim iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus episcopus ordinare presumat episcopum, ne furtivum beneficium prestitum videatur. hoc enim et synodus Nicena constituit atque diffinivit.

a) *fehlt K.*

4. Ex Niceno concilio^a.

Episcopus, si fieri potest, a totius provincię episcopis ordinetur. Si hoc difficile^b est, certe non minus^c a tribus; ita tamen, ut metropoli^d maxime vel presentia vel auctoritas habeatur, absque quo ordinationem irritam esse voluerunt.

a) *fehlt C.*

b) *korr. aus difficele M.*

c) *folgt quam CRV.*

d) *metropolitani C; korr. in metropolitani V.*

5. Ex Cartaginensi concilio^a.

Qui^b episcopus ordinandus est, ante examinetur, si natura prudens, si docibilis^c, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper cavens sui negotii, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, si ante omnia trinitatem et unitatem confirmet.

- a) *fehlt CR.*
- b) Cui *K*; Si *V*.
- c) docilis *CRV*.

IX. Quomodo episcopus ordinandus est.

1. Ex concilio^a Cartaginensi.

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant evangeliorum codicem super caput et cervicem eius, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes^b episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

a) *fehlt C.*

b) *fehlt CRV.*

X. Ne ordinatio episcoporum diu differatur.

1. Damasus.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctę sedis^a apostolicę exponere detractantes, usum pallii neque expetunt^b neque percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio viduatis ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit ut, quisquis metropolitanus ultra tres menses consecrationis suę ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, sitque licentia metropolitanis aliis post secundam et terciam commotionem^c viduatis ecclesiis cum consilio Romani pontificis ordinando episcopum subvenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia provenerit, ut ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communione privetur, quousque aut loco cedat aut se consecrandum prebere non differat. Quodsi ultra menses V per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque ibi neque alibi consecrationis donum percipiat, immo metropolitani sui iudicio cedat.

a) sedi *RV*.

b) petunt *K*.

c) *korr. aus* commotionem *C*; commotionem *RV*.

2. Ex concilio^a Calcedonensi.

Placuit sanctę synodo intra tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis prepararet tempus dilationis extendi. Quodsi hoc minime fecerit, correctioni ecclesiasticę subiacebit. Verumtamen ut redditus ecclesię viduatę pęnes yconomum^b eiusdem ecclesię integri^c reseruentur.

a) *fehlt C.*

b) *korr. aus yconomum M; et onomum K; ethonomum RV.*

c) *integre MV.*

XI. Ut nullus episcopus alio superstite ordinetur.

1. Evaristus urbis Romę episcopus omnibus episcopis^a.

Audivimus quosdam episcopos infamatos et dilaceratos a^b civitatibus propriis pulsos et alios in eis ipsis viventibus constitutos. Ideo hec vobis scribimus, ut sciatis hoc non licere fieri, sed proprios revocare et integerrime restitui debere. Illos vero, qui adulterina feditate suas sponsas, id est ęcclesias, tenent, eici et adulteros atque infames fieri eosque ab ęcclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aliqui adversus restitutos episcopos aliquam quęrelam habuerint, his peractis^c inquirendum erit et auctoritate huius sancte sedis terminandum.

a) *am Rand Cap. VII R.*

b) *ac M.*

c) *korr. aus perectis (?) M.*

2. Gelasius episcopus Dardanię episcopis.

Quis non perspiciat christianus, quod catholicis pontificibus propria sede deiectis non nisi heretici^a potuerunt introduci? Et infra: Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi solique remanserunt sotii perfidorum, cum quibus iam nec licebat^b habere conventum, dicente psalmo: 'Non sedi in concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo.' Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem permixtamque cum perfidis, permiscere concilium. Canonum magistris atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen cum omnibus^c communionis alienę. Quid facimus^d de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt reiecti? Sed evidenter apparet, quia cum catholici sunt^e eiecti^f, non catholici fuerunt subrogati^g. Restat ut catholici sint^h, heretici quicumque successerint.

a) *korr. aus* herethici *M*.

b) liceat *K*.

c) hominibus *RV*.

d) facinus *M*.

e) *fehlt RV*.

f) reiecti *RV*.

g) *korr. aus* ordinati *M*.

h) sunt *M*; *korr. aus* sunt, *folgt nachgetragen* eiecti *C*.

3. Gregorius inter cetera sic ait. Iohanni^a defensori^a. In^b epistola XLV^c lib. XIII.^b

De superscripti episcopi in exilio demorantis persona hoc statuendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota sive probata est, is^d, qui eo superstiti episcopus perverse ac contra canones in ecclesia eius ordinari presumpserit^e, sacerdotio privatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri et coepiscopo nostro tradendus est, ut aut ab ipso in custodia habeatur aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi enim, qui eum ordinaverunt vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, in VI mensibus dominici corporis et sanguinis communioni privati agere penitentiam in monasterio decernantur et superscriptus Ianuarius loco et ordine suo modis omnibus reformetur. Si vero de communioni privati mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si igitur episcopi in preiudicio condemnationis vel depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse ac talia fecisse non sua sponte confessi fuerint, tempus eius^f abbreviandum est et modus penitentiae temperandus. Si vero ille, qui locum eius invasit, de hac fortasse luce migraverit et alter est ordinatus, quia levior culpa videtur non quasi isti superstiti, sed successisse defuncto, episcopatus illi officium ab eadem tantummodo ecclesia interdicitur, ut in alia ecclesia, quæ a sacerdote vacaverit, si electus fuerit, esse possit episcopus, Amalatitanam^g tamen ecclesiam numquam alio modo reversurus.

- a) *nachgetragen M; fehlt KR.*
- b)-b) *fehlt KR; nur In fehlt CV.*
- c) *XLVI in CV.*
- d) *his MCV.*
- e) *presumpsit RV.*
- f) *eis CRV.*
- g) *ad malatitanam CRV.*

XII. De episcopo negligenti adire ecclesiam, ad quam ordinatus est.

1. Ex concilio^a Antioceno^b.

Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit et sibi commissum ministerio^c subire neglexerit nec acquieverit ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione privari, donec susceperit coactus officium aut certe de eo aliquid integra decreverit eiusdem provincię synodus sacerdotum.

a) *fehlt C.*

b) Niceno *C.*

c) ministerium *KCV.*

2. Ex concilio Arelatensi^a.

Si quis episcopus non susceperit officium sibi commissum, hic communione privetur, quoadusque consentiat obediētię se commendans.

a) aurelatensi *M.*

XIII. De episcopo qui non recipitur ab ecclesia, cui ordinatus^a est^a.

1. Ex^b concilio Aurelianensi.

Si quis ordinatus^c per contentionem populi aut pro aliqua ratione et non pro sua culpa in parrochia, quę ei fuerat data, receptus non erit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesię, in qua convenit, sibi nichil presumat. Sustineat autem quicquid de eo sanctum concilium iudicaverit.

a) ordinatur *CV*.

b) *Inskription fehlt CV*.

c) *folgt episcopus C*.

2. Ex concilio^a Antioceno.

Si quis episcopus ordinatus ad parroechiam, cui est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus vetet aut propter aliam causam, non tamen eius vitio perpetrata, hic et honoris^b sit et ministerii particeps, dummodo nichil molestus ecclesie rebus assistat, cui ministrare cognoscitur. Quem etiam observare convenit, quicquid synodus perfecta provincie iudicando decrevit^c.

a) *fehlt C.*

b) *honorius M.*

c) *korr. in decreverit C; decreverit R.*

3. Ex concilio^a Ancirano.

Si qui episcopi ordinati sunt nec recepti ab illa parroechia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parroechias et vim praesulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, eos abici placuit. Quodsi voluerint in presbiterii ordine, ubi prius fuerant, ut presbiteri residere, non abiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commoverit^b ibidem constitutis episcopis, presbiterii quoque honor talibus auferatur fiantque dampnatione notabiles.

a) *fehlt C.*

b) commoverint *K*; commovent *CRV*.

4. Ex concilio^a Arelatensi.

Si quis episcopus pergens ad ecclesiam sibi commissam non fuerit receptus, non pro sua sententia, sed pro malicia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici^b vero civitatis communione priventur, quod erudiendis obediētes populis non^c fuerint.

a) *fehlt C.*

b) *korr. aus c̄li M.*

c) *getilgt C.*

XIV.^a Ut episcopus hostilitate expulsus ad aliam vacantem^b transeat^b ecclesiam.

1. Ex^c registro^c Gregorii^c. In^d epistola XXVI lib. II.^d

Pastoralis officii cura nos admonet destitutis ecclesiis proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum^e pastorali sollicitudine debeant gubernare. Propterea te Iohannem ab hostibus captivatē^f Lisitanę civitatis episcopum in Squillacina ecclesia cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem, ut et susceptam semel animarum curam intuitu future retributionis impleas, et licet a tua hoste imminente depulsus sis, aliam, quę pastore vacat, debeas ecclesiam gubernare, ita tamen ut si civitatem illam ab hostibus liberam effici et Domino protegente ad priorem statum contigerit revocari, in eam, in qua et prius ordinatus es, ecclesiam revertaris. Sin autem predicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua et a nobis incardinatus es, ecclesia debeas permanere.

a) *Zahl fehlt R.*

b) transeat vacantem *CRV.*

c) *fehlt, stattdessen nachgetragen* Gregorius ex registro Iohanni episcopo Squillacino *M*;
ferner am Rand Iohanni episcopo Squillacino *CV.*

d)-d) *am Rand (ferner: squillacino) K; fehlt CRV.*

e) domini cum *CR.*

f) captivatē *MV.*

XV.^a De episcopo, qui synodo adesse neglexerit.

1. Ex^b concilio Spalensi^c. Cap.^d XV.^d

Si quis autem episcoporum synodo adesse neglexerit aut cętum fratrum, antequam concilium dissolvatur, crediderit deserendum, alienum se a fratrum communione cognoscat nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) *psalnensi C; spalnensi RV.*

d) *fehlt CRV.*

XVI.^a De episcopo, qui per egritudinem synodo^b adesse^b non potest.

1. Felix papa. Cap.^c XI.^c

Quodsi egrotans fuerit episcopus aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, suscepturus salva fidei veritate, quicquid synodus statuerit.

a) *Zahl fehlt K.*

b) adesse synodo *CRV.*

c) *fehlt KR.*

XVII.^a Ne episcopus suo honore propter egritudinem privetur.

1. Gregorius papa^b Anatholio^c diacono. In epistola XXVIII lib. XI.^c

Scripsit mihi dilectio tua me reverentissimo fratri meo Iohanni primę Iustinianę episcopo pro egritudine capitis, quam patitur, episcopum precipere^d succedi, ne fortasse, dum episcopi iura eadem civitas non habeat, quod absit, ab hoste deperat^e. Equidem nusquam canones precipiunt, ut pro egritudine episcopi episcopus succedat, et omnino iniustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur egrotus. Sed suggerendum est ut, si quis in regimine egrotat, dispensator illi talis requiratur, qui possit eius curam omnem agere et locum illius in regimine ecclesie, ipso non deposito, conservare, ut neque Deus omnipotens offendatur neque civitas neglecta esse inveniatur.

a) *Zahl fehlt MK.*

b) *fehlt CV.*

c)-c) *fehlt K.*

d) *percipere MK.*

e) *deperat KC; korr. in deperat V.*

XVIII.^a Quod non licet^b episcopo alterum^c pro se constituere.

1. Ex^d concilio Antiocono.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitę perveniat. Quodsi tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi constitutum. Servetur autem ius ecclesiasticum id continens: oportere non aliter fieri nisi cum synodo et iudicio episcoporum, qui post obitum^e quiescentis potestatem habent eum, qui dignus extiterit, promovere.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *liceat CRV.*
- c) *folgt episcopum CRV.*
- d) *Inskription fehlt MK.*
- e) *exitum C.*

2. Ex concilio Spalensi^a.

Episcopum non liceat ante finem vitę alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare temptaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet nisi cum consilio et iudicio episcoporum, qui post exitum precessoris^b potestatem habent dignum eligere.

a) psalnensi *C*; Spalnensi *RV*.

b) predecessoris *C*.

3. Hylarius papa. Cap.^a III.^a

Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro^b populi habeatur assensu. Quod quam grave sit, estimate. Ab universis acclamatum est: Hec presumptio numquam fiat; quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.

a) *fehlt K.*

b) *fehlt KC.*

XIX.^a Quod in loco lapsi vel^b egroti^b episcopi alter possit^c episcopus^c ordinari^d.

1. Gregorius papa Mariano^e episcopo Ravennati. In^f epistola XXXVIII lib. VII.^f

Fraternitatis vestre epistola^g nunciante comperimus Corneliensis ecclesie filios^h assidua supplicatione in loco lapsi quondam episcopi sui consecrandum sibi a vobis poscere sacerdotem atque vos, quid de ea re fieriⁱ debeatⁱ, dubitare et nostrum evidens^j expectare mandatum. Postquam igitur quemquam criminaliter^k cadentem^k in loco, de quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari et ultra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt, ne cadente pastore dominicum gregem antiquus^l, quod absit, hostis insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecationi eorum conserite^m et in loco lapsi debet episcopum ordinare.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt C.*

c) *episcopus possit CR; nur possit V.*

d) *ordinari C.*

e) *Mariniano CV; korr. in Mariniano R.*

f)-f) *nur M.*

g) *ecclesia M.*

h) *korr. aus filius M.*

i) *debeat fieri C.*

j) *evidens M.*

k) *cadentem criminaliter CV.*

l) *antiquus M.*

m) *consentire CRV.*

2. Idem papa clero et plebi Ariminensi. In^a epistola XLII lib. VIII.^a

Quia ecclesia vestra diu sacerdotis proprii corporis, qua nostis, impediēte molestia pastoralī est regimine destituta, vestris precibus permoti eundem episcopum non destitimus admonere, ut si ex eadem molestia se melioratum esse sentiret, ad suscepti sacerdotii debuisset ministerium remeare. Qui^b semel a nobis sepiusve commonitus eadem arguente molestia nunc scriptis nobis supplicatione porrecta noscitur intinasse nullatenus se ad regimen eiusdem ecclesie vel ad susceptum officium impediēte molestia assurgere posse. Qua personę eius desperatione compulsi necessarium duximus de ordinatione nos vestrę ecclesie cogitare.

a)-a) *fehlt K.*

b) Q *MKV*; Quod *C.*

3. Idem papa Anatholio diacono. In^a epistola XXVIII lib. XI.^a

Nusquam canones precipiunt, ut pro egritudine episcopo succedatur, et omnino iniustum est, ut si molestia corporis irruerit^b, honore suo privetur egrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius depositione^c veniat^d. Sed suggerendum est, ut si is^e, qui est in regimine, egrotus est, dispensator illi talis requiratur, qui^f possit eius curam omnem agere et locum illius in regimine ecclesie, ipso non deposito, ac in custodia civitatis implere, ut neque Deus omnipotens offendatur neque civitas inveniatur esse neglecta. Si^g vero isdem reverentissimus Iohannes fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopatus honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante concedendum est. Aliter autem id nos facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non valemus.

a)-a) *fehlt K.*

b) *irruit CRV.*

c) *dispositione K.*

d) *deveniat C.*

e) *his MCV.*

f) *quod R.*

g) *das folgende fehlt in M.*

4. Idem papa Etherio episcopo. In^a epistola VII lib. XIII.^a

Pervenit ad nos quibusdam referentibus episcopum quendam ita passionem capitis incurrisse, ut quod^b mente^c alienata^c agere soleat, gemitus et fletus audire sit. Ne ergo languente pastore grex, quod absit, insidiatoris laniandus dentibus exponatur vel ecclesię ipsius utilitates depereant, cauta nos necesse est provisione tractare. Et ideo quia vivente episcopo, quem ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium in loco eius nisi recusante eo nulla sinit ratio ordinari. Sed si intervalla egritudinis habere est solitus, ipse data petitione non se ulterius ad hoc ministerium subvertente infirmitate posse fateatur assurgere et alium loco suo expetat ordinandum. Quo pacto omnium sollemniter electione alter, qui dignus fuerit, episcopus ordinetur, sic tamen ut quousque eundem episcopum in hoc seculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrentur. Enimvero si nullo tempore ad sane mentis redit officium, persona fidelis ac vitæ^d probabilis eligenda^e, quę ad regimen ecclesię idonea possit^f existere atque de animarum utilitate cogitare, inquietos sub disciplinę vincula restringere, ecclesiasticarum^g rerum curam gerere et maturum atque efficacem se in omnibus exhibere. Quę etiam si episcopo, qui nunc egrotat, superstes extiterit, loco eius debeat consecrari.

a)-a) *fehlt K.*

b) *que C.*

c) *alienata mente C.*

d) *folgt est CRV.*

e) *folgt est K.*

f) *folgt Rasur M.*

g) *ecclesiarum M.*

XX.^a De usu et auctoritate pallii.

1. Gregorius papa Iohanni episcopo Ravennati. In^b epistola LIII in^c lib. III.^b

Mota nimis vestra fraternitas atque cum timore^d cordis quasi satisfaciens scripsit nobis pallio te non nisi post dimissos de secretario filios ecclesie et missarum tempore atque in letaniis uti sollempnibus, verbis aliquid te usurpasse contra generalis ecclesie consuetudinem apertissima veritate professus es^e. Quomodo enim fieri potest, ut illud cineris atque cilicii tempore per plateas inter populorum strepitus agas licite, quod te agere in conventu pauperum et nobilium et in secretario ecclesie velut illicitum excusasti? Illud tamen, frater karissime, tibi non putamus ignotum, quod prope de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum extra missarum tempus usum sibi pallii vendicasse. Et infra: Aut^f mos omnium metropolitanorum et a tua est fraternitate servandus, aut si tuæ ecclesie aliquid specialiter dicis esse concessum, preceptum a prioribus Romanæ urbis pontificibus, quod hæc Ravennati ecclesie sunt concessa, a vobis oportet ostendi. Quodsi hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali neque privilegio vendicas, ut usurpasse te comprobes quod fecisti. Et infra: Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos quibuslibet^g argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum et^h non scripto sequi aut ex scripto privilegii se tueri vel, si postremo nichil horum est, aliis metropolitⁱ huius te prebere nolumus presumptionis exemplum. Nam et de ipsa consuetudine tuæ, quam opponis, ecclesie, que vobis olim, ut a partibus vestris probaretur, scripsimus, iam satis nos sollicitudinem^j gessisse^k cognoscite, inquirentes filios nostros Petrum diaconum atque Gaudiosum primicerium necnon et Michalium defensorem sedis nostræ vel alios, qui pro diversis responsis Ravennam a nostris decessoribus sunt transmissi, et hec te in presentia sua egisse^l districtissime^l negaverunt. Apparet igitur secrete non potuisse geri, nisi quod usurpabatur illicite. Unde quod latenter subintroductum est, nulla debet stabilitate persistere^m. Ut enim ea, que superius diximus, breviter colligam, admoneo quatenus, nisi decessorum meorum munificentia tibi hec per privilegium attributa docueris, uti inⁿ plateisⁿ pallio ulterius non presumas necnon habere et ad missas incipias, quod audacter et in plateis usurpas. De secretario autem, quod fraternitas tua resedissem cum pallio et filios ecclesie suscepisse et fecit et excusavit, nunc interim nichil querimus, quia synodorum sententiam sequentes minores culpas, que negantur, ulcisci recusamus. Hoc tamen, quia semel et iterum sit factum, cognoscimus^o, sed fieri ulterius prohibemus.

a) XVIII M; Zahl fehlt KR.

b)-b) fehlt K.

c) fehlt CRV.

d) tumore MKR

e) e(st) RV.

f) folgt enim KRV.

g) am Anfang korr. M.

h) ex CRV.

i) metropolitans C.

j) sollicitudine M

k) gessisse M.

l) districtissime egisse RV.

m) persolvere M.

n) erst hinter ulterius R; fehlt V.

o) cognovimus CRV.

2. Idem papa Castorio notario^a. In^b epistola XXXI. lib. VI.^b

Tua experientia nullius personam, nullius verba consideret, solum Dei timorem et rectitudinem ante oculos habere^c et seniores personas Ravennatis ecclesie archidiaconem, quem non suspicor, pro alterius honore periurare et alios antiquiores, qui in sacris ordinibus ante Iohannis episcopi tempora fuerant, requirat, vel si qui maturiores sunt extra sacros ordines, et veniant ante corpus sancti Apolenaris et tacto eius sepulchro iurent, que consuetudo ante Iohannis episcopi tempora fuerit, et quicquid a fidelioribus^d viris et gravibus iuratum fuerit secundum indiculum, qui subter annexus est, hoc volumus in eadem ecclesia conservari. Personas autem^e duas vel tres ad satisfaciendum tibi, sed quantas antiquiores et graviores inveneris, require.

a) notorio *MK*.

b)-b) *fehlt K*.

c) habe *KR*.

d) *korr. in fidelibus C; fidelibus V*.

e) *folgt non CRV*.

3. In^a eadem epistola Iuramentum^a.

Iuro ego per patrem et filium et spiritum sanctum, inseparabilis divinę potentię trinitatem et hoc corpus beati Apollenaris martyris me pro nullius^b favore personę neque commodo aliquo interveniente testari, sed hoc scio et per memetipsum cognovi, quia ante tempora Iohannis^c quondam^c episcopi Ravennas episcopus presente apocrisario^d sedis^e apostolicę illis et illis atque illis diebus consuetudinem utendi pallio habuit^f, et non cognovi, quia hoc latenter vel absente apocrisario usurpasset.

a)-a) *Inskription fehlt K*; Iuramentum in eadem epistola. *CRV*.

b) nulli *M*.

c) quondam Iohannis *CV*.

d) apocrisario *K*.

e) scilicet *R*.

f) habuerit *C*.

4. Idem papa Siagrio episcopo Augustuduno. In^a epistola^b LXXXVI lib. VIII.^a

Rationis ordo nos ammonet, ut cum usu pallii aliqua simul privilegia largiri debeamus.

a)-a) *fehlt K.*

b) *fehlt CRV.*

5. Idem papa Maximo episcopo Salonitano. In^a epistola^b XCV lib. VIII.^a

Pallium ad sacra missarum sollemnia utendum ex more transmisimus. Cuius nos volumus per omnia genus indicare^c. Huius enim indumenti honor humilitas atque iusticia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in prosperis humilem et in adversis, si quando eveniunt, cum iusticia erectam, amicam bonis, perversis contrariam, nullis^d umquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordię operibus iusta^e virtutem substantię^f insistens et tamen insistere etiam contra virtutem cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, aliena dampna^g propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis^h seviens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in iraⁱ iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis suę^j censuram non deserens. Hęc est, frater karissime, pallii accepta^k auctoritas, quam^l si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habes.

- a)-a) *fehlt K.*
- b) *fehlt CRV.*
- c) *iudicare K.*
- d) *nullius CRV.*
- e) *iuxta CRV.*
- f) *subire K.*
- g) *fehlt C.*
- h) *folgt pie C; dasselbe übergeschrieben R.*
- i) *iura C.*
- j) *tue C.*
- k) *accepti CRV.*
- l) *qua M.*

XXI.^a Qui primates vocantur^b et ubi ponendi sunt.

1. Anicius papa universis ecclesiis Gallię. Cap.^c III.^c

Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, quarum episcopus apostoli et successores eorum regulariter patriarchas vel primates esse constituerunt, nisi aliqua^d gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui. Reliqui vero qui alias metropolitanas sedes adepti^e sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *vocentur M.*

c) *fehlt K.*

d) *aliquas K.*

e) *adempti C.*

2. Nicenum concilium cap. VI.

Antiqua consuetudo servetur per Egyptum, Libiam et Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quia et urbis Romę episcopus paralisimus est. Similiter autem et apud Antiochiam ceterasque provincias suis privilegia servantur ꝥcclesiis.

3. Constantinopolitanum concilium cap. II.

Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum,
propterea quod urbs^a ipsa Roma^b sit iunior.

a) urb *M.*

b) romę *K*; romana *C.*

4. Leo papa Anatholio episcopo.

Non convellantur provincialium iura primatum nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani fraudentur antistites. Nichil Alexandrinę sedi eius, quam per sanctum Marchum evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis. Nec Dioscoro impietatis suę pertinacia corrudente splendor tantę ecclesię tenebris obscuretur alienis. Antiocena quoque ecclesia, in qua primum predicante beato Petro christianum nomen exortum est, in paternę constitutionis ordine perseveret et in gradu tercio collocata numquam se fiat inferior. Aliud^a enim sunt sedes, aliud presidentes, et magnus unicuique honor est^b sua integritas^a.

a)-a) *das folgende fehlt M.*

b) *folgt* vel *K.*

XXII.^a Ubi primates et^b metropolitani ponendi sint^c et qui sint^d.

1. Clemens^e. Cap.^f XXVIII^f

In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni vel patriarchas oportet, qui reliquorum episcoporum iudicia et maiora, quotiens necesse foret, negotia fide agitent et secundum Domini voluntatem, sicut sancti constituerunt apostoli, ita ut ne quis iniuste periclitaretur, definirent.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt CV.*

c) *sunt KCV.*

d) *sunt CV.*

e) *folgt papa (wie Clemens am Rand K) V.*

f) *fehlt KCRV; am Rand XXVIII R.*

2. Ex^a registro^a Gregorii^a, Gennadio^b patricio et exarcho. In^c epistola LXXI lib. I^b.

Concilium vero catholicorum episcoporum admoveri precipite, ut primatem non ex ordine loci postpositis vitę meritis faciat, quoniam apud Dominum non gradus elegantior, sed vitę melioris actio comprobatur. Ipse vero primas non passim, sicut moris est, per villas, sed in una iuxta eorum^d electionem^d civitate resideat.

a) Gregorius *M.*

b)-b) *fehlt K.*

c) *davor* Ex registro *M.*

d) electionem eorum *CV.*

3. Ex^a Niceno concilio.

Primates illi et non alii sunt, quam qui in^b Nicena synodo sunt constituti. Reliqui vero qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur et non primates, salva in omnibus apostolicę sedis dignitate, quę ei ab ipso Domino est concessa et postea a sanctis patribus roborata.

a) *Inskription fehlt R.*

b) inę *M.*

XXIII.^a In quibus locis episcopi et^b archiepiscopi non ordinandi sint^c.

1. Leo universis episcopis per^d Cesariensem Mauritaniam constitutis^d.

Illud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus per canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis neque quibuscumque castellis, et ubi antea non fuerint, episcopi consecrentur, cum ubi minores sunt plebes minoresque conventus presbiterorum cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis et frequentioribus civitatibus oporteat presidere, ne^e quod^e sanctorum patrum divinitus inspirata decreta vetuerunt^f, viculis^g et possessionibus vel^h obscuris et solitariis municipiis tribuatur etⁱ sacerdotale fastigium, et honor, cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *atque CRV.*

c) *sunt CV.*

d)-d) *fehlt K.*

e) *neque korr. in namque C; neque RV.*

f) *folgt nachgetragen ne C.*

g) *vinculis M.*

h) *getilgt C.*

i) *getilgt C.*

2. Ex concilio Sardicensi.

Licentia vero danda non est ordinandi episcopum aut in vico aliquo aut in modica civitate, cui sufficit unus presbiter, quia non est necesse ibi fieri episcopum, ne vilescat nomen episcopi et auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in his civitatibus, quę episcopos habuerunt, aut si qua talis aut tam populosa est civitas, quę mereatur habere episcopum, si hoc omnibus placet. Synodus respondit: Placet.

3. Ex^a concilio Africano.

Placuit et illud, ut plebes, quę numquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscuiusque provincię et primatis atque consensu eius, ad cuius diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant^b.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *ac- korr. M.*

4. Ex^a concilio Niceno.

Ne in una civitate duo sint episcopi.

a) *Inskription fehlt K; davor Titel 24 V.*

XXIV.^a De mensura metropolitanorum.

1. Anacletus. Cap.^b XXVI.^b

Licet singulę metropoles civitates suas provincias habeant et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos habebant iudices seculares, primates tamen, ut prefixum est, et tunc^c et^d nunc habere debent, ad quos post^e sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem, quibus necesse fuerit, revelentur^f et iuste restituantur et hii, qui iniuste opprimuntur, iuste refoventur atque fulciantur, episcoporumque cause et summorum negotiorum iudicia, salva apostolicę sedis auctoritate, iustissime terminentur. Hec ab antiquis, hec ab apostolis, hec a sanctis patribus accepimus vobisque, ut postulastis, rimanda et futuris tenenda temporibus mittimus et reliquis fratribus predicanda ac cunctis fidelibus tradenda^g mandamus, ne pastorum imperitia, qui secuntur, deteriores fiant, dicente Domino per prophetam: Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam.

a) *Zahl fehlt K; Titel schon vor II 23,4 V.*

b) *fehlt KR.*

c) *fehlt C; gestrichen R.*

d) *fehlt C.*

e) *ad M.*

f) *korr. in releventur R.*

g) *korr. aus tenenda M.*

2. Hyginus. Cap.^a II.^a

Salvo in omnibus Romanę ecclesię privilegio, nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia audiat^b aliquorum causas eorum^b, quia irritę erunt aliter acte quam in conspectu eorum omnium ventilate; et ipse, si fecerit, coerceatur a fratribus.

a) *fehlt KR.*

b)-b) causas audiat aliquorum eorum *M*; audiat aliquorum eorum causas *K*.

3. Anitius universis ꝛclesiis per Gallię provincias constitutis in Domino salutem. Cap.^a III.^a

Si quis metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium comprovincialium presentiali consilio episcoporum aut eorum aut alias causas agere^b nisi eas tantum, quę ad propriam suam pertinent parrochiam^c, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inobędiens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia terminare precepta sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat et ceteri metum habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem aut temporis incommoditatem vel itineris asperitatem grave ad hanc sedem eius causam defferre fuerit, tunc ad eius primatem causa deferatur et penes ipsum huius sanctę sedis auctoritate iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum proprium metropolitanum suspectum habuerit^d, apud primatem dioceseos aut apud hanc apostolicam sedem audiatur.

a) *fehlt KR.*

b) *fehlt hier CRV.*

c) *folgt agere CRV.*

d) *habuit C.*

4. Ex^a epistola Calysti pape cap.^b XIII.^b

Nullus primas vel metropolitanus diocesani episcopi ecclesiam vel parrochianum aut aliquid eius parrochie presumat^c excommunicare vel diiudicare vel agere absque eius consilio vel iudicio, sed hoc observet, quod ab apostolis ac patribus et predecessoribus nostris est statutum et a nobis confirmatum. Id^d est^d: si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit, irritum habeatur et vacuum. Sed^e quicquid de comprovincialium coepiscoporum^f causis eorumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis^g fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare, et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parrochias, agant iuxta sanctorum^h constituta^h patrum, ut uno animoⁱ ore concorditer glorificetur sancta trinitas in secula. Nullus primas^j, nullus metropolitanus nullus que reliquorum episcoporum alterius episcopi adeat civitatem aut^k possessionem accedat, que ad eum non pertinet et alterius^l episcopi est parrochie, super cuiusdam rei dispositione^m, nisi vocatur ab eo, cuius iuris esse dignoscitur, ut quiddam ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter presumpserit, damnabitur et non solum ille, sed cooperantesⁿ eique consentientes, quia sicut ordinatio, ita eius et iudicatio et aliarum rerum dispositio prohibetur.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt KCRV.*

c) *davor getilgt e M.*

d) *oder Idem MKCR.*

e) *korr. M.*

f) *episcoporum M; fehlt, nachgetragen episcoporum V.*

g) *dampnationis K.*

h) *constituta sanctorum C.*

i) *folgt uno CRV.*

j) *prima M.*

k) *folgt ad CRV.*

l) *altius M.*

m) *dispensatione K.*

n) *cooperatores C.*

5. Lucius.

Similiter auctoritate fulti apostolica precipimus, ut nullus metropolitanus absque ceterorum comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas, quia irrita^a erunt et ipse causam pro facto dabit.

a) irritæ *K*.

6. Nicenum^a concilium cap. VII.

Quoniam mos antiquus obtinuit et vetusta traditio, ut Eliæ episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen civitatis metropolitanae propria dignitate.

a) *Inskription fehlt K; Ex Niceno concilio (statt Nicenum concilium) CV.*

7. Gregorius^a papa Brunichilde regineę. In^b epistola IIII lib. VIII.^b

Prisca consuetudo obtinuit, ut honor pallii, nisi exigentibus causarum meritis, et fortiter postulanti dari non debeat.

a) *Inskription fehlt K.*

b)-b) *fehlt R; nur In fehlt CV.*

8. Honorius^a papa.

Quicumque sane metropolitanorum per plateas vel in letaniis uti pallio presumpserit et non tantum in precipuis festivitibus et ab apostolica sede^b indictis temporibus ad missarum solummodo^c sollemnia, careat illo honore.

a) *dieses Kapitel zweimal, das erste Mal ohne Inskription M; Inskription fehlt K.*

b) *sedem M₁.*

c) *fehlt M₁K.*

9. Adrianus^a papa^a.

Nullus metropolitanus absque ceterorum omnium provincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum^b, quia irritę erunt, immo etiam causam in synodo profecto dabunt. Nec reliquorum aliquis episcoporum suorum sacerdotum vel clericorum causas audiat absque presentia clericorum suorum, quia irrita erit sententia episcopi, nisi presentia^c clericorum confirmetur.

a) *fehlt K.*

b) *fehlt K.*

c) *psentia M.*

10. Ex^a concilio Calcedonensi.

Pervenit ad nos quod^b quidam^b preter ecclesiastica statuta facientes convolarunt ad potestates et per pragmaticam formam in duo unam provinciam diviserunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitani esse^c videantur^c in una provincia. Statuit ergo sancta synodus de reliquo nichil ab episcopis tale temptari. Alioquin qui hoc annisus fuerit, ammissione^d gradus proprii subiacebit. Quęcumque vero civitates litteris imperialibus metropolitani nominis honore subnixę sunt, honore tantummodo perfruantur, et qui ꝑcclesiam eius gubernat episcopus, salvis scilicet veris metropolis privilegiis suę.

a) *Inskription fehlt K.*

b) quoddam *M.*

c) videantur esse *K.*

d) *korr. aus ammissioni C; ammissioni R; admissioni V.*

XXV.^a Ne quis universalis appelletur.

1.^b Pelagius papa Romanus episcopis omnibus.

Nullus patriarcharum universitatis vocabulo umquam utatur, quia si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelibus hoc sibi velle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter caritas vestra neminem umquam suis in epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *davor II 25,2 M.*

2.^a Ex^b concilio Africano.

Ut primę sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut^c
aliquid huiusmodi, sed tantum primę sedis episcopus^c.

a) *dieses Kapitel vor II 25,1 M.*

b) *Inskription fehlt, das Kapitel nachgetragen K.*

c)-c) *fehlt K.*

3. Gregorius Eulogio^a patriarchę Alexandrino. In^b epistola XXVIII lib. VIII^b.

Ecce in prefatione epistole, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbe appellationis verbo universalem me papam dicentes imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit prebetur. Ego enim non verbis quero prosperari^c, sed moribus. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque est honor honor universalis ecclesię, meus honor^d fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim universalem me papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fateatur universum. Sed absit hoc, recedant verba, que universitatem inflant, caritatem vulnerant.

a) eulegio C.

b)-b) *fehlt* K.

c) *korr. aus* properari M.

d) *folgt* est CV.

XXVI.^a De ordine ordinandorum.

1. Gaius^b papa. Cap.^c VII^c.

De episcoporum vero et presbiterorum diaconorumque et sequentium clericorum ordinibus sanctos apostolos et successores eorum ac precipue Anacletum et postea alios sufficienter statuissse cognoscimus et iccirco non est necesse vos replicare, nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nunc statuentes vobis et omnibus observare mandamus, ut ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia^d, qui ordinari^e merentur, id^f est^f: si quis episcopus esse meretur, sit primo hostiarius, deinde lector et^g postea exorcista, inde sacretur acolitus, deinde vero subdiaconus, deinde diaconus et postea presbiter, exinde^h, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac urbe fecimusⁱ, per singulas urbes, que populose fuerint, diaconibus dividantur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Gregorius MC (korr. aus Gorius M).*

c) *fehlt KRV.*

d) *ecclesiam K.*

e) *ordinare M.*

f) *oder Idem MKCRV.*

g) *fehlt CRV.*

h) *exin K.*

i) *facimus K.*

2. Silvester papa in generali residens^a synodo^a dixit.

Si quis desiderat in ecclesia militare aut proficere, sit primum hostiarius, deinde lector, et postea exorcista per tempora, quæ constituerit episcopus. Deinde acolitus annis V, subdiaconus annis V, custos martyrum annis V, diaconus annis V, presbiter annis III probatus ex omni parte, in tantum ut etiam ab his, qui foris sunt, testimonium habeat bonum, unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a sacerdote sit benedicta, et sic probatus, si fuerit dignus et vota cleri et populi occurrerint, canonice episcopus ordinetur. Quem postea nec clerus nec populus perturbare debet, quia episcopi, qui throni Dei vocantur, non sunt lacerandi, sed magis portandi et venerandi.

a) synodo residens *CV*.

XXVII.^a De ordinandorum etate.

1. Fabianus papa^b.

Si quis XXX^{ta} etatis sue non impleverit annos, nullo modo presbiter ordinetur, etiam si valde sit dignus, quia et ipse Dominus XXX^{mo} anno baptizatus est et sic cepit^c docere. Oportet ergo eum, qui ordinandus est, usque ad hanc etatem legitimam^d consecrari^e.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt C.*

c) *korr. aus precepit M; precepit K.*

d) *folgt nachgetragen non C.*

e) *korr. in conservari R; consecrare V.*

2. Ex^a concilio Agathensi.

Episcopum vero vel presbiterum ante XXX^a annos, id est antequam ad viri perfecti^b etatem perveniat^c, nullus metropolitanus ordinare presumat, ne per etatem, quod aliquotiens evenit, aliquo errore^d detineantur.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *per K.*
- c) *perveniant C.*
- d) *terrore K.*

3. Ex^a concilio^b Cartaginensi.

Placuit ante XXV^c annos^c etatis nec diaconi ordinentur nec virgines consecrentur, et ut lector populum non salutet, id est non dicat: Dominus vobiscum.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt CV.*

c) annos XXV *CV.*

4. Ex^a eodem^a.

In veteri lege ab anno XXV levitę in tabernaculis^b servire precipiuntur. Cuius auctoritatem in canonibus sancti patres secuti sunt. Nos et divine legis et conciliorum precepti immemores infantes et pueros levitas facimus ante legitimam ętatem, ante experientiam vite. Ideoque ne ulterius fiat a nobis, et divine legis et canonum ammonemur sententiis. Sed XXV annorum ętatis levitę consecrentur et XXX annorum presbiteri ordinentur, ita ut secundum apostolicum preceptum probentur^c primum et sic ministrent nullum crimen habentes.

- a) *fehlt KV.*
- b) tabernaculo *K.*
- c) prebentur *M.*

5. Ex^a Ancirano^b concilio.

Presbiter ante trigesimum ætatis suę annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus. Sed hoc tempus observet. Nam Dominus^c tricesimo ætatis suę anno baptizatus est et cepit predicare^d.

- a) *Inskription fehlt MK; davor Titel 28 K.*
- b) *sirano C; ansirano V.*
- c) *folgt noster CRV.*
- d) *docere CRV.*

XXVIII.^a De tempore ordinationis.

1. Zephirinus Romanę urbis archiepiscopus omnibus episcopis. Cap.^b XIII.^b

Ordinationes presbiterorum, levitarum tempore congruo et multis coram astantibus sollemniter agite et probabiles ac doctores viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate et adiumento plurimum gaudeatis.

a) *Zahl fehlt, der Titel schon vor II 27,4 K.*

b) *fehlt KR.*

2. Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo. Cap.^a I.^a

Quod a patribus nostris propensiori cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus^b omnibus^b sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur. Sed post diem sabbati eiusque noctis, quę in prima sabbati lucescit, exordia, consecrandi eligantur. In quibus his, qui consecrandi sunt, ieiuniis^c a ieiunantibus sacra^d benedictio conferatur. Quod eiusdem observantię erit, si mane ipso^e dominico die continuato^f sabati ieiunio celebretur, a quo tempore precedentis noctis initia non recedunt, quod ad diem resurrectionis, sicut in pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est.

a) *fehlt KR.*

b) omnibus diebus *CV.*

c) ieiunis *C;* ieiunis *korr. in ieiuni R.*

d) sac *M.*

e) *fehlt M.*

f) continuatio *C;* continuo *V.*

3. Gelasius omnibus episcopis. Cap.^a X.^a

Ordinationes presbiterorum et^b diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri nemo episcoporum audeat. Itaque primi mensis, quarti, septimi et decimi ieiunii, sed etiam quadragesimalis initii ac mediana XL^{me} die sabbati ieiunii^c circa vespas ipsas ordinationes noverint celebrandas.

- a) *fehlt KRV.*
- b) aut *M.*
- c) ieiuni *C.*

4. Gelasius^a Petro episcopo Pontentino^b.

Dilectionis tuę scripta suscepimus, in quibus significas Latinum diaconem ecclesie Grumentinę ad episcopatum Marcellianensis ecclesię sive Consilinatium ab omnibus fuisse electum. Quod ante iam^c hoc tempus pretulistis^d. Et iussimus, ut veniret, credentes eos^e de persona eius ab episcopo suo dimissoriam impetrasse. Unde vel nunc, sicut^f dicis eum concorditer ab universis electum, et nichil ei sacri canones contradicunt et ab episcopo eius dimissoriam acceperit^g, facite eum velociter ad urbem Romam occurrere, ut si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinentur^h quia si ante memoratum diem non occurrerintⁱ, coguntur^j usque ad quarti mensis ieiunia sustinere.

- a) Gregorius *C*.
- b) potentino *CV*.
- c) *davor getilgt a M; aim V*.
- d) retulisti *C*; retulistis *RV*.
- e) eum *C*.
- f) si ut *CR*.
- g) accepit *M*.
- h) ordinetur *CRV*.
- i) occurrerit *C*; *korr. in* occurrerit *R*.
- j) cogetur *C*; *korr. in* cogetur *R*.

5. Eiusdem ad^a Tullinum episcopum Grumentinum^a.

Litteras caritatis tuę suscepimus, quibus significas Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesię Marcellianensis a clero et omnibus, qui illic conveniunt, postulari. Hoc itaque dicimus, ut si eum omnes eligunt et vis^b eum ecclesię gratum esse, nobis cognosce^c, ut si possunt^d ante diem sanctum occurrere, vel sabbato ipso noctis magne post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari. Alioquin necesse est usque ad ieiunia quarti mensis sustinere.

a)-a) *fehlt K; schon vor Eiusdem CR.*

b) *vides C; korr. in vides R.*

c) *innotesce CV; iquotesce R.*

d) *possit CR; possis V.*

XXIX.^a De vocatione ordinandorum.

1. Ex concilio^b Mannathensi^b.

Episcopus quando ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria IIII^{ta} ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum archipresbiteris, qui eos representare^c debent. Et tunc episcopus e latere suo dirigere^d debet sacerdotes et alios^e prudentes viros gnaros legis divine et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, etatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant et verbis simplicibus^f asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cavere debent, ne aut favoris gratia aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a vero deviant, ut indignos et minus idoneos ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille, qui indigne accesserit, ab altari removebitur et illi, qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos^g dies diligenter examinentur et sic sabbato, qui probati inventi sunt, episcopo represententur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *mannathensi concilio K; concilio nampnetensi CV.*

c) *representari M.*

d) *fehlt K.*

e) *folgt qui M.*

f) *simplicioribus K.*

g) *getilgt terminos M.*

XXX.^a Ubi ordinandi sint^b.

1. Ex^c concilio Meldensi.

Si qui ordinari petuntur, nullatenus ordinentur, nisi in loco^d certo^d et religioso vel etiam in civitate saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci.

a) *dieser Titel fehlt, stattdessen hier Titel 31 K.*

b) *sunt CV.*

c) *Inskription fehlt K.*

d) *certo loco C.*

XXXI.^a Quibus ordines sint tribuendi quibusve negandi.

1. Clemens.

Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, non presbiter aut diaconus aut prorsus ex numero eorum, qui in ministerio sacro deserviunt.

a) *dieser Titel (ohne Zahl) schon vor II 30,1 K.*

2. Eiusdem^a.

Si quis viduam et eiectam acceperit aut meretricem aut ancillam vel aliqua^b de his, quę publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, non presbiter aut diaconus aut ex numero eorum, qui^c ministerio sacro deserviunt.

a) *fehlt KR.*

b) *aliquam CRV.*

c) *folgt in K.*

3. Felix Romanus episcopus omnibus episcopis^a.

Qui in qualibet etate alibi quam in ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt^b, ecclesiasticam ad^c militiam prorsus non permittantur accedere. Quibus satis debet esse, quod in catholicorum numero sunt recepti. Quod^d de suo ordine et communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violaverit institutum vel qui non removerit eum, quem ex eius cętu ad ministerium clericale obrepisse^e cognoverit.

a) *ferner Rubrik Eiusdem CV.*

b) *folgt getilgt in M; folgt ad (nachgetragen C) V.*

c) *getilgt C; fehlt V.*

d) *Quia CRV.*

e) *oprepisse M; obrepisse KR.*

4. Silvester papa in generali residens synodo dixit:

Nullus aliqua ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradus suscipiat, nisi V
episcoporum designatus sit cyrographis.

5. Siricius episcopus Eumerio^a Terraconensi episcopo. Cap.^b XI.^b

Quisquis clericus aut viduam aut certe secundam duxerit uxorem, omni ecclesiasticę dignitatis privilegio mox denudetur, laica sibi tantum communionē concessa, quam ita demum poterit possidere, si^c nichil postea, propter quod hanc perdat, admittat^d.

a) Eumerito *CRV*.

b) *fehlt KRV*; Cap. I *C*.

c) sed *M*.

d) amittat *CV*; *korr. aus* amittat *R*.

6. Idem^a cap. XIII.^b

Illud quoque nos^c par fuit providere, ut sicut pēnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post pēnitentiam ac^d reconciliationem^d nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamvis sint omnium peccatorum contagine^e mundati, nulla^f tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint^g vasa vitiorum.

a) *Inskription fehlt KV; Idem fehlt C; nur Idem R.*

b) *korr. aus XXIII M.*

c) *fehlt C.*

d) *fehlt K.*

e) *contagione CRV.*

f) *nullam M.*

g) *fuerit M; fuer V.*

7. Anastasius urbis Romę episcopus omnibus episcopis.

Transmarinos homines in clericatus honore nemo suscipiat, nisi V aut eo amplius episcoporum cyrographis fuerint designati, quia multa per subreptionem solent evenire.

8. Innocentius^a episcopus Victricio Rotomagensi episcopo. Cap.^b II.^b

Si quis post remissionem peccatorum cingulum milicie secularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

a) *das ganze Kap. am Rand C.*

b) *fehlt KCRV.*

9. Innocentius Felici Numeriano^a episcopo. Cap.^b I.^b

Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipse^c volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt^d. Cui vero casu aliquo contingit, dum aut operi rustico curam impendit aut aliquid faciens se non sponte percussit, hunc canones precipiunt et clericum fieri, et si in clero repertus fuerit, non abici. In illo^e enim voluntas est iudicata, quę sibi ausa fuit ferrum inicere, in istis casus veniam meruit.

- a) nūano *M.*
- b) *fehlt KCRV.*
- c) ipsi *M.*
- d) admittant *M.*
- e) ill(is) *CRV.*

10. Idem.^a Cap.^a III.^a

Ventum est ad terciam quætionem, quæ^b pro sui difficultate longiorem exigit disputationem^b, cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput. Ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem^c. Quæ sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi penitentię remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse. Nam si^d, ut^d legitur, quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo ei tribuetur, quod mundicia ac puritas consuevit accipere? Sed econtra asseritur eum, qui honorem ammisit, honorem dare non posse nec illum aliquid accepisse, quia nichil in dante erat, quod ille posset^e accipere. Acquiescimus, et verum est certe, quia quod non habuit, dare non potuit. Dampnationem utique quam habuit, per pravam manus impositionem dedit. Et qui particeps factus est dampnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum. Sed dicitur vera^f de^g iusta legitimi sacerdotis benedictio^h auferriⁱ omne vitium, quod a vitioso fuerat iniectum.

a) *Inskription fehlt K; Cap. III. fehlt R; Idem fehlt V.*

b)-b) *fehlt MK.*

c) *sanitate M.*

d) *sicut CRV.*

e) *possit M.*

f) *korr. in veræ R.*

g) *ac C.*

h) *korr. in benedictione R.*

i) *auferre C.*

11. Idem^a Victricio episcopo. Cap. VI.

In^b qui^b secundam duxerit uxorem, clericus nullo modo fiat, quia scriptum est: 'Unius^c uxoris virum', et iterum: 'Sacerdotes mei semel nubant.'

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) His qui *MCV*; Si quis *R.*
- c) uni *M.*

12. Idem^a Felici^b Numeriano^b episcopo. Cap.^c II.^c

De digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit apostoli unius uxoris virum ad sacerdotium sive ad clericatum admitti debere, et hanc ipsam tamen, si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit antea virum, licet defunctus sit, tamen si clerico^d postea^d fuerit^d copulata, clericus, qui eam acceperit, esse non poterit, quia in lege cautum est non viduam, non abiectam habere posse coniugem^e sacerdotem^f.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *muneria n̄ feli R; Numeriano Felici V.*

c) *fehlt KRV.*

d) *postea fuerit clero M.*

e) *coniuge M; in coniugem C.*

f) *sacerdotalem K.*

13. Innocentius Agapito, Macedonio et Marino^a episcopis Apulis.

Multa in provincia^b contra canones ecclesiasticos decretaque^c maiorum usurpari a plurimis et relationes diversorum et suggestiones fidelissime retulerunt. Quę quidem possent facile resecari, si episcopi in his non invenirentur auctores, qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam prestare nituntur, religionem violant ordinesque corrumpunt. Ac sic evenit, ut indigni quique^d honores suscipiant ecclesiasticos et admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere merentur, sicuti in hunc^e dato^f nobis libello^g monstratum est. Modestum quendam multis criminibus involutum, propter quę etiam penitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, verum etiam ad episcopatus apicem tendere, cum canones apud Niceam constituti penitentes^h ab infimisⁱ officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres karissimi, perspecto^j tenore libelli eum iubente^k presentari ac, si vere constiterit talem, qualem libellus affirmat, non solum ab ambitione^l, sed etiam a clericatus removeatur officio.

- a) mariano *CRV*.
- b) *folgt nachgetragen* vestra *C*.
- c) decreta *M*.
- d) q(uo)q(ue) *R*; queque *V*.
- e) *korr. in hoc C*.
- f) datum *K*.
- g) libellum *K*.
- h) *folgt etiam CRV*.
- i) infirmis *MK*.
- j) prospecto *CV*.
- k) iubete *CRV*.
- l) ammonitione *K*.

14. Cęlestinus episcopus omnibus episcopis. Cap.^a VI.^a

Abstineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus bigamus, nullus qui sit aut fuerit viduę maritus ordinetur, sed irreprehensibilis et qualem elegerit populus fiat. 'Virginem accipiat sacerdos uxorem.' Subsequitur et supplet apostolus 'unius uxoris virum' debere consecrari. Ad hanc ergo formulam eligantur sacerdotes, et si quę factę sunt ordinationes illicitę removeantur, quoniam stare non possunt.

a) *fehlt KR.*

15. Leo episcopus omnibus episcopis.

Quicumque viduarum mariti vel habentes numerosa coniugia ad sacerdotium promoti fuerint, ab omnibus ecclesiasticis officiis et a^a sacerdotali nomine apostolicę sedis auctoritate debemus arcere^c.

- a) *nachgetragen C.*
- b) *arceri MRV.*

16. Idem^a. Cap. ^b I. ^b

Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis libertate^c consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tamquam servilis vilitas hunc honorem iure capiat, provehuntur, et probare Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Nullus^d itaque episcoporum servum alterius ad clericatus officium promovere presumat, nisi forte eorum peticio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi^e vendicant potestatis^{df}. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinę militię fuerit^g aggregandus^h, ut a castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatum vinculis abstrahatur.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt R.*

c) *libertatem CRV.*

d)-d) *Nullus - potestatis erst am Schluß des Kapitels CRV.*

e) *folgt in eis CRV.*

f) *potestatis M.*

g) *fuit C.*

h) *aggradandus M; aggravandus K.*

17. Hylarus^a episcopus ecclesie catholice urbis Rome synodo presidens dixit. Cap.^b II.^b

Cavendum est in primis, ne ad sacros gradus quisquam, qui uxorem virginem non duxit, aspiret. Repellendi sunt etiam, quique^c in secunde uxoris nuptias contra apostolica precepta convenerint.

a) Hylarius *KV*.

b) *fehlt KR*.

c) quicumque *C*; *korr. in qui R*.

18. Idem^a. Cap.^b IIII.^b

In quibus etiam prospiciendum est, ne duo simul sint in una ecclesia sacerdotes nec litterarum ignarus aut carens aliqua parte membrorum vel etiam ex penitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, ut cum his parere cupitis, voluntatem Dei nostri, quę nos peccare prohibet, deseratis, Cuius indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas eius, dum fiunt^c illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur. Ut autem omnia secundum hec, quę scripsimus, corrigantur, presentes litteras Traiano subdiacono nostro veniente direximus. Deus vos incolomes custodiat, fratres karissimi.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt R.*

c) *sinit CRV.*

19. Gelasius urbis Romę episcopus omnibus episcopis. Cap.^a II.^a

Non confidat quisquam pontificum fas esse digamos aut coniugia sortientes ab aliis derelicta sive quoslibet post^b pęnitentiam vel sine litteris vel corpore vitiatos vel conditionarios aut curię publicarumque rerum nexibus implicitos aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos divinis servituros applicare ministeriis.

a) *fehlt KR.*

b) *per M.*

20. Idem^a. Cap. ^b I. ^b

In primis eius vita, qui ordinandus est, preteritis acta temporibus inquiratur, si gravi facinore non probatur infectus, si secundam non habuit fortassis uxorem nec a marito relictam sortitus ostenditur, si pēnitentiam publicam fortassis non gessit nec ulla parte corporis vitiatus apparet, si servilis^c aut originarię non est conditionis obnoxius, si curię iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis hostiarii possit implere officium, ut si his omnibus, quę sunt predicta, fulcitur, clericus effici potest.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt R.*

c) *servi (ve)l korr. in servi R.*

21. Gelasius Bono episcopo Savinati^a.

In parroechia tua basilica sancti Laurentii, quę in possessione filii et consiliarii nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbiterii deesse cognovimus. Et quia prefatus filius noster nobis^b retulit invenisse^c Rufinum quendam monachum olim sibi vita et moribus comprobatum, et hunc postulat ibi presbiterum consecrari, quod ad subitum fieri nos prerogata observantia non acquievimus, ideoque dilectio tua his acceptis sabbato veniente faciat eum subdiaconum, et si Deus voluerit et vixerimus, mediana ebdomada presbiterum^d facit^e, quatenus supervenienti festivitate paschali sacra misteria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri.

a) Savino *CR*.

b) *fehlt M*.

c) *folgt se CRV*.

d) *folgt eum C*.

e) *faciemus K; Endung getilgt C; fac RV*.

22. Idem^a. Cap.^b XXI.^b

Secundas nuptias, sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullum ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitatis generaliter concessa licentia et alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt R.*

23. Idem^a. Cap.^b XV.^b

Inlitteratos quoque aut aliqua parte corporis imminutos nullus presumat ad clerum provehere, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officii, et vitiosum nichil Deo prorsus offerri legalia precepta sancxerunt. Similiter qui se ipsos abscidunt.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt R.*

24. Hormisda^a papa.

Si quis baptizat aut aliquod divinum officium exercuerit per temeritatem non ordinatus, abiciatur ab ecclesia et numquam ordinetur.

a) *Inskription fehlt K.*

25. Pelagius.

Si evangelica ammonitio iracundiam ne usque ad verbum furentem prosilire permittit, ne si racha fratri suo quis dixerit, reus sit^a gehennę ignis^b, quali putamus pęna plectendus est, qui non solum pugno impię percussit in levitici hominem officii ministerio servientem, sed quasi non sufficeret ad cedem manus, ita instigante se diabolo raptus ad iracundiam est, ut fuste non solum percuteret, sed erueret^c oculum fratris. Et quamvis huiusmodi excessus graviori esset pęna plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbiterii remove. Hoc tamen sollicitudinis tuę sit, ut locum etiam pęnitentię constituas et in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo communionem concessa. In loco illius alium te necesse est ordinare presbiterum. Nam illi, cui erutus oculus est, non possunt contra canones iura concedi sacerdotii. Neque enim aliquid ei prodest, quod^d oculum invitus amisit, cum nec volens quisque oculum amisisse credendus sit nec sacratissimi^e canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis invenimus. Sed hoc^f tantummodo adhibitionem^g suffecisse videmus patribus, ut qui careret^h oculo, sacerdotii officium adhipisci non possit. Sed nec illi ullatenus quasi in compensationem iniurię sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam sacerdotemⁱ proprium potuit iracundiam provocare, ut et ille officium, in quo erat, amitteret et iste proventus sui perderet^j facultatem.

a) *fehlt RV.*

b) *igni MK.*

c) *erueret MK.*

d) *folgt korr. oculus M.*

e) *korr. in sacratissimos R.*

f) *hanc K.*

g) *ad prohibitionem CRV.*

h) *caret C.*

i) *sacerdotum MV; korr. aus sacerdotum R.*

j) *perdere K.*

26. Pelagius.

Ex antiquis regulis et novella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias cęlesti^a militię cingulo non precingi. Sed nescio ignorantia an voluntate rapiamini, ut ex hac culpa nullus pęne episcoporum videatur extorris^b. Ita enim nos frequens et plurimorum quęrela circumstrepit, ut ex hac parte nichil putetur penitus constitutum. Actoris^c siquidem illustris viri filii nostri Amandiani graviter conquęruntur homines et iuri suo debitos alios adhuc clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrimę provisionis^d assensu constat esse perfectum, huiusmodi personas suscipere non debere, verum etiam si quid^e forte in divinę militię cultum ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminare prorsus ex utroque religioso privilegio ad dominorum suorum possessiones iusta debueris ammonitione compellere. Et ideo, fratres karissimi, eos, quos supradicti viri actores^f in clericatus officio monstraverint attineri, discussos et obnoxios approbatos custodito legum tramite sine intermissione restituere^g, ita ut, si quis iam ex his presbiter repperitur, in eodem gradu peculii sola amissione permaneat, diaconus vero ut vicarium prestet aut, si non habuerit, ipse reddatur. Residua officia sciant neminem posse ab obnoxietate, si convincitur, vendicari^h, quatenus hoc ordine custodito nec dominorum iura nec privilegia ulla ratione turbentur.

a) *korr. in cęlestis K.*

b) *extortus K.*

c) *Actores CRV.*

d) *pervisionis MKV; korr. aus per visionis (?) R.*

e) *korr. in qui C.*

f) *auctores M.*

g) *restituere KC; korr. in restituere R; korr. aus restituere V.*

h) *vendicare C.*

27. Idem

Frequens quidem et assidua nos quærela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas nec decreta nostra noviter^a directa cogitantes obnoxias possessoribus illigatasque personas venientes ad clericale cingulum non refutant. Nuper etenim actores^b illustris femine Placidie petitorum oblatione conquesti sunt Sabinum Marcellianensis sive Cusillanatis urbis antistitem Antiochum servum iuris patronæ suæ absentis domine occasione captata ad presbiterii honorem usque perductum, eius^c fratrem Leontium^d clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres karissimi, inter supradictos actores^e et eos, qui conditionis extreme repetuntur obiectum^f, cognitionem vobis nostra^g auctoritate deputamus, ut omni virtute^h discussa, si re vera obiectam sibi maculam iusticiæ refragationis non potuerit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus prefinitus legibus non defendit, ad sequendam cognitionis suæ necessitatem modis omnibus redhibete. Antiochum vero, quiⁱ per sacerdotium iam non potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc, in quo est, honore desiderat collocare, non velut redditum sibi, sed habeat pro misteriorum^j celebratione susceptum.

- a) noverunt *K*.
- b) auctores *M*.
- c) eiusque *CRV*.
- d) *fehlt K*; leonem *V*.
- e) auctores *MV*.
- f) obiectu *C*; *korr. in* obiectam *R*; obietum *V*.
- g) vestra *M*.
- h) veritate *CRV*.
- i) quia *CRV*.
- j) ministeriorum *CR*.

28. Eiusdem.

Consulit^a dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens quod diaconi ad presbiterii gradum, quo ecclesiam tuam memoras indigere, venire detrectent. Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatione gravitateque didicimus, ut ex nobilibus^b sint volentes, ordinatio potest illa perficere^c, qua scilicet, si quos habes vel in acolitis vel in subdiaconibus maturioris ætatis, et quorum sit vita probabilis, hos in presbiterum^d studeas promovere, ut qui proficere noluerunt^e, reddantur suis inferioribus post minores. Ipsaque commoda presbiterum^f propensius quam diacones consequantur, ut hac saltem ratione constricti et honorem, quem refugerant^g, appetere nitantur et quæstum.

- a) Consulit *RV*.
- b) nolentibus *CRV*.
- c) proficere *C*.
- d) presbiterium *CRV*.
- e) noluerint *K*; *korr. aus* noluerint *C*.
- f) presbiterorum *K*; presbiteri *CR*; presbiterii *V*.
- g) refuterant *M*.

29. Gregorius urbis Romę presul Squillacino episcopo. In^a epistola XXVI in^b lib. II.^a

Precipimus ne umquam illicitas ordinationes facias nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, aut ignorantem litteras vel^c in qualibet corporis parte vitiatum vel penitentem vel curię aut cuilibet conditioni obnoxium ad sacros ordines permittas accedere, sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promovere.

- a)-a) *fehlt K.*
- b) *fehlt CRV.*
- c) aut *K.*

30. Gregorius Romanę ecclesię presul Squillacino episcopo. In^a eadem epistola eiusdem libri^a.

Afros passim et incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias, quia Afrorum quidem aliqui^b sunt Manichei, aliqui rebaptizati, peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores de se pretendisse honores sepe probati sunt.

a)-a) *fehlt K.*

b) alii *M.*

31. Eugenius^a papa^a.

Episcopum enim consecrari non convenit, nisi a clericis et a populo fuerit postulatus. Unde Celestinus papa dicit: Nullus episcopus detur invitis; plebis enim, clericorum et ordinis consensus et desiderium constat esse requirendum. Et Leo sanctissimus papa ait: Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti. Quodsi in eadem ecclesia dignus non invenitur, tunc alter de altera eligatur ecclesia. Tamen quamvis necessitas eveniat, invidiose nullo modo conservetur invitus.

a) *fehlt K.*

32. Augustinus.

Ecclēsię dispensatorem non licere^a ordinari nisi unius uxoris virum acutius intellexerunt, qui nec eum, qui cathecuminus vel paganus habuit alteram, ordinandum esse consuerunt. De sacramento agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit: Si acceperis uxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, non peccavit^b, et quod vult, faciat^c, non peccat, si nubat, satis declaravit nuptias nullum esse peccatum. Propter^c sacramenti autem sanctitate^d, sicut femina, etiam si cathecumina fuerit vitiata, non potest post baptismum inter^e Dei virgines^f consecrari, ita non absurde visum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad vitę bonę meritum, sed ad ordinationis ecclēsiasticę signaculum necessariam. Ac per hoc, sicut plures antiquorum patrum uxores significaverunt futuras nostras ex omnibus ecclēsiis uni viro subditas Christo, ita noster antistes unius uxoris vir significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro subditam Christo.

- a) licet *C*.
- b) *korr. aus* peccabit *M*.
- c)-c) faciat - Propter *fehlt MK*.
- d) sanctitatem *CR*.
- e) in *RV*.
- f) virginem *RV*.

33. Idem^a.

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum neque eum, qui unam quidem habet concubinam, non matronam habuit, nec illum, qui viduam et repudiatam vel meretricem in matrimonium^b assumpsit, nec illum, qui semetipsum abscidens quodlibet corporis sui membrum indignatione aliqua vel iusto iniustoque tenore superatus truncaverat, neque illum, qui usuras accepisse convincitur aut qui in scena^c lusisse cognoscitur^d, neque eum, qui publica penitentia mortalia crimina deflet, neque eum, qui aliquando in furiam versus insanuit vel afflictione diabolica vexatus est, neque eum, qui per ambitionem ad imitationem Symonis magi peccuniam offert.

a) *fehlt MK; kein Absatz K.*

b) *matmonium M; matrimonio C.*

c) *cena CRV.*

d) *noscitur CRV.*

34. Ieronimus.

Dominus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis^a, sed etiam de adulterinis commixtionibus nasci, nobis magnam fiduciam prestans, ut qualicumque modo nascamur, tantum ut eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est pontifex ex adulterinis nascens coniunctionibus, ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum ut fidem perfectam habeat et, quod fide tenet, operibus impleat sitque litteratus et vir unius uxoris, nequaquam a sacerdotio repellit^b. Iudas enim patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, et ex illo coitu nati sunt Phares et Zara^c. Inde postea Salomon^d, qui fuit dux in deserto, inde Obeth indeque Booz, inde postea Ysai, qui fuit pater David. Ex illa autem progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos^e est^e. Ideoque filii eius sumus^f; quę ipse fecit, imitari debemus.

a) alienis *K*.

b) repellitur *CRV*.

c) ochoza *KRV*.

d) *korr. in Salmon C; salmon RV*.

e) est sacerdos *CV*.

f) *folgt* et *CRV*.

35. Anastasius^a.

Certe^b illud non fuit pretermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas hereticorum contulit, contra apostolica precepta velut lege licitum cepisse^c presumi, neophitum sive laicum, qui in nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbiterum vel diaconum ordinare, quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare preceptum, et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus repperitur idoneus clericorum nec inter diaconos nec inter alios clericorum invenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem ecclesie laicus postulatur. Quod ne fiat ultra, omnino interdicentes prohibemus.

- a) *fehlt K.*
- b) *Per te K.*
- c) *korr. in cepisset C.*

36. Innocentius^a.

Mulierem viduam clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: Sacerdos virginem^b uxorem^b accipiat, non viduam, non eiectam; utique qui ad sacerdotium labore suo et vitę probitate contendit, cavere debet, ne hoc preiudicio impeditus pervenire non possit.

a) *fehlt K; folgt papa CRV.*

b) uxorem virginem C; uxorem ducat virginem (*ohne accipiat*) V.

37. Idem^a. Victricio^b episcopo^b.

Is^c qui viduam^d licet laicus duxerit uxorem seu ante baptismum sive post baptismum, non admittatur^e ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non accepte uxoris consortium relaxatur. Quodsi non putatur uxor esse computanda, quę ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

a) *fehlt K; davor Cap. V. R.*

b) *fehlt MK.*

c) *His M.*

d) *fehlt MK.*

e) *admittitur M; amittatur C.*

38. Idem^a. Cap.^b III^b

Designata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est: si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas^c egerit, hoc est postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniuntur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sepius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem, quæ sepe de his ecclesiæ provenit.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt M.*

c) *causam M; causa V.*

39. Idem^a. Cap. ^b Felici^b Nuntiano^b.

Laici qui habentes uxores baptizati sunt, ac si se instituerint^c, ut in nullo opinio eorum vacillet, ut aut clericis iuncti sint aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, heserint, si non^d concubinam, non pelicem norint, si in omnibus operibus vigilaverint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi, ita sane, ut in eos tempora a maioribus constituta serventur nec cito quilibet lector, cito accolitus, cito diaconus, cito sacerdos fiat.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt M.*

c) *instituerit M.*

d) *fehlt K; -ne V.*

40. Ex^a concilio Calcedonensi.

Nullum absolute ordinare^b debere presbiterum aut diaconum nec quemlibet in gradum ecclesie, nisi civitatis aut possessionis aut martyrii^c aut monasterii, qui ordinandus est, nomine pronuncietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta synodus irritam haberi huiusmodi manus impositionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *ordinari CRV.*
- c) *martyris K.*

41. Ex^a concilio Africano.

Clericus invidens fratrum provectionibus, donec in vitio est, non promoveatur.

a) *Inskription fehlt K.*

42. Ex^a eodem.

Seditionarios numquam ordinandos, clericos, sicut nec usurarios vel iniuriarum suarum ultores.

a) *Inskription fehlt KR.*

43. Ex^a concilio Cartaginensi.

Ex penitentibus, quamvis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero. Si autem sciens episcopus ordinaverit, et ipse ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur.

a) *Inskription fehlt K.*

44. Ex^a concilio Aureliano.

Si quis vero de laicis post uxorem aliam cuiusque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

a) *Inskription fehlt K.*

45. Ex^a eodem^a.

Servus si absente aut nesciente domino, episcopo sciente quod servus sit, diaconus aut presbiter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibent aut eum supplicaverint^b ordinari, simili redibitione teneantur.

a) *fehlt K.*

b) *supplicaverit M.*

46. Ex^a Triburiensi concilio.

Ut nulli de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consequantur. Cuius^b libertatis carta ante ordinationem in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro servus non canonicè consecratus, postquam de gradu deciderit, eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *korr. in Quorum C.*

47. Ex^a concilio Ancirano.

Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset^b laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quodsi in celo^c iam constituto eo adulteravit^c, dato^e repudio dimittere eam debet. Si vero inherere eius consortio velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *esse K.*
- c) *clero KCR.*
- d) *adulteraverit CV.*
- e) *korr. aus data M.*

48. Ex^a eodem^a.

Si quis in egritudine fuerit baptizatus, presbiter ordinari non debet. Non enim fides illius est voluntaria, sed ex necessitate, nisi forte postea ipsius studium et fides probabilis videatur aut hominum raritas cogat.

a) *fehlt K.*

49. Ex^a Toletano concilio.

Item placuit, ut penitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum, si necessitas aut usus exegerit, inter hostiarios deputentur vel inter lectores, ita ut evangelia et apostolum non legant. Si qui autem ante ordinati sunt subdiacones^b, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant aut sacra contingant. Eum vero penitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam penitentiam gerens sub concilio divino fuerit reconciliatus altario.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *auf Rasur sub- M.*

50. Gelasius. Omnibus^a episcopis per Lucaniam et Siciliam constitutis^a. Cap.^b I.^b

Priscis igitur pro sui^c reverentia manentibus constitutis, quę ubi nulla vel temporum vel rerum perurguet angustia, regulariter convenit custodiri, quatenus ecclesiis, quę vel cunctis sunt private ministris vel sufficientibus usque^d adeo dispoliatę servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam instituendi quam promovendi clericalis obsequii sic spacia dispensanda concedimus, ut si quis etiam de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit, in primis eius vita preteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam fortassis^e non^e habuerit^e uxorem nec a marito relictam sortitus ostenditur, si penitentiam^f publicam fortassis non gessit nec ulla parte^g corporis^g vitiatus apparet, si servilis aut originarię non est conditionis obnoxius, si curię etiam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quibus hostiarii vix fortassis posset^h implere officium, ut si omnibus his, quę sunt predicta, fulcitur, continuo lector vel notarius aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolitus, maxime si huic etas etiam suffragatur, sexto mense subdiaconii nomen accipiat, ac si modeste conversationis honesteque voluntatis existit, nono mense diaconus completoque anno fitⁱ presbiter. Cui tamen quod annorum fuerant^l intersticia^k collatura, sancti propositi sponte subiecta docetur prestitisse devotio. Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis, quę superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinare^l personam, quanto inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis.

a)-a) *fehlt MK.*

b) *fehlt KRV.*

c) suis *C.*

d) *fehlt M.*

e) non habuerit (habuit *CV*) fortassis *CRV.*

f) *folgt nochmals* sortitus ostenditur si penitentiam *MK.*

g) corporis parte *CRV.*

h) possunt *K*; possit *V.*

i) sit *CRV.*

j) *folgt* curriculis *C*; *folgt* vel curricula *V.*

k) in tristicia *K.*

l) examinari *CR.*

51. Hormisda^a papa^a.

Si ille, qui ultro petit pēnitentiam, quamvis eam perfecte agat^b, non potest episcopus aut presbiter ordinari, ita ut etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit et postea convincitur pēnitentiam accepisse, deiciatur: ille, qui invitus ad pēnitentiam agendam in monasterio^c mittitur et utique aliud quam penitens dicendus non est, qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur?

a) *fehlt K.*

b) *agere M.*

c) *monasterium K.*

52. Cap.^a XIII.^a

Monachos quoque, quos tamen^b morum gravitas et vitę ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari et optamus et volumus, ita ut, qui intra tricesimum annum ętatis sunt^c digni, minoribus per gradus singulos crescentes tempore promoveantur^d ordinibus et sic ad diaconatus vel presbiterii insignia maturę ętatis consecratione^e perveniant. Nec saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, que^f singulis dignitatibus superius prefiximus, tempora fuerint custodita.

a) *fehlt KR; Siricius R.*

b) *getilgt M.*

c) *folgt getilgt dig M.*

d) *promoveantur M.*

e) *consecrationem C; korr. in consecrationem R.*

f) *nachgetragen M.*

53. Pelagius^a.

Precepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore venire non patiuntur, ita et si quis in eo constitutus actu^b fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suę sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbiter petitorio nobis deflevit^c oblato, quod habetur in subditis olim sibi et ante annos plurimos collatam sibi presbiterii dignitatem, quam re vera immaculati corporis iudicio suscepisset, sed nuper provincię vastitatem, quam Tuscię^d pre omnibus barbarorum diversa sectantium et ambiguitas invexit animorum, cum imminentes gladios evadere fuge presidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, inferiores partes corporis inseruisse suggestit, quę vix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo, frater karissime, supradicto locum suum dignitatemque restituę, quatenus sacrosancta misteria, sicut consuevit, exerceat. Nec enim convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in^e qua^e postmodum^f invaliditudines corporis casu probatur faciente collapsus.

- a) *fehlt K.*
- b) *ac tum C.*
- c) *defluit R; korr. aus defluit V.*
- d) *tucię C.*
- e) *quia (korr.?) C.*
- f) *folgt nachgetragen in C.*

54. Ex^a Niceno concilio^b.

Si quis a medicis per langorem desectus^c est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se sanum abscidit^d; hunc et in clero constitutum abstinere conveniet et deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod his, qui rem hanc affectant audentque semetipsos abscidere, dictum sit abstinere, sic eos, quos aut barbari aut medici castraverint, inveniuntur inter alios dignissimi talesque ad clerum suscipit ecclesia.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *fehlt CV.*
- c) *desertus K.*
- d) *absciderit CR.*

55. Ex^a registro^a.

Videtur mihi, ut a presenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconum presumant, nisi qui se victurum caste promiserit.

a) *fehlt K.*

56. Ex^a concilio^b Toletano IIII^c.

Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retinet^d, isti sine crimine sunt^e ad clericatus ordinem libere suscipiuntur, quia directa manumissione^f absoluti noscuntur. Qui vero retento^g obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc a patrono servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *fehlt C.*
- c) *fehlt CV.*
- d) *retemptet MRV.*
- e) *folgt et CR.*
- f) *korr. ma- M.*
- g) *retempto MR; retempta V.*

XXXII.^a Quomodo presbiter, diaconus ceterique ordinentur^b.

1. Ex^c concilio Cartaginensi.

Presbiter cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super caput eius tenente, omnes presbiteri, qui adsunt, manus^d suas^d iuxta^d manum episcopi super caput illius teneant. Diaconus vero cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicet^e, manum super caput illius ponat. Subdiaconus autem, quia manus impositionem^f non accipit, patenam et calicem de manu episcopi accipiat vacuum, de manu vero archidiaconi urceolum cum aqua et aquamanile^g ac manutergium. Acolitus ab archidiacono accipiat^h cereoferarium cum cereis et urceolum vacuum. Exorcista vero accipiat de manu episcopi libellum exorcismorum. Lector cum ordinatur, tradatⁱ ei episcopus codicem, de quo lecturus est. Hostiarius vero postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debet^l conversari, ad suggestionem archidiaconi tradet^k ei episcopus claves ecclesie de altario.

- a) XXXI *M*; *Zahl fehlt K*.
- b) ordinantur *K*.
- c) *Inskription fehlt K*.
- d) *fehlt K*.
- e) benedicat *CV*.
- f) impositione *M*.
- g) *korr. in manile C; manile V*.
- h) *fehlt K*.
- i) tradet *R*.
- j) debeat *C*.
- k) tradat *CV*.

2.

Psalmista, id est cantor, absque scientia episcopi sola iussione presbiteri^a officium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero: Vide ut, quod ore cantas, corde credas.

a) *folgt* potest *CRV*.

XXXIII.^a Ut nullus ordinetur invitus.

1. Simplicius episcopus Iohanni episcopo Ravennati.

Si quis esset intuitus ecclesiasticę discipline vel si quid apud te sacerdotalis modestię^b teneretur, numquam plectibiles perpetrarentur excessus. A quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere precepto, saltem sanctę memorię predecessoris^c tui fueras revocandus exemplo, qui cum faciendo presbiterum minus deliquisset invitum, senserat tamen dignum pro tali usurpatione iudicium. Nam privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Denunciamus autem, quod si post hec^d quicumque tale presumpseris et aliquem seu episcopum seu presbiterum seu diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis ecclesię vel Emiliensis noveris auferendas.

a) XXXII *M*.

b) *korr. aus* molestię *M*; molestię *K*.

c) *korr. aus* predecessores *MK*.

d) hoc *K*.

2. Gregorius Natali episcopo Salonitano. In^a epistola XVIII lib. I.^a

Gesta, quę nobis in concilii vestri confecta secretario direxistis, in qua archidiaconus Honoratus addicitur^b, plena esse cognovimus semine iurgiorum^c. Cum vero^d eodemque tempore una persona nolens ad sacerdotii ordinem provehitur, quę tamquam immerita a^e diaconatus^f officio removetur, et sicut iustum est, ut nemo crescere compellatur invitus, ita censendum puto similiter, ne^g quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste. Verumtamen quia inimica Deo discordia^h tuas partes excusatⁱ, locum et administrationem suam Honorato archidiacono restituas commonemus, atque concordēs divinis ministeriis competentia exhibete servitia.

a)-a) *fehlt MK; steht (ohne In) vor II 34,1 MCV; lib. I. fehlt R.*

b) *addiscitur CV.*

c) *iurgionum M.*

d) *folgt uno C; folgt una persona V.*

e) *ad M; ab C.*

f) *archidiaconatus C.*

g) *nec K.*

h) *discordias M.*

i) *accusat CRV.*

XXXIV.^a Ut ordinatus quisque in illis locis maneat^b, quibus ordinatus est.

1. Anacletus servus Christi Iesu in apostolica sede a Domino constitutus episcopis^c omnibus^c.

Presbiter ad qualemcumque locum vel ecclesiam in eo constitutam est preficiendus atque in ea diebus vite suae perdurandus.

a) XXXIII *M*; *Zahl fehlt K*.

b) *folgt in KV*.

c) *dazu Rubrik Epistola XVIII lib. I (s. II 33,2) MCV; omnibus episcopis KCV*.

2. Leo^a.

Illam quoque partem ecclesiasticę discipline, quę olim a sanctis patribus et a nobis sepe discreta^b est, ut nec in presbiteratus gradu^c nec in diaconatus nec in subsequenti ordine clericorum ab ecclesia ad ecclesiam transire cuiquam sit liberum, ut in integrum revoces, admonemus, ut unusquisque non ambitione inlectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi ordinatus est, perseveret, ita ut, si quis sua querens, non quę Iesu Christi, ad plebem et ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio et a communionis vinculo habeatur extraneus.

a) *fehlt K.*

b) *discretum M; decretum K.*

c) *gradum K.*

3. Augustinus^a:

Interdicendum est, ut nullus ordinatus^b aut ordinandus migret de sua parroechia ad aliam nec ad limina apostolorum causa ordinationis, suę ecclesię cura derelicta, nec ad palatium causa interpellandi. Quod si fecerit, nichil valet^c huiusmodi aut ordinatio aut demigratio^d. Et hoc est omnibus denuntiandum, ut qui causa orationis ad limina beatorum apostolorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata sua et sic proficiscantur, quia a proprio episcopo suo aut sacerdote ligandi aut solvendi sunt, non ab extraneo.

a) *fehlt K.*

b) *ordinetur K.*

c) *fehlt R.*

d) *folgt nachgetragen valeat R.*

4. Ex^a concilio Calcedonensi.

Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua ab initio ordinatus est et ad quam confugit quasi ad potiorem ob inanis glorię cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare.

a) *diese Inschrift vor II 34,5 M; Inschrift fehlt K.*

5. Ex^a Niceno^b concilio^b.

Propter multam perturbationem et seditiones, quę fiunt, placuit consuetudinem omnimodo amputari, quę propter regulam in quibusdam partibus videtur admissa, ita ut de civitate in civitatem non episcopus, non presbiter, non diaconus transferatur. Si quis autem^c post definitionem sancti et magni concilii tale aliquid agere temptaverit et se huiusmodi negotio^d mancipaverit, hoc factum prorsus in irritum ducatur et restituatur ecclesię, cui fuerit episcopus aut presbiter aut diaconus ordinatus.

a) *Inskription fehlt MK; stattdessen hier Inskription von II 34,4 M.*

b) concilio Niceno *R.*

c) aut *K.*

d) negotio *M.*

<6.^a

Quicumque clerici pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperaverint episcopis suis
volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illic ministrent in gradu
suo, unde recedere noluerunt.>

a) dieses Kapitel nur MKC; fehlt RV.

7.^a

Quicumque temere ac periculose neque timorem Domini pre oculis habentes nec agnoscentes ecclesiasticam^b regulam discedunt ab ecclesia, presbiteri aut diaconi vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parroechias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communionem privari.

a) *Rubrik* In eodem *RV*.

b) ecclesiam *M*.

8. Ex^a concilio Arelatensi^b.

In quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent. Qui si derelictis locis suis ad alium se transferre voluerint, deponantur.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *relatensi M.*

9. Ex^a concilio Africano.

Item placuit, ut quicumque in^b ecclesia^b semel^b legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) semel in ecclesia *CV.*

10. Ex^a concilio Antiocono.

Si quis presbiter aut diaconus omnino quilibet ex clero parroechiam propriam deserens ad aliam properavit^b, dein omnino demigrans in aliam parroechiam per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo episcopo et regredi ad propriam parroechiam commonenti obedire contempserit. Quodsi in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniatur. Si vero pro hac causa dampnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a comuni coherceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissolvat^c.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *properaverit KCV.*

c) *dissolvit MC.*

XXXV.^a De reordinatione.

1. Damasus.

Per illicitam manus impositionem vulneratum capud illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant; et ubi vulnus infixum est, necesse est adhibere medicinam, qua infixam sanetur macula. Id est reiterari necesse est, quod legitime actum aut collatum minime probatur. Nam quomodo possit honorem retinere, qui ab illo^b accepit, qui potestatem dare non habuit, legitime invenire non possum.

a) XXXVIII *M.*

b) *folgt nochmals* qui ab illo *K.*

2. Damasus^a Bonifatio episcopo.

Presbiteri quos repperisti, si incogniti fuerint viri illi, a quibus sunt ordinati, et dubium est eos episcopos fuisse an non, qui eos ordinaverunt, si bone actionis et viri catholici sunt ipsi presbiteri et in ministerio Christi omnique lege sancta edocti^b, a patre vel episcopo suo benedictionem presbiteratus suscipiant et consecrentur et sic ministerio sacro fungantur.

a) *Inskription fehlt KR.*

b) *folgt vel CV.*

3. Gregorius Iohanni^a episcopo Ravenne^b. In epistola XXXII. In^c lib. II.^a

Sicut baptizatus semel baptizari iterum non debet, ita consecratus semel in eodem ordine iterum non^d valet consecrari. Sed si quis cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa penitentia indici debet et tamen ordo servari.

a)-a) *fehlt K.*

b) *pavenne M; fehlt C.*

c) *fehlt C.*

d) *fehlt MK.*

XXXVI.^a De restituendis depositis.

1. Concilium^b Toletanum^b.

Episcopus, presbiter aut diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus est et in sancta^c synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario^d de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, anulum et baculum, si presbiter, orarium et planetam, si diaconus, orarium et albam, si subdiaconus, patenam et calicem, sic et reliqui gradus eam^e in reparationem sui accipiant, quæ cum ordinarentur, perceperant.

a) XXXV *M*; *Zahl fehlt K*.

b) *Inskription fehlt K*; Concilio Toletano *CV*; Concil. Toletane *R*.

c) secunda *KRV*.

d) altari *CRV*.

e) ea *CRV*.

2. Iulius papa orientalibus episcopis. Cap.^a XIII.^a

De receptione vero^b sedis et sacerdotii, quę dixistis Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus, sicut calumpniati estis, sed quorundam episcoporum consilio atque decreto suum recepit, quod iniuste perdidit, sacerdotium et resedit in sede. Quod vero scripsistis non posse eum^c a pauciore^d numero episcoporum restitui, quam depositus fuerat, non ita est neque hæc regula orthodoxorum sanctę ecclesię episcoporum; sed Arrianorum, scilicet vestrorum, hæc adinventio ad perditionem^f orthodoxorum episcoporum contexta est.

- a) *fehlt KCRV.*
- b) non *RV.*
- c) cum *M.*
- d) *korr. in pauciori C.*
- e) scilicet *M.*
- f) perditionem *K.*

XXXVII.^a De ordinantibus et ordinatis adversus canonum formas.

1. Ex^b epistola^c Simplicii papę.

Relatio nos vestre dilectionis instruxit et gestorum^d series plenius intimavit Gaudentium Offiniensis ecclesię sacerdotem contra statuta canonum ac nostra precepta ordinationes illicitas perpetrasse, quarum illi totam penitus auferri precipimus potestatem. Scripsimus enim ad Severum fratrem et coepiscopum nostrum, ut, si necesse fuerit, in supradicta ecclesia consideratis patrum regulis hoc fungatur officio, quo ille abusus esse convictus est, ut hii, qui illicite ab eo sunt provecti, ab ecclesiasticis ministeriis sint remoti.

a) XXXVI *M*; *Zahl fehlt K.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) epistolis *R*; epl. *V.*

d) gestimus *M.*

2. Innocentius papa universis episcopis in Toletana synodo constitutis. De^a eadem^a re^a.

Si qui adversus formas canonum vel ad ecclesiasticam ordinationem vel ad ipsum sacerdotium venire temptaverint, una cum ordinatoribus suis ipso, in quo inventi fuerint, ordine et honore priventur.

a) *fehlt K.*

3. Cęlestinus papa episcopis^a Viennensibus et Narbonensibus.

Si quę factę sunt ordinationes illicite, removeantur, quoniam stare non possunt nec discussionem nostram subterfugere poterunt.

a) *fehlt K.*

4. Calcedonense^a concilium^a cap. II.

Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem et sub precio redegerit gratiam, quę non potest vendi ordinaveritque per pecunias episcopum aut presbiterum aut diaconum^b vel quemlibet ex his, qui^c connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem aut defensorem vel quemquam, qui subiectus est regulę, pro tam turpissimi lucri commodo is^d, cui hoc probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est, nichil ex hac ordinatione vel promotione, quę est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quęsivit. Si quis vero mediator tam turpibus^e et nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus aut monachus, anathematizetur.

- a) Calcedonensi concilio *K*.
- b) diaconem *KCV*.
- c) quę *M*.
- d) his *MCV*; *korr. aus* his *K*.
- e) temporibus *M*.

5. Hormisda papa episcopis Hispanię.

Hoc quoque ad priora coniungimus, ne benedictionem per impositionem manus, quę divina esse creditur, pretio quis comparet, quia^a ante oculos esse convenit, quod Symon spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile^b putat^b esse, quod vendit? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse iudicium. Ibi enim Deus, ubi simplex sine pravitate consensus. Verum ne^c hanc quidem partem sollicitudinis et admonitionis omittimus, ne^d vel ille se a culpa estimet alienum, qui etsi ipse quidem a redemptione^d liber initiaverit benedictione^e mystica^f sacerdotem et tamen ad altaris^g redempti voluntatem vel sponte^h vel necessitate consenserit, quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum prestat erranti? Proculdubio contra mandata committit, et qui habet peccatum proprium et qui sequitur alienum. Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori.

- a) qui *M*.
- b) putat vile *CV*.
- c) nec *CR*.
- d)-d) *fehlt MK*.
- e) benedictionem *MV*.
- f) mysticam *M*.
- g) alterius *CRV*.
- h) *folgt hoc CRV*.

6. Gregorius Maximo^a presuptori in Salona. In^b epistola XX. in libro IIII.^b

Licet cetera cuiuspiam talia sint vitæ^c merita, ut nichil sit, quod ex his sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas ambitus severissima canonum districtione dampnatur. Cognovimus itaque, quod vel subrepta vel simulata piissimorum principum iussione, dum vita dignus non fueris, te ad sacerdotii ordinem cunctis venerabilem prorupisse. Quod nos ideo sine ulla hēsitatione credimus, quia^d vitam etatemque tuam non habemus incognitam, ac deinde quia serenissimi domini imperatoris animum non ignoramus, quod se in causis sacerdotalibus miscere non soleat, ne nostris in aliquo peccatis gravetur. Additur inauditum nefas, quod post interdictionem quoque nostram, quę sub excommunicatione tua teque ordinantiumque^e te^f facta est, cęsis presbiteris, diaconibus ceteroque clero manu militari diceris ad medium deductus. Quare nos^g consecrationem nullo modo dicere possumus, quę ab excommunicatis est hominibus cęlebrata. Quia igitur sine ullius exempli forma^h violasti talem tantamque sacerdotii dignitatem, precipimus ut, usque dum dominicis vel responsalis nostri cognoverimus apicibus, quod non presumpticia, sed vera fueris iussione ordinatus, nullatenus tu ordinatorumque tui attrectare quicquam presumatis sacerdotalis officii nec usque ad rescriptum nostrum ad cultum vos sacri altaris accedere. Quodsi contra hec agere presumpseritis, anathema vobis sit a Deo et a beato Petro apostolorum principe, ut contemplatione iudicii vestri ceteris quoque catholicis ecclesiisⁱ ultionis vestrę prebeat exemplum.

a) Maximino *RV*.

b)-b) *fehlt K*; In libro IIII. cap. XX. *CV*; In libro IIII. epist. XX. *R*.

c) *korr. M*.

d) *folgt Rasur M*.

e) ordinantium *C*.

f) *fehlt C*.

g) *korr. aus non M*.

h) formam *M*.

i) *fehlt K*.

7. Idem papa Mariniano episcopo Ravenne. In^a epistola LII.^b lib. VIII.^a

Excellentissimi filii mei Calinici^c exarchi assidue et importune pro persona Maximi scripta suscepi. Cuius importunitate victus nichil habui, quod amplius facere debuissim, nisi ut eiusdem Maximi causam tue fraternitati^d committerem. Si igitur ad fraternitatem^e venerit isdem Maximus, deducatur et Honoratus eiusdem ecclesie archidiaconus, ut cognoscat sanctitas tua, si recte ordinatus est, in symoniaca heresi lapsus non est, si ei de criminibus corporalibus nichil obviat, si se non cognovit excommunicatum, quando missas facere presumpsit, et quicquid sub timore Dei tibi^f visum fuerit, decerne, ut nos dispositioni tue consensum Deo auctore prebeamus. Si autem tuam fraternitatem suspectam predictus filius noster habuerit, etiam reverentissimus vir frater noster Constantius Mediolanensis episcopus Ravennam veniat tecumque resideat, et de eadem causa pariter decernite, et quod utrisque vobis placuerit, mihi placitum esse certum tenete.

a)-a) *fehlt K.*

b) *folgt in CV.*

c) *calicini R.*

d) *korr. aus fraternitate MC.*

e) *folgt tuam CRV.*

f) *fehlt M.*

8. Idem papa eidem. In^a epistola LXX^b lib. VIII.^a

Quę de causa Maximi sint^c agenda, ex epistolis, quas ad vos ante^d transmisimus, agnovistis. Sed quia, qualis hac de re fraternitatis tuę voluntas sit ac magis petitio, presentium latore Castorio cartulario nostro renuntiante cognovimus, ideoque si isdem Maximus coram vobis et predicto cartulario nostro de symoniaca heresi prestito se sacramento purgaverit atque de aliis ante corpus sancti Apollenaris, sicut scripsimus, tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius fraternitatis vestrę de eo, quod excommunicatus missarum sollempnia agere presumpsit^e, iudicio^f committimus, qua debeat pęnitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis secundum Deum placet, securi disponite nec aliquod de nobis dubium habeatis.

a)-a) *fehlt K.*

b) LX R; *korr. aus LX V.*

c) sunt C.

d) *fehlt M.*

e) presumpserit C.

f) *folgt vestro RV.*

9. Ex registro Gregorii pape in fine octavi libri.

Levatus est Maximus presumtor in Dalmatia contra votum domni pape Gregorii a militibus per indictionem XI et in contumacia vel presumptione fuit annis VII. Post hæc post castigationem et flagella Gregorii pape egressus de Dalmatia venit Ravennam ad Marinianum archiepiscopum et iactavit se extensum intra civitatem in media silice, clamans et dicens: Peccavi Deo et beatissimo pape Gregorio. Et acta penitentia tribus horis, tunc cucurrit exarchus Calinicus ecclesie Romanæ cum archiepiscopo Mariniano, et levatus cepit ampliorem penitentiam coram eis agere. Tunc duxit eum ad sanctum corpus beati Apollenaris et iuravit de omnibus, que adversus eum dicta de mulieribus, vel scismate symoniaci fuerant, mundum se esse. Tunc revertens Castorius adduxit secum diaconem eiusdem Maximi nomine Stephanum, referens omnia, que a Maximo facta essent. Tunc motus ad misericordiam beatissimus papa Gregorius direxit pallium ad confirmationem^a eiusdem episcopi VIII kal. septemb. indictione II.

a) *folgt getilgt ep M.*

10. Gregorius VII. papa.

Ordinationes eorum, quæ^a ab excommunicatis sunt^b, sanctorum patrum sequentes vestigia irritas fieri censuimus.

a) qui *K*; *korr. aus* qui *R*.

b) *korr. in* fiunt *R*.

11. Idem papa.

Ordinationes, quę interveniente pretio vel precibus vel obsequio alicui personę ea intentione impenso vel quę non communi^a consensu cleri et populi secundum canonicas sanctiones fiunt et ab his, ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, esse irritas diiudicamus, quoniam qui taliter ordinantur, non per hostium, id est Christum, inrant, sed ut ipsa veritas testatur, fures sunt et latrones.

a) *fehlt M.*

XXXVIII.^a De numero^b diaconorum et^c dignitate^c et reverentia ad sacerdotes.

1. Evaristus omnibus episcopis.

Diaconi, qui quasi oculi videntur esse episcopi, in unaquaque civitate VII debent esse, qui custodiant episcopum predicantem, ne ipse aut ab insidiatoribus, quoquomodo infestetur aut ledatur a^d suis aut verba divina detrahendo aut insidiando polluantur^e vel despiciantur^f, sed veritas spirituali redolet fervore, pax predicata labiis cum voluntate animi concordet.

a) *Zahl fehlt, Titel erst vor II 38,2 K; ganzer Titel fehlt M.*

b) *dignitate K.*

c) *fehlt K.*

d) *de M.*

e) *polluantur CRV.*

f) *despiciantur CRV.*

2.^a Ieronimus ad Rusticum Narbonensem episcopum.

Diaconi sunt, quos in apocalipsi legis^b, VII angeli ecclesiarum. Hi sunt VII candelabra aurea, hi voces tonitruorum, virtutum operatione preclari, humilitate preclari, quieti, humiles, evangelizantes pacem, annunciantes bona, dissentientes^c et rixas et scandala resecantes, soli Deo colloquentes in templo, nichil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri et matri: 'non novi vos', et filios suos non agnoscentes. Sine his sacerdos nomen habet, officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est: Maior est qui ministrat, quam cui ministratur. Et sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est. Etiam sacerdotibus propter presumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis^d traditus fuerit a diaconibus^e, ita enim Deus noster omnipotens universa disposuit, ut qui maiorem se crediderit, minor esset, et qui videretur minor, maior existeret. Denique quam hoc verum sit, ipse perpende. Levite^f inferunt oblationes in altario, levite^f componunt mensam Domini, levite^f sacerdotibus, cum sacramenta benedicuntur, assistunt, levite^f ante sacerdotes orant, ut si distinctio locorum creditur in mundo, etiam in altari Dei videant sibi^g episcopi^g, qui superbi sunt, diacones anteponi; si humilitatem diligunt, maiores se esse in eo, quod sunt humiles, recognoscant. Tunc deinde, ut aures habeamus, ad Deum diaconus clamat, ipse predicat, ipse hortatur, ipse commonet astantibus sacerdotibus. Nec^h leviter hanc vocem, que loquitur et pacem annuntiat, aut neglegenter aspicias. Sufficit huic ordini tantum per Dominum fuisse concessum, ut non solusⁱ sacerdos in templo Dei totum agere et implere videatur.

a) *davor Titel 38 K.*

b) *legimus CRV.*

c) *disseminantes RV.*

d) *ei M.*

e) *diaconis KR; diacone V.*

f) *offerunt C.*

g) *episcopi sibi C.*

h) *Hec M.*

i) *korr. aus solum MK.*

3. Niceni concilii cap. XVIII.

In sua diaconi^a mensura permaneant, scientes quod episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbiteris habeantur. Per ordinem ergo post presbiteros gratiam sacre communionis accipiant, aut episcopo eis aut presbitero porrigente. Sed nec sedere in medio presbiterorum diaconis^b liceat, quia si hoc fiat, preter regulam probatur existere. Si quis autem etiam post has diffinitiones obēdire noluerit, a ministerio cessare debet.

a) diacones *C*.

b) diacones *M*; diaconibus *CRV*.

4. Concilio Laudicensi.

Quod non oporteat diaconum coram presbitero sedere, sed iussione presbiteri sedeat. Similiter diaconi^a honorem habeant a sequentibus, id est subdiaconis et omnibus clericis.

a) diacones C.

5. Concilium Cartaginense, cui interfuit per vicarios suos papa Zosimus.

Diaconi ita se presbiteri sicut episcopi ministros esse cognoscant. Item ibidem. Ut diaconus^a presente presbitero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. Item in eodem. Ut diaconus iubente presbitero loco sedeat quolibet. Item. Ut diaconus in conventu presbiterorum interrogatus loquatur. Item^b. Ut diaconus tempore tantum oblationis et lectionis alba utatur.

a) diaconi *CRV*.

b) *fehlt, Absatz R*.

6. <Ex^a epistola Ieronimi ad Evangelum^b presbiterum^c.>

In ecclesia etiam Romę presbiteri sedent et stant diaconi. Et infra. Qui provehitur, a minori ad maius provehitur. Aut igitur ex presbitero ordinetur diaconus, ut presbitero maior comprobetur, in quem crescit ex parvo, aut si ex diacono ordinatur presbiter, noverit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem.

- a) *Inskription fehlt MK.*
- b) *evangelium C.*
- c) *fehlt C.*

XXXIX.^a Quod in initio idem fuerit presbiter qui^b episcopus, et de presbiteratus dignitate.

1. Ex epistola Ieronimi ad Evangelum^c presbiterum.

Legimus in Esaya: 'Fatuus fatua loquitur'. Audio quendam^d in tantam^e erupisse vecordiam, ut diaconos presbiteris, id est episcopis anteferret^f. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbiteros quos episcopos, quid patitur mensarum^g et viduarum minister, ut super eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur^h? Queris auctoritatem? Audi testimonium. 'Paulus et Timotheus serviⁱ Christi Iesu omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt in Philippis, cum episcopis et diaconis^j'. Vis et aliud exemplum? In actibus apostolorum ad unius ecclesie sacerdotes ita Paulus loquitur: 'Attendite vobis et cuncto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam Domini, quam acquisivit sanguine suo.' Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi et aliud^k testimonium, in quo manifestissime comprobatur eundem esse episcopum atque presbiterum. Propter hoc reliqui te Crete, ut que deerant, corrigeres et constitueres per civitates presbiteros, sicut ego tibi mandavi. Si quis^l est^l sine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum^m sine crimine esse quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheum: 'Noli neglegere gratiam, que tibiⁿ data est, prophetie^o per impositionem manum presbiterii.' Sed et Paulus^p in epistola: 'Presbiteros, inquit, in vobis^q precor compresbiter et testis passionum Christi et future glorie, que revelanda est, particeps regere^r gregem Christi et inspicere^s non ex necessitate, sed voluntarie iuxta Deum.' Quod quidem Grece significantius dicitur: ENICRONEYONTEC. Unde et nomen episcopi tractum est. Parva tibi videntur tantorum^t testimonia? Clangat tuba evangelica. Filius Tonitruum, quem Iesus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluentia potavit. 'Presbiter electe domine et filiis eius, quos ego diligo in veritate.' Et^u in alia epistola: Presbitero^v Gaio karissimo, quem ego diligo in veritate^u. Quod autem postea unus electus est, qui ceteris preponeretur in chrisma, hoc remedio factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandrie a Marcho evangelista usque ad Heraclium et Dionisium episcopos presbiteri semper unum de se electum et in excelsiori gradu collocatum episcopum nominabant. Quomodo si exercitus imperatorem^w faciat, aut diaconi eligant de se, quem industrem invenerint, et archidiaconem vocent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbiter non faciat? Nec altera Romanę urbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est, et Gallie et Britannia et Africa et Persis et omnes barbære nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas queritur urbis, orbis maior est urbe. Ubicumque fuerit episcopus, sive Romę sive Egubii^x sive Constantinopolim sive Regii sive Alexandrie sive^y Thanis^y, eiusdem meriti, eiusdem est^z sacerdotii. Potentia^a divitiarum^b et paupertatis humilitas vel sublimiorum vel inferiorem episcopum facit.

a) XXXVIII M; Zahl fehlt K.

b) et C.

c) evangelium MC.

d) quedam MK.

e) tanta M.

f) anteferri M.

g) mensuram K.

h) perficitur M.

i) servus K.

j) diaconibus K.

k) alium M.

l) quidem RV.

m) erst hinter esse CV.

n) fehlt M.

o) korr. in tibi M.

- p) Petrus *KRV*.
- q) verbis *K*.
- r) pascite, qui (*nachgetragen R.*) in vobis est *CRV*.
- s) inspicite *CRV*.
- t) *fehlt RV*.
- u)-u) *fehlt K*.
- v) Presbiter *M*.
- w) imperatorum *M*.
- x) *folgt* sive Thanis *K*.
- y) *fehlt hier K*.
- z) *fehlt M*.
- a') Penitentia *MK*.
- b') divinarum *M*.

2. Idem^a super epistolam ad^b Titum.^b

Idem est episcopus qui et presbiter, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent et diceretur in populis: 'Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephē', communi consilio presbiterorum ecclesię regebantur. Postquam autem unusquisque eos, quos baptizaverat, suos esse putabat, non^c Christi, in toto orbe decretum est, ut tunc de presbiteris^b superponeretur ceteris, ad quem omnis cura ecclesię pertineret et scismatum semina tollerentur.

Explicit^c liber II.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *fehlt C.*
- c) *fehlt MK.*
- d) *folgt frater C.*
- e) *Unterschrift fehlt KR.*

Incipit liber^a III.^a

I.^b Quid sit ecclesia^c quidve sit^d basilica^e.

1. Iulius^f papa^f.

Ecclesia grecum est, quod in latinum vertitur convocatio, propter quod omnes ad se vocet. Catholica, id est universalis ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta vel quoniam catholica, hoc est generalis in eadem doctrina est ad instructionem.

a) liber *fehlt M*; tercius liber *R*.

b) *Zahl fehlt KV*.

c) basilica *C*.

d) *fehlt KV*.

e) ecclesia *C*.

f) *fehlt K*.

2. Isydorus^a.

ΒΑΣΥΛΩΝ Grecorum rex erat. Hinc et basilica regalis, quia in primis temporibus reges tantum sepeliebantur in ea. Ideo hoc nomen sortita est. Nam tunc temporis ceteri homines sive igni combusti sive acervo lapidum sepulti sunt.

a) *fehlt K.*

II.^a De institutione ecclesiarum et monasteriorum.

1. Ex^b concilio Calcedonensi^c IIII.^d

Qui vere et sincere singularem secantur vitam, competenter honorentur. Quoniam vero quidam utentes habitu monachi ecclesiastica negotia civiliaque conturbant circumeuntes indifferenter urbes necnon et monasteria sibi instituere^e temptantes, placuit nullum quidem usquam edificare aut construere monasterium vel oratorii domum preter conscientiam civitatis episcopi. Monachos vero per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio^f et^f orationi^f in locis, quibus renunciaverunt seculo, permanentes. Nec ecclesiasticis vero nec secularibus negotiis communicent vel in aliquo sint molesti propria monasteria^g deserentes, nisi forte his precipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. Nullum vero recipere in monasteriis servum obtentu monachi preter sui domini conscientiam. Transgredientem vero hanc definitionem nostram excommunicatum esse cognovimus, ne nomen Dei^h blasphemetur. Verumtamen episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

a) *Zahl fehlt MKR.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) *korr. aus calcedonense M.*

d) *fehlt CV.*

e) *constituere CV.*

f) *orationi et ieiunio CV.*

g) *folgt nachgetragen non K.*

h) *Christi K.*

2. Ex^a concilio Aureliano.

Nemo ecclesiam edificet, antequam civitatis episcopus veniat et ibidem crucem figat publicę et atrium designet. Et ante preficiat, qui edificare vult, quod ad luminaria et ad custodiam et stipendia custodum sufficiat, et ostensa donatione sic domum^b edificet, et postquam consecrata fuerit, atrium eiusdem ecclesię sancta aqua conspergat.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *korr. in demum C.*

3. Ex^a eodem^a.

Ut ecclesię antiquitus constitute nec decimis nec ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

a) *fehlt K.*

4. Ex^a concilio Vvormatiensi^b.

Quicumque voluerit in sua proprietate ecclesiam edificare et consensum et voluntatem episcopi habebit^c, in cuius parroechia fuerit, licitum sit. Verumtamen omnino providendum est episcopo, ut alię ecclesię antiquiores propter novas suam iusticiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persolvantur.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *vvarinaciensi C; vuarmaciensi RV.*
- c) *korr. in habuerit M.*

5. Ex^a concilio Agathensi.

Monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare presumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi et testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus nec in parroecchiis ordinentur. Monachum, nisi^b abbatis sui aut^c permissu aut^d voluntate, ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere presumat, sed ubicumque fuerit, abbati suo canonum auctoritate revocetur. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinare, cum consensu et voluntate abbatis presumat episcopus.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *korr. in sine M.*

c) *getilgt M.*

d) *nachgetragen M.*

6. Gregorius Gratoso^a subdiacono. In epistola XVII.^b lib. III.^a

Presenti auctoritate precipimus tibi, quatenus domum positam in hac urbe regione quarta iuxta locum qui appellatur Gallinas albas vel ortum iuris sanctę Romanę^c, cui Deo^d auctore^e presidemus, ęcclesię, in qua Campana quondam patricia mansisse dignoscitur, simul et ortum atque hospicium, quę intra eandem domum ianua concludit, Flore abbatisse tradere debeas proprietatis iure proculdubio possidendam^f. In qua domo monasterium, ubi cum omni congregatione sua habitare possit, Christoque adiuvante construere, ut tam ipsa, quam quę in eius honore locoque successerit, predictam domum et ortum cum omnibus ad se pertinentibus, sicut diximus, quieto et inconcusso iurę a nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

a)-a) *fehlt K.*

b) *XVIII C.*

c) *folgt nachgetragen ecclesie R.*

d) *dei K.*

e) *auctoritate MK.*

f) *possidenda M.*

7. Ex^a concilio Toletano VIII.

Quisquis episcoporum in parroechia sua monasterium construere forte voluerit et hoc ex rebus ecclesie, cui presidet, ditare decreverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debet. Aecclesiam vero, que monasticis non infirmabitur regulis aut quam suis munificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census aecclesiae, cui presidet, ibidem conferre licebit.

a) *Inskription fehlt K.*

8. Gregorius Vitali defensori Sardinie. In^a epistola LXXIII lib. VIII.^a

Cognovimus quod monasteria servorum Dei vel etiam feminarum pro suo quisque libitu^b et diversarum causarum executione perturbent. Quod omnino non grate suscepimus tuamque ex hoc experientiam commonemus, nequaquam^c hoc usurpare denuo accepta nostra auctoritate permittas, sed episcopo loci illius, sub cuius degunt moderamine, cure sit causas utilitatesque disponere. Valde enim incongruum est, ut omisso eo alius quilibet illorum se causis admisceat, sed illorum^d vitam competenti regularique debet moderatione disponere, qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem.

a)-a) *fehlt K.*

b) habitu *K.*

c) ne quemquam *CR.*

d) ille eorum *CRV.*

III.^a De fundatoribus ecclesiarum.

1. Ex^b concilio Toletano VIII.^c

Decernimus ut, quamdiu fundatores ecclesiarum in hac vita superstites^d extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam et sollicitudinem ferre precipuam atque rectores idoneos in eisdem basilicis idem ipsi offerant episcopo ordinandos. Quodsi tales forsitan non inveniuntur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat cum eorum conviventia^e servituros. Quodsi spretis eisdem fundatoribus rectores ibidem presumpserit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam noverit^f esse et ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos idem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) *fehlt RV.*

d) *superstes M.*

e) *korr. in concientia C; coniventia R; convenientia V.*

f) *folgt getilgt noverit M.*

IV.^a De consecratione ecclesiarum.

1. Evaristus.

Omnes basilice cum missa debent semper^b consecrari^b.

a) *Zahl fehlt K.*

b) consecrari semper *CV.*

2. Gelasius omnibus episcopis.

Basilicas noviter^a institutas non petitis ex more sedis apostolicę preceptionibus dedicare nemo audeat, nec ambient sibi met episcopi vindicare clericos potestatis alienę.

a) noverit *M.*

3. Iohannes papa.

Ecclesias Arrianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus et operibus^a absque ulla mora consecrate, sicut et nos fecimus, cum pro causa Theoderici regis Constantinopolim fuissetis.

a) peribus *M*.

4. Gregorius in dialogo.

Arrianorum ecclesia in regione urbis huius, quę Subura^a dicitur, cum clausa usque biennium^b permansisset, placuit ut in^c fide catholica introductis illic beati Sebastiani et sanctę Agathe martyris reliquiis dedicari debuisset. Quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes et omnipotenti Deo laudes canentes eandem ecclesiam ingressi sumus, cumque in ea missarum sollempnia celebrarentur et post^d eiusdem loci angustias^e populus et turba se comprimeret, quidam ex his, qui extra sacrarium stabant, porcum^f intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum unusquisque sentiret et iuxta se stantibus indicaret, hisdem porcus ianuas ecclesię petiit et omnes, per quos transiit, in admirationem^g commovit. Sed videri nichil potuit, quamvis sentiri potuisset. Quod iccirco divina pietas ostendit, ut^h cunctis patesceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peractaⁱ itaque missarum sollempnia^j recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem^k ecclesię tectis strepitus factus est, acsi in ea aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte gravior sonitus excrevit, cum subito tanto terrore insonuit, acsi omnis ecclesia illa a fundamentis fuisset eversa. Et protinus recessit ac nulla illic ulterius inquietudo antiqui hostis apparuit. Sed per terroris sonitum, quem fecit, innotuit a loco, quem diu tenuerat, quam coactus exiebat^l. Post paucos autem dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem ecclesię nubes cęlitus descendit suoque illud velamine operuit omnemque ecclesiam tanto terrore^m ac suavitatis odore replevit, ut patentibus ianuis nullus illicⁿ presumeret intrare et sacerdos atque custodes vel hii, qui ad cęlebranda missarum sollempnia venerant, rem videbant, ingredi minime poterant et suavitatem mirifici hodoris trahebant. Die vero alio, cum in ea lampades sine lumine^o dependerent, emissio divinitus lumine^o sunt accense^o atque post paucos iterum dies cum expletis missarum sollempniis, extinctis lampadibus custos ex eadem ecclesia egressus fuisset, post paululum intravit et lampadas, quas^o extinxerat, lucentes repperit. Quas negligenter extinxisse se credit atque eas iam sollicitius extinxit. Qui exiens ecclesiam clausit^p, sed post orarum spatium regressus, lucentes lampadas, quas extinxerat invenit, ut videlicet ex ipso lumine^o aperte claresceret^q, quia locus ille de tenebris ad lucem venisset.

- a) sub uŕa *M*.
- b) beniamin *M*.
- c) *fehlt CRV*.
- d) *pre CRV*.
- e) angustiis *CRV*.
- f) *folgt subito C*.
- g) admiratione *RV*.
- h) *et M; ut et CRV*.
- i) *Peractis K; Post peracta CRV*.
- j) sollempniis *K*.
- k) *eisdem K*.
- l) *exibat CRV*.
- m) *tempore M*.
- n) *hic M*.
- o) *quam M*.
- p) *clausam MR; korr. aus clausam V*.
- q) *clarescerent M*.

5. Ex^a concilio Toletano.

Multi contra canonum constituta sic ecclesias, quas edificaverint^b, postulant consecrari, ut dotem, quam ecclesie contulerunt, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum et^c in preteritum displicet et in futuro prohibetur, sed omnia secundum consuetudinem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *hedificaverant C.*
- c) *etiam C.*

6. Ex^a concilio Agathensi.

Altaria vero placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

a) *Inskription fehlt K.*

7. Clemens.

Ecclesias per congrua et utilia facite loca. Quę divinis precibus sacrari^a oportet, et in singulis sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet et non a quoquam gravari.

a) sacrare *M.*

8. Gregorius.

Comperimus nullam extitisse causam, pro qua res eorum potuissent rationabiliter occupari, atque eas esse inconsulte ac temere consecratas. Iccirco experientię tuę precipimus, ut quia, quod semel consecratum est, eis non valet ultra restitui, sed studiū^a tui sit, ut ipse episcopus debeat pretium dare.

a) studui *M*.

9. Gregorius papa Maximo Salonitano inter cetera.

Nos nullo modo consecrationem dicere possumus, quę ab excommunicatis est celebrata.

V.^a De ecclesiis reconsecrandis^b.

1. Yginus^c papa^c.

Si motum fuerit altare, denuo consecratur ecclesia. Si parietes mutantur et non altare, salibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio fuerit violata, diligentissime expurgetur et denuo consecratur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) resecrandis *M*; reconciliandis [recontiliandis] *C*; resacrandis *R*; iterum consecrandis *V*.

c) *fehlt K.*

2. Felix papa.

De ecclesiarum consecrationibus quotiens dubitatur et nec certa scriptura nec testes^a existunt, a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse sacrandas, ne^b talis trepidatio faciat deteriorationem, quoniam non monstratur^c esse iteratum, quod nescitur factum.

- a) testis *C*.
- b) nec *C*.
- c) monstatur *M*.

VI.^a De restauratione^b ecclesiarum.

1. Yginus^c papa^c.

Ut ecclesię destructę, ubi aut plures sunt quam necesse sit aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possunt, episcopi providentia modus inveniatur, qualiter consistere^d possint.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *restorationibus CRV.*

c) *erst vor III 6,2 K; außerdem In ep. [epta C.] VI. CV; fehlt R.*

d) *resistere K.*

2. Gregorius^a in registro Bacaude^b episcopo Formiensi. Epistola VIII. lib.^c primi^c.

Et temporalis necessitas nos perurget^d et imminutio exigit personarum, ut destitutis ecclesiis salubri ac provida^e debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniam^f ecclesiam Miturnensem^g funditus tam cleri quam plebis destitutam desolatione cognovimus, tuamque pro ea petitionem, quatenus Formiane ecclesie, in qua corpus beati Erasmi martyris requiescit cuique fraternitas tua presidet, adiungi debeat, piam esse ac iustissimam providentes, necessarium^h duximus consulentes tam desolationi loci illius quam tuę ecclesie paupertati redditus supradicte ecclesie Miturnensisⁱ, vel quicquid ei antiquo modernoque iure vel privilegio potuit potestve qualibet ratione competere, ad tuę ecclesie ius potestatemque hac^j precepti nostri auctoritate concedimus, ut a presenti tempore sicuti ex propria quippe ecclesia debeas cogitare eique competentia tua provisione disponere, quatenus deinceps, quod perire nuncusque potuit, pauperum ecclesie tuę utilitatibus clerique^k proficiat.

a) *Inskription fehlt, stattdessen hier Yginus papa (s. III 6,1) K.*

b) *bacando CRV.*

c) *fehlt R.*

d) *perurget MV.*

e) *folgt Rasur M.*

f) *quomodo MRV.*

g) *minturnensem KV; miturenensem C; mintursensem R.*

h) *folgt esse CV.*

i) *minturnensis K; mirturnensis C; mirtunensis R; mirturiensis V.*

j) *ac M; korr. aus ac C.*

k) *plerique K.*

3. Vigilius^a papa^a.

De fabrica vero cuiuslibet ecclesie, si dirupta^b fuerit, instauranda, etsi in eo loco consecrationis sollempnitas debeat iterari, in quo sanctuaria^c non fuerint, nichil iudicamus officere, si per eam minima aqua exorcizata iactetur, quia consecrationem cuiuslibet ecclesie, in qua spiritus sancti ara componitur, celebritatem tantum scimus esse missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit^d innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea missarum fuerit celebrata sollempnitas, totius sanctificatio consecrationis implebitur. Si vero sanctuaria, que habebat, ablata sunt, rursus eorum repositione et missarum sollempnitate reverentiam sanctificationis accipiat.

a) *fehlt K.*

b) *diruta M; disrupta C.*

c) *folgt nachgetragen ablata C.*

d) *fuerint K; fuisset C.*

VII.^a De imaginibus et picturis ecclesiarum.

1. Ex^b pontificali^b.

Gregorius natione^c Syrus ex patre Iohanne natus fidei ardore accensus synodali decreto cum sacerdotali conventu coram sacrosancta confessione sanctissimi corporis Petri apostoli, residentibus cum eodem summo et venerabili papa archiepiscopis, id est Antonino Gradensi archiepiscopo, Iohanne archiepiscopo Ravennę cum ceteris episcopis istius Sperie^d partis seu presbiteris sanctę apostolicę sedis, astantibus diaconibus et cuncto clero, nobilibus etiam consulibus reliquisque christianis pluribus, statuit ut, si quis deinceps antique consuetudinis apostolicę ecclesię tenentes^e fidelem usum contempnens adversus venerationem sacrarum imaginum, videlicet Dei et domini nostri Iesu Christi et genitricis eius Marię, beatorum apostolorum et omnium sanctorum, depositor atque destructor et prophanator vel blasphemus extiterit, sit exterus^f a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi et totius ecclesię unitate atque compage. Quod^g et subscriptione sua sollempniter firmaverunt et inter cetera instituta probabilium precessorum^h orthodoxorum pontificum anathema sanxerunt.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *fehlt K.*

c) *natus M.*

d) *esperie C; korr. in esperie V.*

e) *tenentem M.*

f) *extorris C; exterius R; externus V.*

g) *korr. in Qui R.*

h) *predecessorum MC.*

2. Ambrosius^a in sermone de inventione^b.

Sapienter^c Helena^d, quę crucem in capite regum locavit, ut Christi crux in regibus adhoretur; non insolentia ista, sed pietas est, cum defertur sacrę redemptioni.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *folgt crucis RV.*
- c) *folgt egit C.*
- d) *folgt nachgetragen fecit R.*

3. Gregorius Sereno episcopo Massiliensi. In^a epistola VIII in^b lib. XI.^a

Perlatum siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris^c. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Si non aliud, vel illud te debuit revocare, ut despectis aliis fratribus non solum te sanctum et esse credideris sapientem. Aliud est enim, picturam adorare, aliud per picturę hystoriam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis prestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt.

a)-a) *fehlt K.*

b) *fehlt M.*

c) *confregisses C.*

<3a.^a In septima actione secundi Niceni concilii.

Basilius Ancirę ex professione sua sic legit: Christianorum calumpniatoribus, id est ymaginum confractoribus anathema. His qui assumunt eloquia, quę divina scriptura adversus ydola proferuntur, in venerabiles yconas, anathema. His^b qui non salutant sanctas et venerabiles ymagines, anathema^b. His qui appellant sacras yconas simulacra, anathema. Et infra: His^c qui communicant scienter eis, qui conviciantur et exhonorant venerabiles yconas, anathema. Item infra: Si^d vero, quod absit, ex diabolica submissione aliquo tempore voluntarie vel non voluntarie adversus^e fuero ab istis, quę iam professus sum, anathema sim a patre et filio et spiritu sancto atque catholica ecclesia seu sacro ordine penitus alienus.>

a) *dies Kapitel am Rand M; fehlt K.*

b)-b) *dieser Satz erst hinter dem nächstfolgenden C; fehlt V.*

c) *Absatz R.*

d) *Absatz R.*

e) *aversus R; ausus V.*

VIII.^a An loca vel honores sanctorum retinentibus aliquid addant.

1. Gregorius Anastasio presbitero.

Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed et nos aut merita bona coniungunt aut mala disiungunt.

a) *Zahl fehlt K.*

2. Idem.

Nos qui presumus, non ex locorum nec generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus nec urbium claritate, sed fidei puritate.

3. Symachus.

Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a Domino cum^a sedis^b privilegiis^b vel successores eius peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perhennem^c meritorum dotem cum hereditate innocentiae misit ad posteros. Quod illi concessum est per actuum^d lucem^e, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse^f dubitet^f, quem apex^g tantę^g dignitatis^h attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quę a lociⁱ decessore prestantur. Aut enim claros ad hec fastigia^j erigit, aut qui eriguntur, illustrat.

a) *nachgetragen* cum *M*; *fehlt* *C*.

b) *fehlt* *C*.

c) *perhenne* *M*.

d) *actum* *C*.

e) *lucere* *MC*; *korr. aus* *licere* *C*.

f) *dubitet esse* *CV*.

g) *expectata* *RV*.

h) *dignitas* *RV*.

i) *luci* *MK*; *lucis* *RV*.

j) *fastitigia* *M*.

4. Ieronimus^a.

Non facile est stare in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur: non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera sanctorum.

a) *fehlt K.*

IX.^a De corpore Domini sacrorumque custodia.

1. Julius^b papa^b.

Illud vero, quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam^c populis, nec hoc prolatum ex evangelio receperunt testimonium, ubi apostolis corpus suum et sanguinem commendavit. Seorsum enim panis et seorsum calicem^d commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum prebuisse non legimus, excepto illi tantum discipulo, quem intincta bucella magistri proditorem ostenderet, non quę sacramenti huius institutionem signaret.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt K.*

c) *nachgetragen M.*

d) *calicis CRV.*

2. Paschasius^a ad Placidium cap. XII.

Vere credere et indubitanter scire debemus infra catholicam ecclesiam, ubi catholica fide hoc ministerium^b celebratur, nichil a bono maius nichilque a malo minus percipitur sacerdote nichilque aliud quam caro Christi et sanguis percipitur, dum catholice consecratur, quia non in merito consecratis, sed in verbo efficitur creatoris et in virtute spiritus sancti, ut caro Christi et sanguis non alia, quam que de spiritu sancto creata est, vera fide credatur et spirituali intelligentia degustetur. Si enim in merito esset sacerdotis, non ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc suam efficit carnem et^c transfundit^d sanguinem. Quis enim alius in utero creare potuit, ut verbum caro fieret? Sic itaque in hoc misterio credendum est, quod eadem virtute spiritus sancti per verbum Christi caro ipsius et sanguis efficiatur invisibili^e operatione. Unde et sacerdotes^f: Iube hæc perferri^g per manus^h angeli tui, et cetera. Ut quid perferenda ea deposcit, nisi ut intelligatur, quod in eius sacerdotio ista fiant? Et infra: Non ab alio aliquo recte percipitur, quod proprium Christi est, sed ab ipso summo pontifice. Neque ab alio caro eius creatur et sanguis, nisi a quo creata est in utero virginis, ut verbum caro fieret. Verbo enim patris dictum est: Crescite et multiplicamini. Et ecce adhuc hodie ex eo cuncta creantur animantia, non nova, sed ex eodem semine. Ita et caro Christi eodem verbo fit caro, quia verbum caro factum estⁱ et habitavit in nobis. Et infra: Propter quod, homo, si adtendis sacerdotem, attende Christum, verbum patris, quod caro factum est et quod semel factum est, cotidie fieri non dubites. Dum per hoc caro eius et sanguis cibus noster efficitur, ut et nos corpus Christi simus. Unde sacerdos non ex se dicit, quod ipse creator corporis et sanguinis esse possit, quia si hoc posset, quod absurdum est, creator creatoris fieret, sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus. Rogamus, ut^j hanc oblationem benedictam, per quam nos benedicamur, ascriptam, per quam nos omnes in celo conscribamur, ratam, per quam in visceribus Christi censeamur, rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur, acceptabilemque facere digneris, quatenus et nos per hoc, quia in nobis displicuimus, acceptabiles in tuo unico filio simus.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *korr. in misterium M; mysterium K.*
- c) *folgt nachgetragen vinum R.*
- d) *transformat K; folgt in C; nachgetragen in R.*
- e) *nachgetragen -li M.*
- f) *korr. in sacerdos M.*
- g) *fieri K.*
- h) *folgt s(ancti) M.*
- i) *nachgetragen M.*
- j) *ait M.*

3. Iohannes^a Crisostomus in sermone.

Iam nos ad terribilem mensam cum debita reverentia, cum congrua vigilantia oportuno tempore invitat. Nullus ibi Iudas repperiatur, nullus malignus accedat, nullus veneno pungatur nec fucata^b verba lingua proferat nec insidię mente condantur^c, sed quod voluntas possidet, sermo declaret. Et nunc ille presto est Christus, qui illam ornat mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita corpus facit et sanguinem, sed ille, qui crucifixus est, Christus. Ore sacerdotis verba proferuntur et Dei virtute consecrantur et gratia. Hoc est, ait, corpus meum. Hoc verbo proposita consecrantur, et sicut illa vox quę dixit: Crescite et multiplicamini et complete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura, ita et vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesię usque ad hodiernum^d et usque ad eius adventum prestat sacrificii firmitatem.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *korr. aus fugrata (?) M; fuscata CV; fugata R.*

c) *ēdantur MK; condatur V.*

d) *folgt nachgetragen diem M; folgt diem V.*

4. Pelagius.

Comperimus autem, quod quidam sumpta tantummodo corporis sacra portione a calice sacri cruentis abstineant. Qui^a proculdubio, quoniam nescio qua superstitione docentur abstringi, aut integra sacramenta percipiant aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque ministerii^b sine grandi sacrilegio non potest provenire^c.

- a) *Q M*; Quod *K*.
- b) mysterii *K*.
- c) pervenire *CV*.

5. Idem Iohanni patricio Carbutario inter cetera.

Noli catholicam semper mentem aliqua scismaticorum communionem polluere. Unum Christi corpus, unam constat esse ecclesiam. Divisum^a ab unitate altare^b veritatem Christi corporis non potest^c consecrare. Toleranda sunt in compage corporis positorum etiam illa nonnumquam vitia, quae unitati^d interdum^d parcentes resecare non possumus, quia et evangelicum agricolam minus afferentem fructum palmitem non igni ad comburendum aptum esse non posse eiusdem caelestis magistri veritate didicimus. Noli ergo eorum, qui ignibus apti sunt, non^e consecrationibus, sed^f execrationibus^f consentire, nec existimes illos vel esse vel dici ecclesiam posse.

- a) Divisus *CR*.
- b) altaris *C*; *korr. in altaris R*.
- c) potes *K*.
- d) interdum unitati *CV*.
- e) in *C*.
- f) *fehlt C*.

6. Idem^a papa Viatori et Pancratio.

A^b scismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debetis.

a) *Inskription fehlt K.*

b) *fehlt KV.*

7. Cyprianus Cecilio fratri salutem.

Sic in sanctificando calice Domini offerri sola aqua non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tamen^a quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo. Quando enim utrumque miscetur et adunatione confusa sibi invicem copulatur, tunc sacramentum^b spirituale et celeste perficitur. Sic^c vero calix Domini non est aqua sola et vinum solum, nisi utrumque misceatur, quomodo nec corpus Domini nec^d potest esse sola farina aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit et copulatum et panis unius compage solidatum?

- a) tantum *C*.
- b) sacramenta *M*.
- c) Si *R*.
- d) *getilgt M; fehlt CRV*.

8. Alexander urbis Romę episcopus orthodoxis omnibus.

In sacramentorum oblationibus, quę inter missarum sollempnia Domino offeruntur, panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium^a offerantur. Non enim debet in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in passione sua perfluxisse legitur.

a) sacrificio *M.*

9. Sother papa omnibus episcopis.

Sacratas Deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingere et incensum circa altare audivimus ferre; quę omnia reprehensione et vituperatione plena esse nulli recte sapientium dubium^a est^a. Quapropter huius sanctę sedis auctoritate hec omnia resecare funditus quantotius iubemus et ne pestis hec latius divulgetur, abstergi citissime mandamus.

a) est dubium *R.*

10. Silvester papa omnibus episcopis.

Sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quisquam celebrare, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone munda linea sepultum^a fuit.

a) *davor* vel positum, *dann* vel *und* sepultum *getilgt C.*

11. Ieronimus^a ad Damasum.

Noverit sancta auctoritas tua, papa venerande, quia de questione, quam clientulo tuo proposuisti et congrua responsa per epistolam mandasti, hoc est de panibus a fidelibus altario oblatis, quis illis iure uti debeat, quantum a precipuis ecclesie doctoribus investigare valui, paucis tibi rescribere curavi. Testes^b autem idonei, quos ad hanc rem corroborandam citavi, hii sunt: Gregorius Nazanenus mirabilis doctor, Cyrillus, Athanasius, Theophilus, Anatholius, Iohannes Chrisostomus, Eustasius, Eusebius chronografus et noster Ylarius, qui omnes uno ore eodemque consensu veluti vera spiritus sancti organa anathematis mucrone censent esse feriendos, qui in usus laicorum panes contulerint oblationum, quia omnino solis sacerdotibus debentur, nisi forte religionis gratia laici pro benedictione de manu sacerdotis accipiant. Non solum autem de panibus in ecclesiam oblatis hoc sanxerunt sancti patres nostri, sed de omnibus simul^d, que^d altaribus sacris offeruntur, dicentes atque docentes maximum nefas esse et per omnia diabolica temeritate hoc fieri, ubicumque acciderit, et valde intolerabile esse sancte ecclesie, ut sine vindicta sanctorum canonum remaneat. Unde sanctus Iohannes Chrisostomus in commentariis suis super Matheum evangelistam, ubi discipuli spicas in manibus vellebant sabbato et pharisei reprehendebant, hoc modo scribit: Si, inquit, non licuit David et viris eius adhuc sub umbra legis comedere panes propositionis, qui^e dicebantur^f sancta^g, quando David^h ab Abimelech panes petiit fame instimulante, quomodo nunc coruscanteⁱ evangelio persuadere^j debet laicis, ut oblationem panum Deo oblatores suis usibus rapiant^k? Dicit namque proinde apostolus: Qui altario deserviunt, de altario participantur. Ergo quia sacerdotes pro omnibus orare^l solent^l, quorum helemosinas et oblationes accipiunt, qua fronte presumunt laici oblationes, quas christiani pro peccatis suis offerunt, vel ipsi comedere vel aliis concedere, cum ipsi non debeant pro populo orare? Ob hoc, papa gloriose, mittere te oportet illos presumptores in excommunicationem perpetuam, ut ceteri metum habeant et amplius in ecclesia non fiat. Scias autem, quia a sanctis patribus hii tales anathematizati sunt in Niceno concilio.

- a) *Inskription fehlt K.*
- b) *Absatz R.*
- c) *nisi CV.*
- d) *korr. M.*
- e) *que R; korr. aus que V.*
- f) *disebatur MR.*
- g) *sancti C.*
- h) *fehlt K.*
- i) *coruscanti K.*
- j) *persuaderi C; persua V.*
- k) *rapiantur M.*
- l) *solent orare CV.*

12. Damasus sanctę Romanę ęcclesię antistes omnibus episcopis, presbiteris vel ceteris ordinibus, qui statum sanctę ęcclesię regere videntur, pax^a in Christo.

Quomodo pernitiōsa inolevit consuetudo, ut sacras oblationes, quas fideles christiani pro redemptione animarum suarum infra sanctam ęcclesiam offerre videntur tam de panibus quam de aliis oblationibus, que ad ritum sacerdotalem pertinent, pro quibus sacerdotes die noctuque Dominum exorare videntur pro animabus offerentium, que non pertinent ad usus laicorum nec comedere nec contingere, postquam infra sanctam ecclesiam oblate sunt, nisi tantum ab ipsis sacerdotibus pro benedictione et caritate laicis concedantur, iccirco hanc consuetudinem, que contra sanctam ęcclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdiciamus, ut nullo modo umquam ullo tempore oblationes, que infra sanctam ęcclesiam offeruntur, sub dominio laicorum pertineant, nisi tantummodo sacerdotibus, qui cotidie Domino servire videntur. Illis solis licet comedere et habere, quia in veteri testamento prohibuit dominus panes sanctos comedere filiis Israel nisi tantummodo Aaron et filiis eius. Qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ęcclesia offeruntur, quia illi^b sub umbra legis erant, modo vero sub gratia spiritus sancti toto mundo evangelio coruscante lucidiores esse videntur. Qua fronte aut qua conscientia oblationes vultis auferre, qui vix valetis pro vobis, ne^c non^d pro aliis Deo preces offerre? Quia pravum est et contra dominicum preceptum detrimentum sue anime infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur, quia omnibus sanctis patribus nostrisque prioribus placuit hanc sanctionem fieri et nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus audeat irritum facere hoc constitutum, si in^e perpetua dampnatione noluerit^f persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram^g et contra regulam^g sanctorum CCC^{torumh} patrum, qui in Niceno concilio hoc constitueruntⁱ, temerarius presumptor^j fuerit et ulterius oblationes de sacris ęcclesiis auferre^k molierit^l, sub anathematis vinculo sit colligatus et condempnatus.

- a) pacem *M*.
- b) illis *R*.
- c) *korr. aus nec M; nec K*.
- d) -dum *CRV*.
- e) in *MR*.
- f) voluerit *C*.
- g)-g) *fehlt C; am Rand V*.
- h) preceptorum *RV*.
- i) *folgt* ut qui *K*.
- j) presumptorum *K*.
- k) *fehlt K*.
- l) *korr. in molitus fuerit M; molitus fuerit C*.

13. Xixtus^a.

Cognoscat^b sapientia vestra, fratres carissimi, quod in hac sacra apostolica sede a nobis et reliquis episcopis ceterisque Domini^c sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis quam a sacratis Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, ut sacra Domini vasa, quęcumque sunt, humanis usibus serviant, ut ab aliis quam a Domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus^d presumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo suo et hi, qui^e etiam^e non peccaverunt, mala patiantur aut pereant, quia perit iustus sepissime pro impio. Attendite fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso sanguine Christi redemptus in precipitium, quod absit, ruat.

a) *fehlt K; Sixtus CV; Syxtus R.*

b) *Agnoscat K.*

c) *dominique R.*

d) *korr. aus tali M.*

e) *etiam qui MC; nur qui V.*

14. Gelasius^a.

Nichilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum subisse despectum, ut femine sacris altaribus ministrare firmentur cunctaque non nisi virorum famulatusi deputata sexui, cui non competit, exhibere.

a) *fehlt K.*

15. Idem^a

Usque adeo sane comperimus illicita queque^b prorumpere, ut demonibus similibusque passionibus irretitis misteria sacrosancta tractare tribuatur^c. Et post pauca: Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permisit, quanto magis doni cęlestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente perclusos^d?

a) *fehlt K.*

b) *korr. M.*

c) *tribuantur CV.*

d) *perclusos C.*

X.^a De baptismo et impositione manus.

1. Fabianus papa^b.

Baptismum^c grece, latine tinctio interpretatur. Quod iccirco tinctio interpretatum dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius mutatur et longe aliud, quam erat, efficitur baptizatus in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sicut in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinorum, id est patris et filii et spiritus sancti.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *fehlt K.*

c) Baptismi *K.*

2. Clemens Iulio et Iuliano episcopis.

Regeneratus per aquam postmodum septiformis spiritus gratia ab episcopo confirmetur^a, quia aliter perfectus^b esse^b christianus non poterit nec sedem inter perfectos habere, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit, ut a beato Petro accepimus.

a) *korr. aus* conformetur *M*; conformetur *K*.

b) esse perfectus *CV*.

3.

(2.) Yginus papa.

In cathecumino^a et in baptismo et in confirmatione unus pater potest fieri, si necessitas cogit; non est tamen consuetudo Romana, sed per singula singuli suscipiunt.

a) *korr. in cathecuminio CR.*

4. Victor^a papa^a.

In paschali vero tempore et pentecosten baptisma celebrandum est catholicum, sed tamen si necesse fuerit aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quoquo loco vel momento, ubicumque evenerit, sive in flumine sive in mari sive in fontibus, tantum christianę confessione credulitatis clarificata baptizentur. Ipsi^b quoque^c quod in baptismo polliciti sunt, summopere est adtendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi vero, qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur atque inter fideles minime reputantur.

a) *fehlt K.*

b) *Ipsis M; korr. in Ipsis C.*

c) *queque R.*

5. Urbanus episcopus omnibus christianis.

Omnes fideles per manus impositionem episcoporum post baptismum spiritum sanctum accipere debent, ut pleni christiani inveniatur, quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur.

6. Xixtus^a papa^b.

Perpendant presbiteri, quanti discriminis^c sit animas innocentium per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cęlo super uno peccatore pęnitentiam agente, quid putas, quanta ira et indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam ianuas paradisi innocentibus claudit? Et ideo presbiteri summa diligentia caveant, ne animas, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cęlesti beatitudine separent. Sed si, quod absit, evenerit, gravi pęnitentię cum luctu diebus vitę suę se submittat, per cuius evenerit neglectus.

a) *fehlt K; Sixtus CRV.*

b) *fehlt K.*

c) *discrimini M.*

<6a. Augustinus^a.

Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non potest. Quid est^b enim^b aliud nisi oratio super hominem?>

a) *dieses Kapitel fehlt MK, überliefert CRV; Inskription nur C.*

b) *enim est V.*

7. Melciades episcopus Maximo Benedicto^a Leontio presbiteris.

De hoc, super quo rogastis, id^b est^b utrum maius esset sacramentum manus impositionis episcoporum aut baptismus, scitote utrumque magnum esse sacramentum, et sicut unum a maioribus fit, id^c est^c a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita et maiori veneratione venerandum et tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hec duo sacramenta, ut abinvicem nisi morte^d preveniente nullatenus possint segregari, ut unum sine altero rite perfici non possit. Nam perveniente morte salvare^e sine altero potest^f, aliud autem non potest.

a) *folgt* et *CRV*.

b) Id(em) *MK*.

c) id(em) *MK*.

d) mors *MV*.

e) salvari *K*; *folgt* unum *CRV*.

f) *fehlt* *K*.

8. Eusebius^a papa^b.

Manus quoque impositionis sacramentum magna veneratione^c tenendum est, quod ab aliis perfici non potest aut fieri debet nisi a summis sacerdotibus, nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis^d apostolis legitur aut scitur peractum esse neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab illis, qui eorum locum tenent, umquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum nec inter ecclesiastica umquam reputabitur sacramenta.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt KC.*
- c) *venatione R.*
- d) *illis C.*

9. Innocentius^a Decentio episcopo. <Cap.^b III.^b>

De consignandis infantibus manifestum est non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbiteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificibus solis debetur, ut vel consignent vel paraclitum spiritum tradant. Nam presbiteris seu extra episcopum seu presente episcopo, cum baptismum donant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum paraclitum.

- a) *mit großer Buchinitiale M.*
- b) *nur M.*

10. Anastasius^a papa^a.

Nam^b secundum ecclesie catholice consuetudinem sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acatius vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, nulla eos ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptismum, quod procul sit^c ab ecclesia, sive ab adultero sive a fure fuerit^d datum^d, ad percipientem munus^e pervenit illibatum, quia vox illa, que sonuit per columbam, omnem maculam humane pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: 'Hic est, qui baptizat in spiritu sancto et igne.' Nam si visibilis solis istius radii, cum per loca fetidissima transeunt, nulla contactus inquinatio maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministerii indignitate constringitur. Nam et Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex^f hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: 'Scribe, inquit, et pharisai supra cathedram^g Moysi sedent. Que dicunt, facite, que autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim et non faciunt.' Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum continere^h implendo divinitatis effectum, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat: 'Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat neque qui rigat est aliquid, sed quiⁱ incrementum dat, Deus.' A Deo non queritur^j, quis vel qualis predicet, sed quem predicet, ut invidos etiam bene^k Christum^k predicare confirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, et hoc ipse predicare desinit. Ideo ergo et hic, cuius nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis, perfectionem sue virtutis optinuit. Unde cum sibi sacerdotis nomen vendicaverit condempnatus, in ipsius verticem superbie tumor inflictus est, quia non populus, qui in misteriis^l donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, que peccaverat^m, iusto iudicio proprie culpe erat obnoxia, quod ubique numerosa scripturarum testatur instructio.

- a) *fehlt K.*
- b) *Iam K.*
- c) *fit C.*
- d) *datum fuerit C.*
- e) *non minus C; minus V.*
- f) *et M.*
- g) *cathedra M.*
- h) *continet K.*
- i) *quod M.*
- j) *requiritur K.*
- k) *Christum bene CV.*
- l) *ministeriis KV.*
- m) *peccaverit CV.*

11. Celestinus^a papa^a.

Illud etiam, quod circa baptizandos in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vite adeant, quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat, quod princeps huius mundi mittatur foras.

a) *fehlt K.*

12. Leo episcopus omnibus episcopis.

Hęc duo tempora, pascha videlicet et pentecosten, ad baptismum a Romanis pontificibus legitima sunt prefixa. Si qui autem necessitate mortis urgentur, id^a est^a egritudinis, obsidionis, persecutionis vel naufragii^b, hii omni tempore debent baptizari.

a) id(em) *M.*

b) naufragii *M.*

13. Leo episcopus Nicete Aquilegensis^a episcopo.

Hii, qui baptizantur ab hereticis, cum baptizati antea non fuissent, sola sancti spiritus invocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam servandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel initiatum nulla ratione violetur, dicente apostolo: 'Unus Deus, una fides, unum baptisma.' Cuius ablutio nulla iteratione violanda est, sed ut diximus, sola sanctificatio sancti spiritus invocanda, ut quod ab hereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur.

a) aquilegensis *M*; aquilensi *V*.

14. Idem^a.

Si nulla extant inditia^b inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus hi, de quibus queritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, ut^c renascantur^c, ne manifeste pereant. In quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse, quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt^d recordari. an^e, quod eorum parentibus dabatur, acceperint^f. Sed si hec^g etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod conlatum esse nescitur, quia non temeritas intervenit presumptionis, ubi est diligentia pietatis.

a) *fehlt K.*

b) *iudicia C.*

c) *fehlt R.*

d) *possuntque CRV.*

e) *an(te) M; quod id quoque CRV.*

f) *folgt hinc fortassis conici potest baptismi sacramentum ipsos in ecclesia suscepisse CRV.*

g) *hoc R.*

15. Leo papa.

Ut non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam unus sive vir sive mulier.
In confirmationibus quoque idipsum fiat.

16. Leo

Hi autem, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur, quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, rebaptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtute spiritus sancti, quam ab hereticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

17. Idem^a.

His vero, de quibus similiter dilectio tua nos credit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti vel errore traducti sunt et nunc se contra catholicę fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodienda moderatio^b, quia^c in societatem nostram non nisi per penitentię remedium et per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem, tempore autem penitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conversorum animos inspexeris esse devotos, pariterque etiam habentes etatis senis^d intuitum et periculorum quorumque aut egritudinum racidentes^e necessitates. In quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc^f penitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis^g gratia subveniri.

a) *fehlt K.*

b) *übergeschrieben* vel (conditio) *M.*

c) quod *C.*

d) senilis *C*; *korr. in senilis R.*

e) accidentes *CRV.*

f) *fehlt K.*

g) *fehlt M.*

18. Gelasius omnibus episcopis.

Baptizandi sibi^a quispiam sibi^b passim quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, preter paschale festum et pentecosten venerabile sacramentum, excepto dumtaxat gravissimi langoris incursu, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans excidio preventus abscedat.

a) *fehlt C; sunt V.*

b) *fehlt K.*

19. Idem^a

Diacones propriam constituimus servare mensuram nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam temptare permittimus, nichil eorum penitus suo ministerio applicare, quę primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbitero baptizare non audeant, nisi predictis fortassis longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod et laicis christianis facere plerumque conceditur.

a) *fehlt K.*

20. Idem^a.

Ut extra statuta tempora canonum, id^b est^b in pascha et pentecosten, baptisma^c non celebrentur^d, quia sancti canones hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum institerit, fieri prohibent; intantum ut etiam eos, qui alio tempore baptizantur, a gradibus ecclesiasticis abstineant nec ad clerum admittantur.

- a) *fehlt K.*
- b) *id(em) MK.*
- c) *baptismata K.*
- d) *celebretur CRV.*

21. Gregorius Quirico^a episcopo et ceteris in Hibernia episcopis.

Ab antiqua patrum institutione didicimus, ut qui apud heresim in trinitatis^b nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis aut impositione manus aut sola professione fidei ad sinum matris ecclesie revocentur. Unde Arrianos per impositionem manus occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum ecclesie catholice oriens reformat, Monophysitas vero et alios ex sola vera confessione recipit, quia sanctum baptisma, quod sunt apud^c hereticos^d consecuti, tunc in eis vires emundationis^e accipit, cum vel illi per impositionem manus spiritum sanctum acceperint vel isti per professionem vere fidei sancte et universalis ecclesie visceribus fuerint uniti.

- a) Quirino *CRV*.
- b) *korr. aus trinitates M*.
- c) ab *C*.
- d) hereticis *C*.
- e) emundationes *K*.

22. Felix papa.

De clericis autem et monachis aut puellis Dei aut secularibus servari precipimus hunc tenorem, quem Nicena synodus circa eos, qui lapsi sunt vel fuerint, servandum esse constituit, ut scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore atque periculo^a se^a, ut rebaptizarentur, hereticis impię dederunt, si tamen eos ex corde peniteat, III^{bis} annis inter audientes sint, VII vero subiaceant inter penitentes manibus sacerdotum, duobus etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo popularibus in oratione socientur nec confundantur Deo colla submittere, qui eum non timuerunt abnegare.

a) periculose *M.*

23. Eiusdem.

Pueris autem, quibus quod adhuc inberbes^a sunt, a^b pubertate^b vocabulum est, seu clericis seu laicis aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur etatis, aliquandiu sub manus impositione detentis reddenda communio est nec eorum expectanda penitentia, quos excipit a coercitione^c censura.

- a) inberbe *M*.
- b) ab ubertate *MK*.
- c) coercione *CRV*.

24. Gregorius Augustino.

Mulier etenim pregnans cur non debeat baptizari, cum non sit ante omnipotentis Dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis? Nam cum primi parentes nostri in paradyso deliquissent, omnipotens Deus immortalitatem illis abstulit, sed fecunditatem eis sobolis reservavit. Et infra in eodem: Baptizari autem enixam mulierem eadem ora, qua gignit, si mortis periculo arguetur, nullo modo prohibetur.

25. Ambrosius in I. libro de spiritu sancto ad Gratianum imperatorem.

Sicut qui benedicitur in Christo, benedicitur in nomine patris et filii et spiritus sancti, quia unum nomen est, potestas una, ita etiam ubi operatio aliqua divina aut patris aut filii aut spiritus sancti designatur, non solum ad spiritum sanctum, sed etiam ad patrem refertur et filium, nec solum ad patrem, sed etiam ad filium refertur et spiritum^a. Denique Ethiops eunucus Candacis reginę baptizatus in Christo plenum misterium consecutus est. Et illi, qui negaverunt^b scire spiritum sanctum, quamvis baptizatos se dicerent in Iohannis baptisma, baptizati sunt postea, quia Iohannes in remissione peccatorum in advenientis Iesu, non in suo baptizavit nomine. Et ideo spiritum nesciebant, quia nec baptismum in Christi nomine, sicut Iohannes baptizare solebat, acceperant. Iohannes enim licet non baptizaret in spiritu, tamen et Christum predicabat et spiritum. Denique cum interrogaretur, ne forte ipse esset Christus, respondit: 'Ego vos in^c aqua^c baptizo^c, venit autem fortior me, cuius non sum dignus calciamenta solvere, ipse vos baptizabit in spiritu et igni.' Ergo isti, quia nec in Christi nomine nec cum fide spiritus^d sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptismatis sacramentum. Baptizati sunt itaque in nomine Iesu Christi nec iteratum est in his baptisma, sed novatum, unum enim baptisma. Ubi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis extimatur. Plenum autem est, si patrem et filium et spiritum sanctum fateare^e, et si unum neges, totum subruas. Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas, aut patrem aut filium aut spiritum sanctum, fide autem nec patrem nec filium nec spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum. Ita etiam, quamvis et patrem et filium et spiritum sanctum dicas et alicuius horum minuas potestatem, vacuum est omne ministerium^f.

a) *folgt nachgetragen* sanctum *R*.

b) *folgt nachgetragen* se *R*.

c) baptizo in aqua *C*.

d) spiritu *CV*.

e) fatearis *CV*.

f) misterium *CRV*.

26. Augustinus.

Nec illud te moveat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur eternam, sed eos, quod^a putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Offeruntur parvuli ad percipiendum spiritualem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamvis et ab ipsis^b, si et ipsi fideles sunt, quam ab universa societate sanctorum atque fidelium. Tota ergo hoc mater ecclesia, quę in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit.

a) *korr. in qui C; qui V.*

b) *ipsi K.*

27. Idem^a.

Cathecuminum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam habere non credimus, excepto dumtaxat nisi sacramentum martyrii compleatur.

a) *fehlt K.*

28. Ex^a concilio Meldensi.

Ut episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis et morte periclitantibus.

a) *Inskription erst vor III 10,30 K.*

29. Urbanus papa II.^a

Illud quoque precipimus, ut pro chrismate et baptismo et sepultura nichil umquam exigatur.

a) *fehlt K.*

30. Gregorius Ianuario episcopo Karalitano. In^a epistola XXVI. lib. quarti^a.

Pervenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbiteros chrismate tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesie nostrae fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut^b presbiteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus.

a)-a) *fehlt, stattdessen Inskription von III 10,28: Ex concilio meldensi K.*

b) aut *K.*

31. Gregorius servus servorum Dei Leandro coepiscopo. In^a epistola XL lib. I.^a

In trina mersione baptismatis quod^b nos eum, qui baptizatur, tercio mergimus, triduanę sepulture sacramenta signamus. Et dum tercio ab aquis, qui baptizatur, educitur, resurectio triduanı temporis exprimitur.

a)-a) *fehlt K.*

b) *korr. in quo C.*

32.

(31). Gregorius in registro ad Diurnarium episcopum Caralitane^a sedis^a.

Presbiteri^b baptizatos infantes signare in frontibus suis chrismate non presumant, sed presbiteri baptizatos tangant in vertice, ut episcopi postmodum confirment in fronte.

a) *fehlt K.*

b) Presbiteros *M.*

33. Martinus papa^a.

Quicumque presbiter in provincia propria aut in alia vel ubicumque inventus fuerit, qui commendatum sibi infirmum baptizare noluerit vel pro intentione itineris vel de alia aliqua excusatione, et sic sine baptismo moritur, deponatur.

a) episcopus *K*.

34. Eugenius papa.

Si parvulus egrotans ad quemlibet presbiterorum baptismi gratia de cuiuslibet parroechia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum nullo modo denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectaverit et ille parvulus absque baptismatis gratia mortuus fuerit, noverit se ille, qui eum non baptizavit, pro anima eius rationem redditurum et apud synodum acerrime corrigendum.

35. Innocentius^a.

Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando in baptisate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si ante, quam panem illum commedat et calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando ipse hoc, quod ipsum sacramentum est, invenit^b.

a) *folgt* papa *CRV*.

b) invenitur *C*.

36. Melciades episcopus episcopis^a Hispaniarum^a.

In baptismo abluimur, post baptismum roboramur, ac si continuo transitoris sufficiant regenerationis beneficia, victuris autem necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati seculi recipiendos, confirmatio armat et instruit ad agones^b mundi et prelia reservandos. Qui^c post baptismum autem^d cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia iam non potest peccare post mortem.

a) *fehlt K.*

b) *agonem C.*

c) *folgt nachgetragen vero M.*

d) *getilgt M.*

37. Augustinus super Iohannem^a sermone^b V.^b

Si fuerit iustus minister, computo eum cum Paulo, computo illum cum Petro. Cum istis computo iustos ministros, quia vere iusti ministri gloriam suam non querunt. Ministri enim sunt, qui pro ducibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt. Ergo^c cum Paulo iustum^d ministrum. Quid enim dicit Paulus? 'Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit.' Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.' Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computabitur, sed non contaminatur donum Christi. Quod per illum fluit^e purum, quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram. Puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest. Sed et per lapideum canalem transit aqua ad areolas. In canali lapideo nichil generat, sed ortus plurimum fructum affert^f. Spiritualis enim virtus sacramenti ita est ut lux.

a) *folgt* in *M*.

b) *fehlt* *K*.

c) *folgt* computo *C*.

d) *folgt nachgetragen* computo *R*.

e) *korr. (?) M*; *fuit* *K*.

f) *affer* *K*.

38. Idem in libro de baptismo sacramenta ecclesie ab excommunicatis vel hereticis et haberi et dari posse testatur, ita in primo libro contra Donatistas disputans:

Sacramentum dandi baptismi est, quod habet qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi^a baptismi non ammittit, sic^b etiam ordinatus si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit^b. Nulli enim sacramento iniuria facienda est. Si discedit a malis, utrumque discedit, si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere, qui ab unitate discesserat, sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cum discederet, non ammisit. Nam sicut redeuntes, qui priusquam recederent, baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent, ordinati sunt, non utique reordinantur, sed aut administrant^c, quod administrabant, si ecclesie utilitas postulat, aut si non administrant, sacramentum tamen ordinationis sue gerunt^d et ideo eius^e manus inter laicos non imponitur.

a) *fehlt RV.*

b)-b) *fehlt MKV.*

c) *nachgetragen ad- M.*

d) *egerunt K.*

e) *ei korr. in eis M; eis C.*

39. Idem^a.

Nullus autem negat habere baptismum etiam apostatas. Quibus utique redeuntibus et per penitentiam conversis dum non redditur, amitti non posse iudicatur. Sic et illi, qui^b sacrilegium^c scismatis ab ecclesie communione discedunt, habent utique baptismum, quem, priusquam discederent, acceperunt. Nam et si ipsi redeant, non eis iterum datur. Unde ostenditur illud, quod acceperunt in unitate positi, non potuisse amittere separatos. Quodsi haberi foris potest, etiam dare^d cur non potest? Sed dicis: non recte foris datur. Respondemus: sicut non recte foris habetur et tamen habetur, sic non recte foris datur et tamen datur. Sicut per^e unitatis^e autem^e reconciliationem incipit utiliter haberi, quod extra unitatem inutiliter habebatur, sic per eandem reconciliationem incipit utile esse, quod extra eam inutiliter datum est. Quod^f de baptismo dictum est, et^g ordinationi^h poterit applicari, ut ipsa etiam foris dariⁱ possit, quam idem doctor etiam foris haberi posse monstravit. Alioquin infirmum erit argumentum de baptismo, ut ideo foris dari possit, quia et foris habeatur, si non omne sacramentum foris poterit dari, quod et foris solet haberi.

- a) *fehlt K; folgt in eodem CRV.*
- b) *folgt nachgetragen per KR.*
- c) *sacrilegio C.*
- d) *dari KC.*
- e) *korr. in autem per unitatis M.*
- f) *Absatz MKCR.*
- g) *folgt de MK (getilgt M).*
- h) *ordinatione K.*
- i) *daris dari K.*
- 1) *offenbar eine Glosse von hier ab.*

40. Augustinus.

Sacramenta, inquit, si eadem sunt, ubique sunt integra, etiam si prave intelliguntur et discordiose tractantur. Sicut scriptura ipsius evangelii, si eadem ipsa est^a, ubique integra est, etiam si innumerabili falsarum opinionum varietate asseratur.

a) *fehlt K.*

41. Idem^a.

Spiritus autem sanctus, quod in sola catholica per impositionem manus dari dicitur, nimirum hæc intelligi maiores nostri voluerunt, quod apostolus ait: quoniam karitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. Ipsa enim est^b karitas^b, quam non habent, qui ab ecclesiæ communione precipiuntur, sine qua iuxta apostolum nichil prosunt reliqua. Non autem habet Dei karitatem, qui ecclesiæ non diligit unitatem. Ac per hoc recte intelligitur dici non accipi nisi in catholica spiritum sanctum.

a) *fehlt K.*

b) *caritas est CRV.*

42.

(41). Idem.

Multe autem sunt operationes spiritus sancti, quas idem apostolus, cum in quodam loco commemorasset, ita conclusit: 'Omnia autem hæc operatur unus^a atque^a idem^a spiritus, dividens propria unicuique, prout vult.' Cum ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam Symon magus potuit, aliud prophetia, quæ in malis etiam hominibus fieri solet ut in Saul, aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni habere non possunt, id^b est^b karitas, quilibet heretici et scismatici accipiant caritatem, que operit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicę unitatis et pacis, nec eius in omnibus, quia nec omnes sunt eius.

a) *korr.* unus, *nachgetragen* atque idem *M*; unus atque *fehlt K*.

b) id(em) *M*.

43.

(42). Idem^a.

Manus autem impositio non sicut baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem?

a) *fehlt K.*

44.

(43). Idem^a.

Remissam, inquit, peccatorum avari non dant, quę per orationem, id est per columbę gemitum datur, cuicumque baptizet^b, si ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim et^c raptoribus et^d feneratoribus diceret Dominus: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur illi, si^e cui^e tenueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquid potest nec solvi, ubi non sit, qui aliud ligare possit aut solvere. Sed solvitur, qui columba^f fecerit pacem, et ligatur, qui columba^g non habet pacem, sive aperte foris sit sive intus esse videatur.

a) *fehlt K.*

b) *baptizaret R.*

c) *getilgt M; fehlt K.*

d) *fehlt MR; nachgetragen vel M.*

e) *korr. aus sic M.*

f) *korr. in columbæ C; columbam V.*

g) *columbe CRV.*

45.

(44). Idem^a.

Heretici, inquit, sacramenta et scripturas habent ad speciem, non ad salutem.

a) *fehlt K.*

46.

(45.) Idem^a.

Sicut, inquit, argueri videor, cum mihi dicitur; Ergo^b hereticus dimittit peccata, cum iuxta te baptizet, sic et ego argueo, cum dico: Ergo^c avarus religionis^d simul atque peccata dimittit. Si per vim sacramenti, sicut ille, ita et ille; si per meritum suum, nec ille nec ille. Illud enim sacramentum et in malis hominibus Christi esse cognoscitur, in corpore autem unicę columbę immaculatę nec ille nec^e ille^e invenitur.

a) *fehlt K.*

b) *korr. aus Ego M.*

c) *korr. aus Ego M.*

d) *fehlt C.*

e) *fehlt R.*

47.

(46). Augustinus in libro de baptismo.

Perfidus si in perfidia permanserit, per baptismum nec extra ecclesiam remissionem accipit peccatorum. Aut si propter vim sacramenti ad^a punctum temporis accipit, et intus et foris eam vim operatur, sicut vis nominis Christi expulsionem^b demonum etiam foris operabatur.

a) aut *M.*

b) *korr. aus* expulsione *M.*

48.

(47). Idem^a.

Ita ergo nec foris sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est. Non itaque dat remissam peccatorum sermo, ut^b qui^b cancer serpit; quæ per baptisma Christi conceditur, si baptizatus unitati catholicæ compaginatur.

a) *fehlt K.*

b) qui ut *CRV.*

49.

(48). Augustinus^a.

Quomodo aquam mundat et sanctificat homicida, quomodo benedicunt oleum tenebre? Si autem Deus adest sacramentis et verbis eius; per qualeslibet administrentur, et sacramenta Dei ubique recta sunt et mali homines, quibus nichil prosunt, ubique perversi sunt, id est intus et foris.

a) *fehlt K.*

50.

(49). Augustinus.

Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem vel super aquam baptismi vel super oleum^a vel^a super^a eucharistiam vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quę tamen omnia et fiunt et valent^b etiam per homicidas, id est per eos, qui hoderunt fratres, etiam in ipsa intus ꝥcclesia. Cum dare nemo possit, quod non habet, quomodo dat homicida spiritum sanctum? Et tamen intus etiam ipse baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante spiritum sanctum. Quapropter sacramentum gratię^c dat Deus^d etiam per malos, ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit vel per illius columbe membra, quibus ait: 'Si cui dimiseritis, dimittentur.' Manus autem impositio si^c non adhiberetur ab heresi venienti, tamquam extra omnem culpam esse iudicaretur. Propter caritatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem, quęcumque alia sancta fuerint in homine, manus hereticis correctis^f imponitur. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando et usque ad vitę sanctificationem. Atque illud primum et bonis et malis potest esse commune, hoc autem proprium est bonorum et piorum. Non ob aliud visum est quibusdam etiam egregiis viris antistibus^g Christi, inter quos precipuę beatus Cyprianus eminebat, non esse posse apud hereticos vel scismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacramentum ab effectu vel usu sacramenti; et quia eius affectus^h atque usus in liberatione a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniebaturⁱ ipsum sacramentum quoque illic non esse putabatur. Sed convertentibus oculos ad interioris paleę multitudinem, cum et hii, qui in ipsa unitate perversi sunt et perditę vivunt, appareant remissionem peccatorum nec dare posse^j nec habere, quia non malignis, sed bonis filiis est dictum: 'Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur eis, et reliqua,' habere tamen et dare et accipere baptismi sacramentum satis eluxit pastoribus ꝥcclesię catholicę etiam ovem, quę foris errabat et dominicum characterem foris accipiebat, venientem ad christianę unitatis salutem ab errore corrigi, characterem tamen dominicum in ea agnosci potius quam improbari. Quando quidem ipsum characterem multi et lupi et lupis infigunt, qui videntur intus esse, verumtamen ad illam ovem, quę ex multis una est, non pertinent. Cum malus tradit baptismum bono, id^k est^k in unitatis vinculo veraci conversatione mutato, inter bonum sacramentum, quod traditur, et bonum fidelem, cui traditur, tradentis malitia superatur^l. Et cum illi veraciter ad Deum converso peccata dimittuntur, ab^m eis^m dimittuntur^m, quibus ipse veraci conversione coniungitur. Spiritus sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi caritate coherentibus, sive se noverint corporaliter sive non noverint. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenentur, a quibus ille cordis pravitatisⁿ disiungitur, sive notis corporaliter sive ignotis. Omnes^o mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt^o. Si autem etiam corporaliter aperta discessione separentur, peiores fiunt. Sed nichil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat et quanto peiori tradat. Potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed quam pernitiöse habere, tam pernitiöse^p tradere^p. Ille autem, cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus acceperit^q urgente mortis necessitate. Cur heretici foris baptizare non possunt? An quia peiores sunt eo ipso, quod foris sunt? Sed nichil interest ad integritatem baptismi, quanto peior id tradat. Neque enim tantum interest inter malum et peiorem quantum inter bonum et malum, et tamen cum baptizat malus, non aliud dat quam bonus. Ergo et cum baptizat peior, non aliud dat quam ille, cui^r minus sacramentum pertinet, ut foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset et totiens baptizari necesse esset, quotiens recedens quisque ab ꝥcclesia rursus ad ꝥcclesiam remeasse. His, qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur, quia spiritus sanctus discipline effugiet fictum, aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum perfectione replicantur, ut et illud verum sit: 'Quotquot in Christo^s baptizati estis, Christum induistis', et illud: 'Spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum'; id est ut et induat eum Christo sanctitas baptismi et exuet^t eum Christo pernities fictionis^u. Nam redire dimissa peccata, ubi fraterna caritas non est, apertissime Dominus^v in^v evangelio^v docet in illo servo, a quo dominus dimissum debitum petivit, eo quod ille conservo suo debitum nollet dimittere. Sic

non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat^w, etiam si fraternum odium in eius, cui dimittuntur, animo perseveret. Solvitur enim hesternus dies, et quicquid superest, solvitur etiam ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo, deinceps autem continuo reus esse incipit, non solum consequentium, sed etiam preteritorum dierum, horarum, momentorum redeuntibus omnibus, quę dimissa sunt. Sicut igitur ficti veraciter conversi recipiuntur nec tamen eorum baptismus reprobatur, sic et^x illa, quę scismatici vel heretici non aliter habent^y nec^c aliter^y agunt quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus.

- a) *fehlt R.*
- b) *valet RV.*
- c) *fehlt hier M.*
- d) *folgt gratię M.*
- e) *nachgetragen M.*
- f) *correptis CRV.*
- g) *korr. in antistitibus C; antistitibus R.*
- h) *effectus C.*
- i) *folgt getilgt ipsum non inveniebatur M.*
- j) *korr. M.*
- k) *idem R.*
- l) *superat (?) K.*
- m) *fehlt R.*
- n) *pravitate CRV.*
- o)-o) *am Rand nachgetragen M.*
- p) *tradere perniciose CRV.*
- q) *scheint accepit C.*
- r) *qui MK.*
- s) *Christi M.*
- t) *exuat C.*
- u) *korr. aus fictiones M.*
- v) *in evangelio dominus CV.*
- w) *dimittit RV.*
- x) *folgt nochmals et K.*
- y) *fehlt R.*

51.

(50). Augustinus^a ad^a Donatistas^a.

Aecclesię sunt omnia sacramenta dominica, quę sic habetis et datis, quomodo habebantur et dabantur etiam prius, quam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quia non estis ibi, unde sunt quę habetis. Non in vobis mutamus, in quibus nobiscum^b estis. In multis enim nobiscum^c estis. Nam et de^d talibus dictum est, quoniam in multis erant mecum. Sed ea corrigimus in quibus non estis, et ea vos hic^e accipere volumus, quę non habetis illic, ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in symbolo, in ceteris dominicis^f sacramentis^f. In spiritu autem unitatis et in vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia vobis^g estis. Isti autem, cum quibus vel de quibus agimus, non sunt desperandi. Adhuc enim in corpore sunt. Sed non quęrunth^h spiritum sanctum nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sedⁱ rem ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentumⁱ, et ideo sibi iudicium manducant et bibunt. Unus enim panis sacramentum est unitatis, quoniam sicut dicit apostolus: Unus panis, unum corpus, multi sumus.

a) Ad Donatistas Augustinus *KR*.

b) vobiscum *M*.

c) vobiscum *M*.

d) *fehlt K*.

e) *fehlt R; hinter accipere C*.

f) sacramentis dominicis *CV*.

g) nobiscum *CV*; vobiscum *R*.

h) quęrant *M*.

i)-i) *fehlt C*.

52.

(51). Augustinus.

Queris a me, utrum parentes baptizatis parvulis suis noceant, cum eos demoniorum sacrificiis sanare^a conantur, et si non nocent, quomodo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides^b, quorum eius non potest obesse perfidia. Ubi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris, esse virtutem in sancta compage corporis Christi, ut^c semel generatus per aliorum spiritualem voluntatem deinceps non possit vinculo alienę iniquitatis obstringi, ci nulla sua voluntate consentit. 'Et anima' enim 'patris mea^d est^d', inquit^d, et anima filii.' Anima, quę peccaverit ipsa, morietur. Non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino nescienti vel quilibet alius adhibet sacrilegia demoniorum. Sed ideo^e ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solveretur, quia nondum erat anima separatim vivens, id est altera anima, de qua diceretur: 'et anima patris mea est et^f anima filii mea est^f.' Iam itaque cum homo in se ipso est ab eo, qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. Quando itaque in parvulum maiores peccant offerentes eum demonum sacrilegis^g vinculis, non est anima utrorumque communis, ut^h etiam culpam possint habere communem. Non enimⁱ sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti spiritus unitatem.

- a) sacrificare *K*.
- b) fide *K*.
- c) aut *K*.
- d) inquit mea est *K*.
- e) idem *K*.
- f)-f) *fehlt K*.
- g) sacrilegiis *K*.
- h) unde *K*.
- i) illis *CRV*.

XI. De decimis et oblationibus aliis.

1. Gelasius.

Quattuor autem tam de^a redditibus quam de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesie facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones. Quarum sit una pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta^b fabricis amplicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesie memoratam dependere quantitatem, sic clerus ultra delegatam sibi summam insolenter noverit expetendum. Ea vero, que ecclesiasticis edificiis attributa sunt, huic operi veraciter prerogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est, si sacris edibus destitutis in lucrum suum presul impendia his designata convertat. Ipsam nichilominus asscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est, 'ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in celis est', oportet etiam presenti testificatione predicari et bonę famę preconii non taceri.

a) *nachgetragen M.*

b) *korr. in quanta R; folgt ecclesie CRV.*

2. Gregorius Leoni episcopo Catanensium^a.
In epistola VII. lib. VIII.^b

Volumus ergo, ut quicquid ecclesie tue ex redditu vel quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare atque eam secundum Dei timorem presbiteris diaconibus ac clero, ut tibi visum fuerit, discrete dividere, ita sane ut unicuique, sicut meritum laboris exegerit, libera tibi sit, iuxta quod previderis, largiendi licentia, quatenus et qui merentur etiam temporali se sentiant commodo consolatos et alii adiuuante Domino eorum ad melius contendant imitatione proficere.

a) catenensium *M*; cataniensium *C*; catinentium *R*.
b) III. *M*.

3. Augustinus.

Decime tributa sunt egentium animarum. Quodsi decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Non igitur Dominus Deus premium postulat, sed honorem. Deus enim noster, qui dignatus est totum^a donare, decimam a nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Sed tardius dare peccatum est; quanto magis peius est peccatum non dedisse? De militia, de negotio et^b de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando et terrena et cęlestia^c possis p̄mia promereri, per avariciam duplicem benedictionem fraudas. Hęc est enim^d Domini iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere Deus^e semper^e paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decimę etenim ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerint^f, res alienas invadunt. Et quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat, illo decimes non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante ęterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a Domino pauperibus delegatam suis usibus reservavit. Quia^g ergo sibi aut premium comparare aut peccatorum desiderat in dulgentiam promereri, reddat decimam, etiam de VIII partibus studeat elemosinam dare pauperibus.

a) *folgt* mundum C.

b) *fehlt* K.

c) cęlestis M.

d) *fehlt* K.

e) semper deus C.

f) non ierint K.

g) *korr. in* Qui M; Qui C.

4. Gregorius VII. Cap.^a VI.^a

Decimas, quas in usum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis vel regibus vel quibuslibet personis acceperint, nisi ecclesię reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere et eterne dampnationis periculum incurrere.

a) *fehlt CR.*

5. Ex concilio Africano.

Pervenit fama sinistra ad magnam conventus nostri synodum, quod etiam ipso relatu lugubre valde est satisque universali^a ecclesie lacrimabile, quia quicquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, quod quidam episcoporum suam suorumque adulatorum voluntates magis quam sacrorum canonum vel patrum decreta sectantes non sacerdotibus et presbiteris propriae diocesis decimas atque christianorum oblationes conferre renuerunt, sed potius, quod catholicis auribus absurdissimum est, laicalibus personis, militum videlicet sive servitorum^b, vel quod adhuc gravius est, consanguinitatis sibi gratia coniunctis inconsulte ac precipiti more concedere soliti sunt. Quod videlicet inmanissimum nefas quam monstruosum quamque execrabile sit, redemptori nostro eiusque sacrosanctę ecclesie quam intollerabile, omnes penę utriusque testamenti paginę protestantur, in quibus terribiliter ipse rex regum et dominus pontificum omnibus intonat dicens: Si quis tetigerit sacerdotes meos, qui in tabernaculo meo deserviunt, tangit pupillam oculi mei, et rursum: Omnes, inquit, filii Israel offerunt decimas de omnibus frugibus suis ad templum Domini, quia his, qui altario deserviunt, dedi eas, ut participantur de omnibus bonis Domini, ut orare valeant, pro populo meo. Habemus autem ad hanc pessimam heresim destruendam ipsam veritatem in evangelio dicentem: Dignus est operarius mercede^c sua. Quod alius evangelista evidentius dicit: Dignus est operarius^c cibo suo. Unde apostolus: Qui, inquit, altario deserviunt, de altario participantur. Sunt quippe presbiteri sors specialis Dei, et ipse hereditas eorum, pro cuius amore atque^d honore arma deposuere secularia, ut ipsum habere mererentur patrem atque defensorem, dicentes cum propheta: Quis adversarius meus est^e? Accedat ad me. Ecce Dominus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Quapropter placuit unanimi vestre^f, ut in unum convenientes comitati^g et preventi^h gratia spiritus sancti, sine quo nichil facere possumus, quod divinitati placitum sit, uno ore eodemque consensu vigorabiliter censemus, ut si quis amodo episcopus inventusⁱ fueritⁱ huius divini precepti transgressor, inter maximos hereticos et antichristos non minimus habeatur. Et sicut sancta Nicena synodus de simoniaco hereticis omnino censuit, et qui dat episcopus, et qui accipiunt ab eo laici sive pretio sive beneficio, æterni incendii ignibus deputentur et a sanctę ecclesie corpore utpote^j inutilia sarmenta evangelica falce precipiantur, quatenus arescant. Ad hæc tota synodus: Ut hæc, inquit^k, spiritu sancto auctore^l fiant, qui nos congregari voluit, ad confirmandam legem mandatorum suorum simul ista fieri sancimus, et ut ascendat fumus huius rei prevaricatorum eorumque tormentorum in secula seculorum. Responsumque est ab omnibus: Amen amen, fiat fiat.

- a) universalis *K*.
- b) servitorum *K*.
- c)-c) mercede - operarius *fehlt K*.
- d) et *K*.
- e) *fehlt hier K*.
- f) nostre *K*.
- g) comitante *K*.
- h) preveniente *K*.
- i) fuerit inventus *C*.
- j) ut *pute korr. in ut puta R*.
- k) *folgt auctore MK*.
- l) *getilgt M; fehlt hier K*.

6. Ex Toletano^a concilio^a.

Quoniam quidem in sacrosancto patrum conventu triste quiddam percrebuit de quibusdam fratribus nostris episcopis, qui temerario atque prepostero ordine in ecclesiis sibi commissis disponere atque dispensare solent fidelium decimas necnon oblationes, id est ut his, qui maiores vel persona vel rerum abundantis eminent, maiora concedant, his autem, qui obscurioris personę et minoris qualitatis videntur, aut minima aut nulla omnino accomodent, attendentes contra evangelicum preceptum, quid homines habeant, non quid sint, placuit spiritui sancto per nos disponere atque omnibus ecclesiis intimare, ne amplius Deo prohibente fiat. Censemus quippe et in posterum sancitum esse volumus, ut nullus episcopus personam vel qualitatem presbiteri attendat, sed potius vitę meritum et utilitatem, quam sibi Deus conferre dignatus est, quia non est personarum acceptor Deus, et ita omnia omnibus disponat, ut nullus in sua parrochia inveniatur, qui iure murmurare vel debeat vel possit contra episcopum suum. Perpendere namque episcopus debet, ut nullum presbiterorum causa avaritię sive cupiditatis humanę contristet, sed potius hoc agere, ut^b omnia ecclesię suę membra sint^c in pace. Altare namque et decimas pro pecunia dare et spiritum sanctum vendere symoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat^d. Quapropter spiritu^e sancto^e auctorante^f statuimus, ut nullus episcoporum pro altaris statu pecuniam accipere presumat vel decimas ab altari auferre secundum priorum statuta pertemptet, sed ita maioribus in maioribus^g ecclesia^h concedantur, ut non minores inⁱ minoribus ecclesiis paupertate opprimantur. Et ut inter vulsa hęc atque intemerata observentur, sub anathematis vinculo pariter omnes obligamus. Responderunt omnes: Volumus, statuimus, fiat, fiat.

- a) concilio Toletano *C*.
- b) *korr. aus* aut *M*.
- c) *nachgetragen M*.
- d) ignoret *C*.
- e) spiritus sancti *C*.
- f) auctore *K*; auctoritate *C*; *korr. in* auctore ante *R*.
- g) *korr. in* maiori *M*.
- h) ecclesiis *CR*.
- i) *fehlt M*.

7. Ex eodem.

De his, quę ad ꝑcclesias parrochitanas^a offeruntur in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum canonum instituta serventur, ut omnia in potestate episcopi consistant. De his autem, quę altaribus offeruntur, tertia pars fideliter episcopis deferatur, duę clericis. Decime autem secundum quosdam singulis annis tertia pars aut in tercio anno tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem aut in quarto totam episcopi recipiant.

a) a parrochitanis *K*.

8. Gregorius servus^a servorum^a Dei^a Augustino^b episcopo^b.

De episcopis, qualiter cum suis clericis conversentur, vel de his, qui^c fidelium oblationibus accedunt altario, quantę debeant fieri portiones, sacra scriptura testatur, quod^d bene te nosse non est dubium, et specialiter beati Pauli ad Timotheum epistolę in quibus erudire^e studuit, qualiter eum in domo Dei oportuisset conversari. Mos enim sedis apostolicę est, ut ordinatis episcopis precepta traderent, ut ex omni stipendio, quod accedit, IIII^{or} debeant fieri portiones; una videlicet episcopo et familię propter hospitalitatem atque susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ꝛcclesiis reparandis. Sed quia tua^f fraternitas monasterii^g regulis erudita seorsum vivere non debet a clericis suis, in ꝛcclesia Anglorum, quę auctore Deo nuper adhuc^h ad fidem perducta est, hanc debet conversationem instituere, quę in initio nascentis ꝛcclesię fuitⁱ patribus nostris; in quibus nullus eorum ex his, quę possidebant, aliquid suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Si qui vero clerici sunt extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortire uxores debent et stipendia sua exterius accipere, quia de hisdem^j patribus, de quibus prefati sumus, novimus scriptum, quia dividebantur^k singulis, prout cuique opus erat. De eorum quoque stipendio cogitandum sit^l atque providendum est et^m sub ꝛcclesiastica regula sunt tenendi, ut bonisⁿ moribusⁿ vivant et canendis psalmis invigilent et^o omnibus illicitis cor et linguam et corpus Deo auctore conservent. Communi vero^p vita viventibus iam de faciendis portionibus vel exhibenda hospitalitate aut^q adimplenda^r misericordia nobis quid erit loquendum, cum omne, quod superest, in causis piis ac^s religiosis erogandum est, Domino magistro omnium dicente: Quod superest, date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis.

- a) *fehlt CR.*
- b) *vor Gregorius K.*
- c) *quę C.*
- d) *quam K.*
- e) *folgt eum CR.*
- f) *korr. aus tu M.*
- g) *monasteris K.*
- h) *fehlt CR.*
- i) *folgt sub CR.*
- j) *folgt a CR.*
- k) *dividebatur K.*
- l) *getilgt M; fehlt CR.*
- m) *ut K.*
- n) *moribus bonis M.*
- o) *folgt nachgetragen ab M; folgt dasselbe C.*
- p) *nachgetragen autem M; fehlt K.*
- q) *nachgetragen et M; fehlt K.*
- r) *implende C; eximplenda R.*
- s) *a K.*

9. Urbanus.

Res singularum parrochiarum episcoporum, qui locum tenent apostolorum, erant et sunt usque adhuc et debent esse futuris temporibus. E quibus episcopi et^a fideles^b dispensatores eorum omnibus communi vita degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, ut nemo in eis^c inveniatur egens.

- a) *getilgt C.*
- b) *fides M.*
- c) *eius M.*

10. Leo III.^a

De decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam maioribus visum est, plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur, deberi.

a) IIII *M*; *korr. in IIII C.*

11.^a

Commoneo de ređitibus ecclesię partes III^{or} fieri. Habeat autem ecclesia unam partem, pontifex unam, et aliam pauperes, quartam presbiteri cum diaconibus et residuo clero. Si quis de clero transierit de hoc mundo, si minime de sua generositate habet consortem, quicquid eius paupertas habet, conferat ecclesię et exinde quattuor partes fiant.

a) *Inskription* Idem. In ep. XLIII lib. XIII (s. III 11,13) C.

12. Gelasius.

Presulum^a nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates^b ecclesie episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen ut viduarum, pupillorum^c atque pauperum necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari, quod actenus decretum est. Reliquum sibi episcopi vendicent, ut sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

a) presul *K*.

b) facultatis *K*.

c) *folgt getilgt* atque pupillorum *M*.

13. Gregorius Iohanni Panormitano episcopo.

In^a epistola XLIIII^b lib. XIII.^a

Hortamur ut de redditibus ecclesie quartam in^c integro portionem ecclesie tue clericis secundum meritum vel^d officium sive laborem suum, ut ipse unicuique dare prospexeris sine aliqua prebere^e debeas^e tarditate. De hoc vero, quod ex fidelium oblatione accesserit, id est quartam partem in^f solidis^f vel cellario eius iuxta pristinam consuetudinem dare non differas. Reliqua autem omnia mobilia in tua retineas potestate, immobilia cuncta ecclesiasticis redditibus aggregentur, ut multiplicata quantitate clericorum tuorum quarta Deo largiente proficiunt^g.

a)-a) *stattdessen hier schon die Angaben von III 12,1: In epistola VIII lib. I. C.*

b) XLIII K.

c) *nachgetragen M.*

d) *nachgetragen M.*

e) *debeas prebere C.*

f) *nachgetragen M.*

g) *proficiant C; proficiat R.*

XII.^a De iure ecclesiarum et monasteriorum.

1. Gregorius Petro subdiacono inter cetera. In^b epistola VIII lib. I.^b

Si monasterium prefatum sancti Theodori fines, de quibus causatio mota est, inconcussis XL annis possedisse reppereris, nullam deinceps, etiam si quid sanctę Romanę ecclesię competere potuit, patiaris sustinere calumpniam, sed quietem eorum inconcussam modis omnibus procurate^c. Sin vero actores^d ecclesię non eos possedisse XL annis inconcusso iure monstraverint, sed aliquam intra tempora hęc motam fuisse aliquando^e quętionem^e eorundem finium, electis arbitris tranquille^f et legaliter sopiatur.

a) *Zahl schon bei III 11,13 C; Titel fehlt R.*

b)-b) *schon bei III 11,13 C; fehlt, stattdessen nochmals die Angaben von III 11,13 R.*

c) *procurato C.*

d) *auctores M; folgt nochmals actores K.*

e) *questionem aliquando C.*

f) *tranquillae M.*

2. Silvester papa.

Nemini regum aut cuiquam hominum in proprium ius liceat monasterium tradere nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocumque commento vendere. Hoc etiam divina et apostolica atque canonica sub anathematis p̄na sancxit auctoritas. Quod si factum^a fuerit, non valebit, sed^b ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

a) fractum *K*.

b) si *M*.

12. Bonifatius papa.

Si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi et fratrum suorum et dimittat presbiterum in priori loco ad ministeria ecclesie.

4. Gelasius.

Facultates ecclesie necnon et dioceses^a; ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent, quod tricenalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra XXX^{ta} annos nulli liceat pro his^b appellare, quos^c legum tempus exclusit^d.

a) *folgt nachgetragen* que M; *folgt* que C.

b) *korr. in hoc* M.

c) *korr. in quod* M; *[hec]* C.

d) *excludit* K.

5. Ex octava synodo^a universali^a.

Placuit huic sanctę ac magne synodo, ut res vel privilegia, quę Dei ęcclesiis ex longa consuetudine pertinent et sive ad^b pie recordationis imperatoribus sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata et ab eis per annos XXX^{ta} possessa sunt, nequaquam a potestate presulum earum quecumque persona secularis per potestatem subtrahat aut per argumenta que libet auferat. Sed sint omnia in potestate presulis^c ac usu ęcclesię^d presulis^d, quecumque intra XXX annorum spatium ab ęcclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra presentem diffinitionem egerit, et tamquam sacrilegus iudicetur et, donec se correxerit et donec ęcclesię propria privilegia seu res restituerit, anathema sit.

a) universali sin(odo) *C.*

b) a *CR.*

c) *getilgt M.*

d) presulis ęcclesię *M.*

6. Idem.

Nulla presumptione statum parrochiarum, qui perpetuę etatis firmitate duravit, patimur immutari, quia negligentia pontificum neque temporalis obiectio, quę per incuriam forte generatur^a, neque ignavia faciente consensus nec surripiente supplicatione preceptio divellere potest semel diocesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs devota convenit, territorium etiam non facere diocesim.

a) generantur C.

7. Eiusdem^a.

Si quid in ecclesia dampno aut in his, quae sunt preceptionis^b nostrae^b prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat, censeamus.

a) *fehlt K.*

b) *korr. in preceptione nostra C.*

8. Idem^a.

Trigetius vero petitoria nobis insinuatione suggestit in re sua, quod Sextilianum vocabatur, basilicam se sanctorum Michahelis archangeli et Marci confessoris pro sua devotione fundasse. Et ideo, frater karissime, ad tuam pertinet parrochiam benedictionem supra^b memorate basilice sollemni veneratione dependere^c. Nichil fundator^d tamen^d ex hac basilica noverit vendicandum, nisi processionis aditum, quae christianis omnibus in commune debetur.

a) *fehlt K.*

b) *getilgt C.*

c) *depende R.*

d) *tamen fundator K.*

9. Gelasius^a Romanę ecclesię episcopus dilectissimis et in Christi caritate in^b animis^b conexis fratribus, qui in Sicilia sunt.

Presulum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates ecclesię episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, ut viduarum, pupillorum atque pauperum necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari, quod actenus decretum est. Reliquum sibi episcopi vendicent, ut sicut antea diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

- a) Gelagius *M.*
- b) unanimiter *C.*

10. Simachus papa in generali residens synodus^a.

Mansuro cum Dei nostri consideratione decreto sancimus, ut nulli apostolicę sedi presuli a presente^b die, donec disponente Domino catholicę fidei manserit doctrina salvatoris, liceat predium ecclesiasticum, quancumque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura^c transferre.

- a) sinodo *CR*.
- b) presenti *K*.
- c) *fehlt K*.

11. Idem^a.

Possessiones igitur, quas unusquisque ecclesie proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis atque distractionibus vel sub quocumque argumento non patimur, nisi forsitan aut clericis bonorum meritis aut monasteriis religionis intuitu aut certe peregrinis, si necessitas largiri^b suaserit^b, sic tamen ut hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.

a) *fehlt C.*

b) suaserit largiri *C.*

12. Gregorius Anthemio diacono.

Ratio nulla permittit, ut propriis cuiusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

13. Idem Savino subdiacono.

Sacrilegium et contra legem est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prave voluntatis studiis tentaverit compendiis retinere.

14. Idem inter cetera. Iohanni defensori in epistola XLV lib. XIII.

Gloriosus Comitius, si suprascriptus episcopus innocens esse claruerit^a, quicquid de rebus eius vel ecclesie ipsius tulit, sine aliqua dilatione restituat. Sed et que ipse episcopus in persecutionem ac violentiam eius expendisse vel dampnum idem episcopus^b pertulisse iuraverit, idem^b memoratus^c gloriosus^c eidem^d episcopo reddat ac satisfaciat. Si autem talem culpam antedictum episcopum, quod absit, commisisse constiterit, ut constet eum non inrationabiliter esse depositum, eadem eiusdem depositio confirmetur, ecclesie res sue omnes, que ablatę claruerint, restituantur, quia delictum persone in dampnum non est ecclesie convertendum. Si enim, ut dicitur, comitius defunctus est, ab herede eius, que ab illo iniuste tulta sunt, sine excusatione reddantur.

a) declaruerit *K*.

b)-b) *fehlt R*.

c) gloriosus memoratus *C*.

d) eadem *K*.

15. Aurelianus papa.

Omnia, quę Deo offeruntur, consecrata habeantur, in vineis, terris, silvis, utensilibus, vestimentis, pecoribus et reliquis possessionibus, quia quę ecclesiis offeruntur, sine^a dubio Christo, qui sponsus earum est^b, offeruntur^a.

a)-a) *fehlt R.*

b) *nachgetragen M.*

16. Prosper.

Scientes autem^a nihil aliud esse res ecclesie, nisi vota fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, episcopi non has vendicare in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus dividere debent, hoc est possidendo contempnere, non sibi, sed aliis possidere nec habendi cupiditate ecclesie facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nichil habentibus habet commune, nec aliquid debet inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogari, quando^b nihil aliud sit^c habentibus dare quam perdere.

a) *fehlt C.*

b) *quoniam C.*

c) *fit C.*

17.

Sed et sententia beati Hieronimi non solum prelati, sed etiam ceteris, qui rebus utuntur ecclesie, vigilanter perpendenda est, qui ita in commentario Mathei evangeliste ait: Omnes igitur, qui stipe templi et his, que conferuntur ad usus ecclesie, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum et sacerdotum^a redimentium mendatium et salvatoris sanguinem effudentium^b.

a) phariseorum *K*.

b) effudentium *CR*.

18. Ex Toletano concilio, cap.^a XXXIII.^a

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim per XXX annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis eius iam videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio repossendi. Sed hoc intra unam provinciam, extra vero nullo modo, ne, dum diocesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

a) *fehlt R.*

19. Ex eodem, cap.^a XXXV.^a

Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii^b conventum non adimit. Ideoque basilicę, que novę conditę fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constiterit.

a) *fehlt CR.*

b) *conterritorii CR.*

20. Ex eodem.

Liberti ecclesie, quia numquam moritur eorum patrona, a patrocínio^a eiusdem numquam discedant^b nec posteritas quidem^c eorum, sicut priores canones decreverunt. Hec^d ne^e forte libertas eorum in futura prole non pateat ipsaque^f posteritas saturabili^g ingenuitate obnitens sese ab ecclesie patrocínio subtrahat, necesse est, ut tam idem liberti quam ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam se ex familia ecclesie liberos effectos esse fateantur eiusque patrocínium non relinquunt, sed iuxta virtutem suam obsequium ei vel oboedientiam prebeant.

- a) patronicio *M*.
- b) discedunt *R*.
- c) *korr. aus* quedam (?) *M*; quedam *K*.
- d) *korr. in et M*; Hę *K*; et *C*.
- e) nec *K*; *korr. aus* nec *MR*.
- f) *korr. aus ipsa M*.
- g) *korr. in naturali M*.

21. Ex eodem.

Noverint autem conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam potestatem habere, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita et dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

22.

(12). Ex eodem.

Omnis itaque rei ecclesiasticę quantitas, sicut remedium venię tribuit conferenti, ita dampnum rite preparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesię, quę in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat et iuri suo aut cathedre proprię unitate connectat. Verum ut huius rei soliditas potior habeatur, propinquis eius, qui construxerunt vel ditaverunt^a ecclesiam, licitum sit hanc bonę intentionis habere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus previderint defraudare, aut commonitionis honesta conventionem compescant aut talia^b episcopo aut iudici corrigenda denuntient. Quodsi talia episcopus agere temptat, metropolitano eius hęc insinuare^c procurent^d. Si^e autem metropolitano talia gerit^f, regis hęc auribus insinuare^e non differant. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat quasi iuris proprii potestatem preferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violentiam quamcumque presumere. Si quis hęc monita temerare presumpserit et male rapta cum confusione restituet et excommunicationis annue sententiam sustinebit.

a) dictaverunt *C*.

b) *korr. aus* tali *M*; tali *K*.

c) insinuent *C*.

d) *fehlt CR*.

e)-e) *fehlt R*.

f) egerit *C*.

23. Ex Ancirano concilio.

De his, quę pertinent ad ecclesiam, quęcumque, cum non esset episcopus, presbiteri vendiderunt, placuit rescisso contractu ad iura ecclesiastica revocari. In iudicio autem erit episcopi, si pretium debeat recipi necne, quia plerumque rerum distractarum redditus ampliorem summam pro pretio dato reddi^a.

a) reddit *CR*.

24. Ex concilio Aureliano^a.

Omnes basilicę, quę per diversa loca constructę sunt vel cotidie construuntur, placuit secundum sanctorum^b canonum^b regulam, ut in eius episcopi, in cuius territorio posite sunt, potestate consistant.

- a) aureliani *KR*; aurel̄ *C*.
- b) canonum sanctorum *C*.

25. Ex eodem.

Ut ecclesię antiquitus constitutę nec decimis nec ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

26. Ex^a concilio Calcedonensi, cap. XVII.

Singularum ecclesiarum rusticas parrochias vel in possessionibus constitutas precipimus manere inconcussas illis episcopis, qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi^b obtinentes sub dispositione rexerunt. Quodsi^c intra tricennium facta fuerit de his altercatio, licere eis, qui se lesos asserunt, apud sanctam synodum provincię de his movere certamen decrevimus.

- a) *Inskription fehlt, kein Absatz R.*
- b) *in K; folgt vel interruptione C.*
- c) *folgt getilgt ita M.*

27. Ex concilio Agathensi.

Et^a licet superfluum sit de re nota et antiquis canonibus prohibita iterato aliquid definire, tamen quo facilius cupiditas aut improbitas reprimatur, id statuimus, quod omnes iubent, ut civitatenses sive diocesani presbiteri vel clerici salvo iure ecclesie rem ecclesie, sicut permiserint episcopi, teneant. Quod si fecerint vel fecer(unt), et facta venditio non valebit et de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant et communione priventur.

a) Ut *R.*

28. In eodem.

Episcopus, qui filios aut nepotes non habens^a alium quam ecclesiam relinquit^b heredem, si quid de ecclesia non ecclesie causa aut^c necessitate presumpsit, quod distraxit aut donavit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, que relinquit^d, ab heredibus eius indemnitatibus^e ecclesie consulatur.

- a) habent *K*.
- b) relinquerit *K*.
- c) *folgt* ex *C*.
- d) reliquerit *K*.
- e) hisdem nitatibus *M*.

29. Ex concilio V Cartaginensi.

Placuit, ut rem^a ecclesie nemo vendat. Quodsi aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati provincie, ut cum statuta^b numero episcoporum, utrum faciendum^c sit, arbitretur. Quodsi tanta urget necessitas ecclesie, ut non possit ante consulere, saltem post factum curet hoc statim agere vel vicinis episcopis hoc antea indicare et ad consilium referre easdem ecclesie necessitates. Quodsi non fecerit, reus concilii venditor teneatur.

- a) res *K*.
- b) statuto *C*.
- c) facienda *M*.

30. Ex concilio Toletano.

Abbatibus, presbiteris reliisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro misterio alienare vel obligare absque permissu et subscriptione episcopi nichil liceat. Quod si presumpserit, degradetur, et quod temere alienatum est, ordinatione episcopi revocetur.

31. Ex libro institutionum Iustiniani. De legibus.

Nullius autem sunt^a res sacrę et religioſę et sanctę. Quod enim divini iuris est, id nullius in bonis est. Sacra sunt, quę rite et per pontifices Deo consecrata sunt, veluti edes sacre et dona^b, quę rite, ad ministerium Dei dedicata sunt; quę etiam per nostram constitutionem alienari et obligari prohibemus, excepta causa redemptionis captivorum. Si quis vero sua auctoritate quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo sacrę ecclesię edificatae sunt, etiam dirupto^c edificio adhuc sacer manet, ut et Papianus^d scripsit.

- a) sinit *R.*
- b) donaria *C.*
- c) *korr. in diruto C; diruto R.*
- d) papinianus *C.*

32. Ex concilio^a Africano^a VIII.^b

Placuit, ut episcopi, quascumque ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram existimant pertinere, non ita repetierint, ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint sive nolentibus sive volentibus^c plebibus, causę suę detrimentum patiantur. Et quicumque hoc iam fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem constiterit pretermisiss iudicibus ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primate, ut retineat, litteras impetraverit. Sed sive habeat litteras sive non habeat, conveniat eum, qui tenet, et eius litteras accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quęstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur^d, sive quos eis primas dederit sive quos ipsi vicinos cum consulto primatis delegerint.

a) Africano concilio *MR*.

b) *fehlt CR*.

c) nolentibus *K*.

d) finatur *R*.

33. Ex novellis Iustiniani imperatoris.

Presens constitutio iubet, quod^a sacratissimam ecclesiam Romanam C^{lum} annorum prescriptione solum in suis actionibus posse removeri. Nichil autem de ea latius exponemus, quia innovata est ab alia constitutione, quę data est a consule Belisarii.

a) *ether* q(ui)d(em) C.

34. Item ex eisdem.

Neque decennii neque XX vel XXX annorum prescriptio religiosis domibus obponatur, sed sola XL annorum curricula non solum in ceteris rebus, sed etiam in legatis et in hereditatibus.

35. Imperator^a Valentinianus et Theodosius et Archadius augusti.

Si quis in tantam furoris pervenit^b audaciam, ut possessionem rerum apud fiscum vel apud homines quoslibet constitutarum^c ante eventum^d iudicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori et dominium eiusdem rei ammittat. Si vero alienam possessionem invasit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur.

- a) Imperatores *K.*
- b) pervenerit *C.*
- c) constituar(um) *R.*
- d) adventum *K.*

36. Ex libro digestorum.

Sive autem corpore sive animo possidens quis deiectus est, palam est eum vi deiectum videri^a. Iccirco si quis de agro suo vel de domo processisset nemine suorum relicto, mox revertens prohibitus sit ingredi in ipsum predium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit^b et ipse possederit, vi deiectus videtur. Ademisti enim ei possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore. Quod vulgo dicitur estivorum hybernorumque saltuum nos possessiones animo retinere, id^c exempli causa^d didici Proculum^e dicere^f. Nam ex omnibus prediis, ex quibus non^g hac mente recedemus^h, ut omisisse possessionem vellemus, idem estⁱ eum, qui neque animo neque corpore possidebat, ingredi autem et incipere possidere prohibeatur, non videri deiectum verius est. Deicitur enim qui ammittit possessionem, non qui non^j accipit. Vim^k vi^k repellere licere Cassius scribit idque ius natura comparatur^l. Apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere. Vi possidere eum diffiniendum est, qui expulso vetere possessore adquisitam rerum possessionem optinet, aut qui in hoc ipsum aptatus^m et preparatus venit, ut contra bonos mores auxilio, ne prohiberi possit, ingrediens possessionem facit. Sed qui per vim possessionem suam retinuit, Labeo aitⁿ non vi possidere. Idem^o Labeo ait eum, qui metu turbę perterritus fugerit, videri deiectum. Sed Pomponius ait vim^p sine corpore aliquo locum non habere. Ego^q etiam eum, qui fugatus est supervenientibus quibusdam, si illi vi occupaverunt possessionem, videri vi deiectum. Eum igitur, qui cum armis venit, possumus armis repellere, sed hoc statim, non ex intervallo, dummodo sciamus non solum resistere permissum, ne eiciatur, sed et si deiectus quis fuerit, eundem eicere non ex intervallo, sed ex continenti.

- a) vicli R.
- b) denuunt R.
- c) ad K.
- d) causam K.
- e) pro cultu C.
- f) ducere C.
- g) in K.
- h) recedimus CR.
- i) fehlt K.
- j) fehlt C.
- k) Vi vim C.
- l) cooperatur C.
- m) folgt est C.
- n) ut K.
- o) Ideo K.
- p) Vñ R.
- q) Ergo CR.

37. Imperator Iustinianus A. Iuliano pape.

Ut inter divinum publicumque ius et privata commoda competens discretio sit, sancimus: si quis aliquam reliquerit hereditatem vel legatum vel fideicommissum vel donationis titulo aliquid dederit vel vendiderit sive sacrosanctis ecclesiis sive venerabilibus xenodochiis vel monasteriis masculorum vel virginum vel orphanotrophiis vel brephotrophiis vel gerontochomiis necnon iuri civitatum, relictorum vel donatorum vel venditorum eis^a sit longeva exactio, nulla solita temporis prescriptione coartanda. Sed et si in redemptione captivorum quedam pecunie vel res relictę vel legitimo modo donatę sunt, et earum exactionem longissimam esse censem^b et nobis quidem^c cordi erat nullis temporum metis huiusmodi^c actionem circumcludi. Sed ne videamur in^d infinitum hanc extendere longissimum vite hominum tempus^e elegimus^f et non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi C annorum curricula excesserint. Tunc enim tantummodo^g huiuscemodi exactionem evanescere sinimus. Sive itaque memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas sive legatum sive fideicommissum fuerit relictum vel donatio vel venditio processerit in quibuscumque rebus mobilibus vel immobilibus vel se^h moventibus, sive pro redemptione captivorum quedam fuerint derelicta vel donata, sit eorum penę perpetua vindicatio et ad annos C, ut dictum est, extendatur, nulla alia exceptione temporum inhibenda, sive contraⁱ primas personas sive contra heredes vel successores eorum moveantur. In his autem omnibus casibus non solum personales actiones damus, sed etiam in rem et hypothecarias secundum nostrę tenorem constitutionis, quę legatariis et hypothecariis donavit, et supradictis omnibus unum tantummodo terminum^j vite sue imponimus, id est C^{um} metas annorum. Hęc autem omnia observari sancimus in his casibus, qui vel postea fuerint nati vel iam in iudicium deducti sunt.

- a) eius *M.*
- b) quod *R.*
- c) hoc modo *K.*
- d) *nachgetragen M.*
- e) *fehlt K.*
- f) elegimus *K.*
- g) tummodo *M.*
- h) sese *C.*
- i) esse *R.*
- j) *fehlt K.*

XIII. De servis ecclesię manumittendis et de expositis.

1. Gregorius Theodoro.

Aecclesiasticis utilitatibus desudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, ut qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt, digne nostris provisionibus consolentur. Quia igitur Theodorum virum eloquentissimum consiliarium nostrum mancipiorum cognovimus ministerio destitutum, ideo puerum nomine Acosimum natione Siculum iuri dominioque suo dari tradique precipimus. Quem quoniam^a traditum ex nostra voluntate iam possidet, huius necesse fuit pro futuri^b testimonio ac robore^c largitatis auctoritate fulciri, quatenus Domino protegente secure eum semper sine ullius retractionis^d suspitione quippe ut dominus valeat possidere.

a) quam *K*.

b) *korr. in futuro C*.

c) *folgt nachgetragen dignitatis ac C*.

d) retraction(e) *K*; retractacionis *C*.

2. Ex^a Toletano concilio III.^b

Episcopus, qui mancipium iuris ecclesie non retempto ecclesiastico patrocínio manumitti desiderat, duo meriti eiusdem et peculii coram concilio ecclesie, cui preminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat.

a) De *C*.

b) *fehlt C*.

3.

Consensus totius concilii definivit, ut sacerdotes, qui aut res suas relinquunt ecclesie aut nichil habentes aliqua tamen predia aut familias ecclesiis^a suis^a conquirunt, licebit illius^b aliquos de familiis eiusdem ecclesie manumittere iuxta rei conlatu modum, quem antiqui canones decreverunt, ita ut cum peculio et posteritate sua ingenui sub patrocinio ecclesie maneat^c utilitates iniunctas sibi, iuxta^d quod potuerint, prosequentes.

a) suis ecclesiis *C*.

b) illis *C*.

c) *folgt in CR*.

d) *folgt getilgt nochmals* sibi iuxta *M*.

4.

Si expositus ante ecclesiam cuiusque sit miseratione collectus, contestationis ponatur ecclesia, ut si his, qui collectus est, intra X dies quesitus agnitusque non fuerit, securus habeat, qui collegit. Sane qui post predictum tempus calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

XIV.^a De precariis et commutationibus ecclesiarum.

1.

Ut precarię et commutationes tempore^b viduarum ecclesiarum factę ab his, qui loca episcoporum occupaverant, rescindantur et cum auctoritate ecclesiastica vel civili, si faciendę sunt, fiant.

a) *Zahl fehlt R.*

b) *temporum K.*

2.

Precarię a nemine de rebus ecclesiasticis fieri presumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur; ex proprio duplum accipiatur et^a rebus ecclesię in suo tamen, qui dederunt, nomine, si res proprias et ecclesiasticas usu fructuario tenere voluerit^b. Si autem res proprias ad presens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tamen^c quis nomine sumat, quia sic eas quemque tractare, ut alienarum dispensatorem convenit, non propriarum largitorem.

- a) *korr. in in C.*
- b) *voluerint C.*
- c) *tantum K.*

3. Ex eodem.

A^a nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo et sanctis eius dicatis, cum ratio et usus optineat neminem, cui non vult, contra utilitatem et rationem prestitum de proprio facere beneficium.

a) Ut *R.*

XV.^a De privilegiis ecclesiarum et monasteriis observandis.

1. Anacletus servus servorum Dei omnibus episcopis et reliquis Christi sacerdotibus in Domino salutem.

Privilegia ecclesiarum et monasteriorum intemerata et inviolata æternis decrevimus manere temporibus. Leges ecclesie apostolica firmamus^b auctoritate et peregrina iudicia submovemus.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *nachgetragen M.*

2. Leo.

Ad christianum et vere religiosum vereque orthodoxum principem loquor. Multum Anatholius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento. Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam, et protegente Dei^a dextera^a diuturno clementie vestre fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum secularium, alia divinarum, nec preter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit predicto, quod vestre pietatis auxilio et mei favoris assensu episcopatum tantę urbis optinuit. Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam facere non potest sedem, nec ullo modo spectet, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim ecclesiarum^b et monasteriorum sanctorum^c canonibus instituta et venerabilis Nicene fixa decretis nulla^d possint^e improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me^f perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est.

- a) dextera dei C.
- b) *folgt* sanctarum C.
- c) *fehlt* C.
- d) *folgt nochmals* nulla K.
- e) possunt CR.
- f) *nachgetragen* M.

3. Iulius.

Amputato totius usurpationis excessu nullus debet presumere que sibi non videntur esse concessa. Ea, que^a sunt^a ab apostolis eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur.

a) sunt que *K*.

4. Leo Martiano augusto.

Ad nostrum reatum tendit, si paternarum regule sanctionum nobis consentientibus vel negligentibus violentur.

5. Gregorius Romanę ecclesię presul Iohanni Solonitano^a episcopo. In epistola XXXII.^b lib. VIII.

Grave nimis et contra sacerdotale constat esse propositum cuiusquam monasterii privilegia olim indulta confundere et ad irritum, quę sunt pro quiete disposita, niti deducere.

a) solitano *KR*; salonitano *C*.

b) XXII *K*.

6. Idem Bonifatio primo defensori.

Institutionis nostrę decreta, quę sunt privilegiis et ordinatione disposita, perpetua stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione servari, sive quę scripto decrevimus seu quę in nostra presentia videntur esse disposita, nec a quoquam pontificum in totum vel in partem ea qualibet occasione convelli decernimus^a vel mutari. Nam nimis est asperum et precipue bonis sacerdotum moribus inimicum^b niti quempiam quacumque rationis excusatione, quę bene sunt ordinata, rescindere et exemplo suo docere ceteros sua queque^c posse^d constituta dissolvi.

a) *davor* decerni *MK* (*rad. M*).

b) *munitum R*.

c) *fehlt M; korr. C*.

d) *folgt Rasur M*.

7. Idem Dominico Cartaginensi episcopo. In epistola XXXVIII^a lib. II.

De ecclesiasticis privilegiis, quod fraternitas vestra scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis sua iura servamus. Nec cuilibet favente gratia ultra, quam meretur, impertior nec ulli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo, sed fratres meos per omnia honorare cupio sicque studeo honore singulos subvehi, dummodo non sit, quod alteri iure ab altero possit opponi.

a) *folgt* in *MR*; XXXVIII *K*.

8. Idem Vigilio Arelatensi episcopo. In epistola LXXXII^a lib. VIII.^b

Dum pię desiderium voluntatis et laudandę devotionis intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuvanda, cura est^c sollicitudinis adhibenda, ut ea, quę pro quiete religiosę conversionis^d sunt ordinata, nec dissimulatio negligere nec quędam valeat presumptio perturbare, sed sicut hoc, quod ratio exigebat, utiliter obtinuit diffiniri, ita quod definitum^e est, non debet violari.

- a) LXXII *K*; LXXX *R*.
- b) VIII *KC*.
- c) *nachgetragen M*.
- d) conversationis *CR*.
- e) diffinitum *KC*.

9. Idem papa Secundino episcopo. In^a epistola XXX lib. VIII.^a

Rationis ordo non patitur, ut monasterium contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum quisquam debeat vindicare.

a)-a) *fehlt K.*

10. Idem episcopus Mariniano^a episcopo. In epistola XLIII lib. VII.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, antea nos officium, quod in regimine cenobii exhibuimus, informat. Et quia in plurimis monasteriis multa a presulibus preiudicia atque gravamina monachos pertulisse cognoscimus, oportet ut nostrę^b fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatinus conversantes in illis in Dei servitio gratia illius suffragante mente libera perseverent. Sed ne ex ea, quę magis emendanda est, consuetudine quisquam monachis quicquam molestię presumat inferre, necesse est, ut hec, quę inferius enumerare curabimus^c, ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri^d, ut ex eis non possit ulterius inferende inquietudinis occasio reperiri.

- a) Mariano *CR*.
- b) vestrę *C*.
- c) *korr. in* curavimus *C*.
- d) cusdiri *M*.

11. Idem urbis Romę episcopus Castorio episcopo. In epistola XLIII lib. V.

Abbatem cuilibet monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus monasticę disciplinę communi consensu congregatio poposcerit, ordinare te^a volumus. Missas autem publicas per episcopos vel clericos in monasteriis^b fieri omnino prohibemus, ne in servorum Dei recessibus popularibus occasio prebeat ulla conventibus et simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat frequentior quoque muliebris introitus.

a) *fehlt R.*

b) *monasteris K.*

12. Idem Iohanni Ravennati^a episcopo. In epistola I lib. V.

Pervenit ad me, quod in ecclesiis fraternitatis tuę aliqua loca dudum monasteriis consecrata nunc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta sunt. Dumque hi, qui sunt in ecclesiis, fingunt se religioŕ vivere, monasteriis preponi appetunt et per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo etenim potest et ecclesiasticis obsequiis deservire et in monachica regula ordinate persistere, ut ipse districtionem^b monasterii teneat, qui cotidie in ministerio ecclesiastico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum est, emendare festinet, quia ego nullo modo patiar, loca sacra ut pro clericorum ambitu destruantur.

a) ravennato *M.*

b) districtione *M.*

13. Idem Mariniano episcopo Ravennati. In epistola XL lib. VII.

Dudum ad nos multorum relatione pervenerat monasteria in Ravennatibus partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio pregravari, ita ut occasione quasi regiminis ea, quod dici grave est, velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes predecessori vestro litteras misimus, ut hoc emendare debuisset^a. Sed quoniam vitę est termino citius occupatus, ne hoc onus monasteriis^b remaneret, fraternitati vestrę eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, ut^c comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatum est, hęc ad vos iterum previdimus scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora omnique excusatione submota ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis gravamine relevare, quatinus nullam deinceps in eis clerici, vel qui in sacro sunt ordine constituti, ob aliud habeant nisi orandi tantummodo causa accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati mysteria. Sed ne per cuiuslibet monachi aut abbatis promotionem onus aliquod^d fortasse monasteria sustineant, studendum vobis est, ut si quispiam monachorum ex quocumque monasterio ad clericatus officium vel ordinem sacrum accesserit, non illic aliquam ulterius habeat potestatem, nec^e monasteria^f huius occasionis velamine ea, quę prohibemus, sustinere onera compellantur. Hęc itaque omnia vigilantia cura emendare iam secundo commonita sanctitas vestra non differat, ne si post hęc neglegentes vos esse, quod non credimus, senserimus, aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Notum enim^g vobis sit, quia tantę necessitati servorum Dei congregationem amplius subiacere non patiemur.

- a) debuisses *K*.
- b) monasterii *K*.
- c) *fehlt K*.
- d) aliquid *KC*.
- e) *korr. in ne M; ne CR*.
- f) monesteria *M*.
- g) vobis enim *CR*.

14. Idem Maximiano Siracusano episcopo. In epistola XI lib. III.

Presbiteros diaconos ceterosque cuiuslibet ordinis, qui^a ecclesiis quoquomodo militant, abbates fieri per monasteria non permittas, sed aut omnia clericatus militia monachicis provehantur ordinibus, aut si in abbatis loco permanere decreverint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum est, si cum unum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit^b explere, ad utrumque videatur^c idoneus, sicque invicem et^d ecclesiasticus ordo vitę^e monachicę^e et ecclesiasticis utilitatibus^f regula^f monachatus impediat.

- a) *folgt* in *K*.
- b) *posset* *M*.
- c) *indicetur* *MC*.
- d) *fehlt* *R*.
- e) *monachicę vitę* *M*.
- f) *fehlt* *R*.

15. Idem Lucido^a episcopo^a. In^b epistola^c XV lib. XII.^b

Filius noster Iohannes abbas presbiterum sibi in monasterio suo ex congregatione eadem petit ordinandum. Ideoque fraternitatem vestram presenti auctoritate duximus adortandam, quatenus virum, quem vobis de congregatione sua ad ordinationem presbiteri obtulerit consecrandum, de eo, sicut est consuetudinis, queque sunt discucienda, subtiliter perquiratis, et si nichil in eo repertum fuerit, quod ei possit obviare, canonice, sicut moris est, consecretur; nichil ei aliud privilegii concedentes, nisi ut in congregatione sua, quotiens oportunum fuerit, sacra missarum debeat tantummodo celebrare misteria.

a) *nachgetragen M.*

b)-b) *fehlt MC; stattdessen hier schon die Angaben von III 15,16 C.*

c) *cap. (statt In epistola) R.*

16. Idem Victori episcopo. Epistola^a XXXVIII^b lib. VI.^a

Urbicus abbas^c monasterii sancti Hermetis, quod Panormi situm est, a nobis cum congregatione sua magnopere postulavit in eodem monasterio presbiterum, qui sacra missarum sollempnia celebrare deberet, ordinari. Et quia huiusmodi non est differenda petitio, fraternitatem tuam scriptis presentibus necessarium duximus adhortandam, ut eum, qui ad hoc ministerium de eadem congregatione electus fuerit, cuius vita^d mores et actio tanto possit ministerio convenire, sine mora auxiliante Domino debet^e consecrare^f, quatenus nec ille de monasterio suo hac pro causa egredi nec extraneum sibi ad peragendum sacrum opus cogatur adducere.

a)-a) *schon bei III 15,15 C.*

b) XXXVIII *M.*

c) abbatis *R.*

d) *folgt et K.*

e) debeat *C.*

f) consecrari *K.*

17. Imperator Valentinus et Martianus augusti^a.

Privilegia, quę^b generalibus constitutionibus universis sacrosanctis ecclesiis orthodoxę religionis retro principes prestiterunt, firma et illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quę contra canones ecclesiasticos interventu gratię et ambitiones^c elicite sunt, robore suo et^d firmitate vacuatas cessare precipimus.

- a) au \bar{g} *MK*; aug^o *CR*.
- b) *fehlt K*.
- c) ambitionis *CR*.
- d) in *K*.

18. Constantinus clericis salutem dicit.

Iuxta sanctionem quam dudum meruistis, perhibemini, fundos et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit, sed vacatione gaudebitis. <Cum^a enim dixit "nullus", nemo excipitur, verum in hac comprehensione etiam principalis potestas concluditur^a.>

a)-a) Cum - concluditur *fehlt MK*.

19. Constantinus quoque et Constans hanc immunitatem dederunt dicentes:

In qualibet civitate, in quolibet oppido vel vico, castello, municipio quicumque voto christianę legis meritum eximie singuleque virtutis omnibus intimaverit, securitate perpetua potiatur. Gaudere enim et gloriari ex fide volumus semper, scientes magis religionibus quam offitiis et labore corporis vel sudore nostram rem publicam contineri.

20. Valentinianus quoque et Valens decreverunt dicentes:

Universos, quos^a constiterit custodes ecclesiarum esse vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deservire, nullius attentationis^b molestiam sustinere decrevimus.

a) *korr. aus* quosque *M*; quosque *K*.

b) attentationibus *K*.

21. Item Archadius nichilominus et Honorius.

Quęcumque, inquit, a parentibus nostris^a diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas ꝑcclesias precipimus. Nichil igitur a privilegiis inmutetur. Omnibus qui ꝑcclesiis deserviunt, tuitio deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentię cupimus quam ex his, quę olim prestita sunt, inmutari.

a) vestris *K*.

22. Ex item idem:

Non tam novum aliquid presenti sanctione precipimus, quam illa, quę olim videntur indulta, firmamus. Privilegia igitur quę olim reverentia religionis obtinuit, mutilare sub pene etiam interminatione prohibemus, ita ut hii quoque, qui^a ecclesie^b ipsius beneficiis perfruantur.

a) *fehlt C.*

b) *folgt nachgetragen* serviunt *M.*

23.^a

Privilegium omnino meretur ammittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

a) *Inskription Leo C.*

24. Gregorius.

Omnimodis^a ecclesiasticę disciplinę vel moderationi est conveniens, ut quę ordinata fuerint vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

a) Omnimodi C.

25. In Tolletano concilio.

Clerici, qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

26. Ex concilio Calcedonensi.

Quę semel dicata sunt monasteria, concilio episcoporum, qui civitates tenent, manere^a sic^b placuit perpetuo^c monasteria et res, quę ad ea pertinent, monasteriis^d reservari debere nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui vero hoc fieri permiserint, canonum sententiis subiacebunt.

- a) *folgt* perpetuo C.
- b) *korr. aus* si M; si K.
- c) *fehlt hier* C.
- d) *nachgetragen* M.

27.

Si ecclesie venerabilis privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate dissimulata vel dissimulatione corrupta, commissum quinque librarum auri, sicut etiam^a prius constitutum est, condemnatione plectatur ipsaque privilegia nichilominus plenissimum per omnia obtineant vigorem.

a) *nachgetragen M.*

XVI.^a De observatione ecclesiasticorum.

1. Clemens.

Hic^b ergo, hoc est in presenti vita positus, oportet vos agnoscere voluntatem et preceptum Dei, ubi et^c agendi et sacrificandi sit locus, quoniam in aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus proprius episcopus iusserit, aut qui ab episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecrati fuerint. Aliter enim non sunt hec agenda nec rite celebranda, docente nos novo et veteri testamento. Hęc a Domino apostoli acceperunt et nobis tradiderunt, hęc nos docemus vobisque et omnibus absque reprehensione tenere et docere, quibus agendum est, mandamus.

a) XXVI M; *Zahl fehlt K.*

b) Sic MK.

c) *fehlt K.*

2. Anacletus.

Sacerdotes, quando sacrificant, non soli hec^a agere debent, sed testes secum habeant, ut Deo perfecte in sacratis Domino locis sacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divine: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit^b Dominus Deus tuus.

- a) hoc *K*.
- b) elegerit *C*.

3. Felix episcopus omnibus orthodoxis.

Sicut non alii quam sacri Domino sacerdotes debent^a missas^a cantare nec sacrificia super altare offerre, sic^b nec in aliis quam Domino sacris locis, id est in tabernaculis divinis precibus a pontificibus dicatis et^c in mensis Domino sacris et sacra unctione a pontificibus delibatis^c, missas cantare aut sacrificia offerre, nisi summa coegerit necessitas. Satius est ergo missam non cantare aut non audire quam in his locis, ubi fieri non oportet, nisi pre summa contingat necessitate, quoniam necessitas legem^d non^d habet. Unde scriptum est: Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem^e videris, sed in loco^e, quem^f elegerit Dominus Deus tuus. In domibus tamen ab episcopis sive presbiteris oblationes celebrari nullatenus licet.

a) missas debent *K*.

b) *korr. aus* si *M*; si *K*.

c)-c) *fehlt R*.

d) non legem *R*.

e)-e) *nachgetragen M*; *fehlt K*.

f) *folgt* non *K*.

4. Silvester papa in generali residens synodo dixit.

Nullus presbiter missas celebrare presumat nisi in sacratibus ab episcopo locis, qui sui particeps decreto^a voluerit esse sacerdotii.

a) de cetero *CR*.

5. Telesphorus papa.

Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandę, quia eadem hora et Dominus crucifixus est et super apostolos spiritus sanctus descendisse legitur, excepto noctę sanctę nativitatis.

6. Zacharias^a papa^a.

Ut episcopus aut presbiter, dum ingressus fuerit ad missarum sollempnia celebranda, nisi passio aliqua intervenerit, nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab aliquo episcopo aut presbitero suppleantur missarum sollempnia, sed qui initium ponit, suppleat usque ad finem, quia scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Si quis vero presumpserit, preter quod posuimus, agere, a sacro corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi^b suspensus^c sit^d.

a) *fehlt C.*

b) *folgt sit K.*

c) *korr. in suspensum M.*

d) *censemus M (nachbetragen s. auch das folgende Kap.); fehlt hier K.*

7. Ex concilio Tolletano.

Censem^a vel^a cum^b a sacerdotibus missarum tempore sacra misteria consecrantur, si egritudinis accidat quilibet eventus, ut^c ceptum nequeat consecrationis explere misterium, sit liberum episcopo vel presbitero, ut alter consecrationem habeat officii cepti. Non enim aliud^d ad supplementum initiatis mysteriis competit quam aut incipientis aut subsequenter complenda benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim^e simus omnes in Christo, nichil contrarium diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici inclitum vel indultum sibi esse non ambigant, sed ut permissum est precedentibus^f, statim alii pro complemento accedant. Nec tamen, quod naturę langoris causa consulitur, in presumptionis perniciem convertantur^g.

a) *fehlt MC (censem am Schluß des vorherigen Kap. nachgetragen M.)*

b) *auf längerer Rasur M.*

c) *fehlt MR.*

d) *korr. in alius C.*

e) *folgt unum C.*

f) *korr. aus precentibus M; precentibus K.*

g) *korr. in convertatur M; convertatur C.*

8. Augustinus.

Et^a hoc attendendum est, ut missę peculiare, quę per dies sollemnes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus a publicis missarum sollempnibus, quę hora tertia canonicę fiunt, abstrahatur, quia pessimus usus est apud quosdam in dominicis diebus sive in quibuslibet festivitibus mox missam celebrare. Quam quis, etsi pro defunctis sit, cum audierit, abscedat et per totum diem a primo mane ebrietati et commessationi potius quam Deo serviat. Admonendus est populus, ut ante publicum peractumque officium ad cibum non accedat, sed omnes ad publicam sanctam matrem ecclesiam missarum sollempnia et predicationem audituri conveniant, et ut sacerdotes missas hora tertia celebrent, ut populus a publicis sollempnibus non abstrahatur. Sed sacerdotes, qui in circuitu urbis aut in eadem urbe sunt, et populus, ut prediximus, in unum ad publicam missarum celebrationem conveniant, exceptis Deo sacratis feminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterii contineri.

a) Ut *K.*

9. Clemens.

Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quodsi remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quę in sacrario relictas sunt, consumunt, non statim ad communes sumendos cibos conveniant, nec putent sanctę portioni commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus^a in secessum emittitur. Si ergo mane die dominica porrigitur, usque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserint, et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent usque^b ad vesperam. Sic secreta sanctificatione ęterna custodienda sunt.

a) digestum *M.*

b) *nachgetragen M.*

10. Fabianus papa.

Decrevimus, ut in omnibus dominicis diebus altaris oblatio^a ab omnibus viris vel mulieribus fiat tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur.

a) oblatio *R.*

11. Idem.

Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel lectiones et reliquas observationes in missa^a secundum ritum implere non potest.

a) missas C.

12. Idem.

Oblationem quoque et pacem in ecclesia facere iugiter admoneatur populus christianus, quia in ipsa oblatione^a sibi et suis magnum remedium est animarum et in ipsa pace vera unanimitas et concordia demonstratur.

a) *folgt* et C.

13. Anicius papa.

Panes, quos Deo sacrificium offertis, aut a vobismetipsis aut a vestris pueris coram vobis nitide ac studiose fiant. Et diligenter observetur, ut panis et vinum et aqua, sine quibus missę nequeunt celebrari, mundissime atque studiose^a tractentur et nichil in eis vile, nichil non probatum inveniatur iuxta illud, quod ait scriptura: Sit timor Domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite.

a) studiosissime C.

14. Fabianus papa.

Ut si non frequentius, vel ter laici homines communicent in anno, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, id est in pascha et pentecosten et natal(i) Domini.

15. Silvester papa.

Singulis diebus dominicis in XL preter hos, qui excommunicati sunt, et preter illos, qui in publica penitentia sunt, sacramenta corporis et sanguinis Christi sumenda sunt et in cena Domini, in vigilia pasce et in die resurrectionis Domini et in pentecosten et in natali Domini penitus ab omnibus communicandum est.

16. Sother papa.

In cena Domini a quibusdam perceptio eucharistię neglegitur^a. Quę quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro gravibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam penitentes eadem die ad percipienda corporis et sanguinis dominici sacramenta reconcilientur.

a) neglitur *M*.

17. Pius papa.

Si vero per negligentiam de calice aliquid distillaverit in terram, linguabitur^a, tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus conradetur et igne consumetur et cinis intra altare recondetur et sacerdos XL dies peniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam et III dies peniteat. Si per linteum altaris ad aliud stilla pervenerit, IIII dies peniteat. Si usque ad quartum, XV dies peniteat et linteamina, quę tetigerit stilla, minister abluat tribus vicibus, calice subterposito, et aqua ablutionis sumatur et iuxta altare recondatur.

a) lingatur C.

18. Petrus^a.

Si post illusionem, quæ per somnium solet contingere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra misteria caelebrare?

a) *folgt* diaconus C.

19. Gregorius.

Et quidem hunc^a testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum dicit et nisi lotum aqua et usque ad vesperum intrare ecclesiam non conceditur^b. Quod tamen specialiter^c populus spiritualis intelligens sub eodem intellectu accipiet, quo^d prefati sumus. Qui quasi per somnium illuditur, qui temptatus immunditia vanis imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lavandus est aqua, ut culpa cogitationis lacrimis abluatur, et nisi^e prius ignis temptationis recesserit, reum se quasi usque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadem illusionem necessaria valde discretio, quę subtiliter pensari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Nam aliquando ex crapula, aliquando ex naturę superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturę superfluitate vel infirmitate evenerit, omnimodo hec illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est quam fecisse. Cum vero ultra modum appetitus gulę^f in sumendis alimentis rapitur atque idcirco humore receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi corporis Christi vel missarum sollempnia celebrandi, cum^g fortasse aut festus dies exigit aut exhiberi misterium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit, mutatis vestibus cantet. Nam si adsunt alii, qui implere misterium valeant, illusio per crapulam facta a perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet, si tamen dormientis mentem turpi^h imaginatione^h non concusseritⁱ. Nam sunt, quibus ita plerumque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginibus non fedetur. Qua in re unum inibi ostenditur: ipsa mens^j tamen^j rea^j fit^k suo iudicio libera, cum se et dormiente corpore nichil meminit in ingluviem cecidisse. Sin vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormientis, patet animo reatus suus. Videt enim, a qua radice inquinatio illa processerit, quia quod cogitavit sciens, hoc protulit^l nesciens. Propter talem pollutionem a sacro mysterio eo die abstinere oportet.

a) *übergeschrieben* id est presbiterum *M*; *folgt* presbiterum *CR*.

b) concedit *M*; *korr. in* concedit *C*.

c) *in der Mitte* *korr. M*; aliter *CR*.

d) *korr. in* quod *C*.

e) nis *K*.

f) *fehlt* *K*.

g) eum *K*.

h) turpis imaginatio *C*.

i) concussit *C*.

j) tamen mens rea *C*; mens rea non tamen *R*.

k) sit *K*; *korr. aus* sit *C(?)*; si *R*.

l) pertulit *CR*.

20.

Sanctus Cyprianus dixit: Eucharistia quotidie ad cibum salutis accipitur. Sanctus Ambrosius dixit: Si quotienscumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo^a semper^a accipere^a; qui semper pecco, debeo^b semper accipere medicinam. Sanctus Ylarius dixit: Si non tanta sunt peccata, ut excommunicetur quis, non se debet a medicina corporis Domini separare. Unde timendum est, ne diutius abstractus a Christi corpore alienus remaneat a salute. Nam manifestum est eos vivere, qui corpus eius adtingunt, ipso Domino dicente: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis^c eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis^c. Qui enim iam peccare quievit, communicare non desinat.

a) *fehlt C.*

b) *korr. aus debe M.*

c)-c) *fehlt, stattdessen cetera K.*

21. Augustinus.

Quotidie eucharistię communionem accipere nec laudo nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum orton. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistię perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus et confidens de Domini miseratione accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non gravant. Nam quem^a mortalia post baptismum crimina commissa premunt, hortor prius publica penitentia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium et condemnationem sui eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu et confesso religionis studio perditę^b correctionem et iugi immo perpetuo luctu miserante Deo^c, ita dumtaxat in^d contraria pro his, que penitet^e, agat et eucharistiam omnibus dominicis^f supplex et summissus usque ad mortem perveniat^g.

- a) que *M*.
- b) per vitę *CR*.
- c) *folgt* veniam consequatur *CR*.
- d) ut *CR*.
- e) *folgt* non *CR*.
- f) *folgt* diebus *KC*.
- g) percipiat *CR*.

22. Ex^a concilio Aureliani^b.

Omne sacrificium sordida vetustate perditum igne comburendum est, et cinis iuxta altare sepeliendus.

a) *ganze Inskr. fehlt, stattdessen Inskription von III 16,23 C.*

b) aurelianensi K.

23. Ex^a penitentiali Romano.

Si ceciderit sacrificium de manibus offerentis terratenus, ut non inveniatur, omne quodcumque inventum fuerit in loco, in quo ceciderit, comburetur et cinis ut supra^b abscondatur, et cui accidit, medium annum peniteat. Si vero sacrificium inventum fuerit, locus scopis mundetur et stramen ut supra ignetur et cinis ut supra recondatur^c et sacerdos XX dies peniteat.

a) *Inskription schon vor III 16,22 C.*

b) *folgt dictum est comburatur K.*

c) *recondetur C.*

24. Felix papa omnibus orthodoxis.

Sollemnitates dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos sunt celebrandę. De ecclesiarum consecrationibus quotiens dubitatur et nec certa^a scriptura nec testes existunt, a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse sacrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem^b, quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum.

a) certe *C*.

b) deteriolem rationem *K*.

25. Ex concilio Meldensi.

Ut ecclesię vel altaria, quę ambigüę sunt de consecratione, consecrentur et ut superflua altaria destruantur.

26. Fabianus^a.

Litteris vero vestris inter cetera insertum invenimus quosdam regionis vestre^b episcopos a vestro^c nostroque ordine discrepare et non per singulos annos^d in cena Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam servare. Dicunt enim, ut in memoratis repperimus apicibus, nec per singulos annos balsamum posse reperire nec necesse fore^e per singulos annos crisma conficere, sed dum una confectio crismatis habundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim, qui talia excogitant et mente vesana potius quam recta sciendi^f hec dicunt, In illa die Dominus Iesus, postquam cenavit cum discipulis suis et pedes eorum lavit, et sicut a sanctis apostolis predecessores nostri acceperunt nobisque reliquerunt, crisma conficere docuit.

- a) *folgt* papa C.
- b) *nostre* C.
- c) *nostro* K.
- d) *fehlt* M.
- e) *forte* R.
- f) *korr. in* sciencies C.

27. Fabianus episcopis omnibus.

Sicut paschalis sollempnitas per singulos annos est agenda et de anno in annum renovanda et tradenda, ita crisma, quia novum sacramentum est, et per singulos annos innovandum et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus vobisque tenenda mandamus. Si quis autem his obviare temptaverit, omnem sibi per nos et per omnes recte credentes indulgentiæ aditum intelligat obseratum.

28. Alexander urbis Romę episcopus orthodoxis

Aquam sale conspersam populis benedicimus ut ea cuncti aspersa^a sanctificentur ac purificentur. Quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulę aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua^b sale conspersa divinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat.

- a) aspergati *K.*
- b) aquam *M.*

29. Ex concilio Manatensi.

Omnibus diebus dominicis quisque presbiter in sua ecclesia ante missarum sollempnia aquam benedictam faciat in vase nitido et tanto ministerio convenienti et de eadem aqua populus intrans ecclesiam aspergatur, et atrium eiusdem ecclesie cum crucibus circundo^a similiter aspergat et pro animabus ibidem quiescentibus oret. Et qui voluerit, in vasculis suis accipiat ex ipsa aqua et per mansiones et agros et vineas, super pecora quoque^b sua atque super pabula eorum necnon super cibos et potum suum conspergat.

a) circuiendo *K*; circumeundo *C*.

b) queque *M*.

30. Clemens Romanę ecclesię presul, Iacobo Ierosolimorum episcopo.

Altaris palla^a cathedra, cadelabrum et velum, si fuerint vetustate consuata, incendio dentur, quoniam non licet ea, quę in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete aut in fossis pavimentorum iactetur^b, ne introeuntium pedibus coinquentur.

a) *Endung korr. M.*

b) iactentur *CR.*

31. Iginus papa.

Ligna ecclesie dedicate^a non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiam vel igni comburenda vel ad profectum in monasterio fratribus. In laicorum opera non debent admitti.

a) dedicata *K*.

32. Stephanus episcopus familiari amico Hylario.

Vestimenta ecclesie, quibus Domino ministratur, et sacrata debent esse et honesta. Quibus aliis in usibus non debent frui quam ecclesiasticis et Deo dignis officiis. Quę nec ab aliis debent contingi aut ferri nisi a sacratis hominibus, ne ultio, quę Baltasar regem percussit, super hęc transredientes veniat et corruere eos faciat ad ima.

33. Ex concilio Cartaginensi^a.

Altaria, in quibus corpora vel reliquie martyrum non esse probantur, ab episcopis^b eiusdem loci destruantur.

a) *folgt* Sother papa (s. III 16,34) C.

b) eipis M.

34. Sother^a papa^a.

Necessarium duximus instituere, ut ubi temporis vel loci vel clerici copia suffragatur, habeat quisquis ille est canens Deo atque sacrificans^b post se vicini solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille, qui^c officia impletur, accedit turbatus fuerit vel ad terram^d elisus, a tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus et officium inceptum adimpleat.

- a) *schon beim vorherigen Kap. C.*
- b) *korr. aus sanctificans M.*
- c) *nachgetragen M.*
- d) *folgt quod absit K.*

35. Ex canone apostolorum.

Omnes fideles, qui conveniunt in sollempnitatibus sacris ad ecclesiam et scripturas apostolorum et evangelium audiunt, non autem perseverant in oratione, usque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiae commoventes convenit communionem privari.

36. Zacharia.

Ut nullus episcopus aut presbiter seu diaconus ad celebranda^a missarum sollempnia presumat cum baculo introire aut velato capite altario Dei adsistere, quoniam et apostolus^b prohibet viros velato capite orare in ecclesia. Et si temere presumpserit, communionem privetur.

a) celebrandum *M.*

b) *Endung korr. M.*

37. Ex concilio Remensi.

Nullus sacerdos seu laicus presumat calicem vel vestimentum sacerdotale aut librum ecclesiasticum cuilibet laico in vadimonium^a dare, nisi iustissima necessitate urgente, quia tanta est sanctitas sacri misterii, quod etiam per prophetam Dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum.

a) vadium *M.*

38. Gregorius VII. cap.^a X.^a

Omnis christianus procuret ad missarum sollempnia aliquid Deo offerre et duci ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et in collectis sanctorum patrum liquidum apparet, quod omnes christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum patrum debent.

a) *fehlt R.*

39. Ieronimus in super Daniel.

Tria vero tempora, quibus Deo flectenda sunt genua, terciam horam, sextam et nonam, ecclesiastica traditio intelligit. Denique tertia hora descendit spiritus sanctus super apostolos; sexta volens Petrus comedere ad orationem ascendit cenaculum; nona Petrus et Iohannes pergebant ad templum.

40.

Symmachus constituit, ut^a omni die dominico vel nataliciis martirum "gloria in excelsis Deo" hymnus diceretur.

a) *folgt* in C.

XVII. De celebratione sancti pasche.

1. Augustinus in libro de celebratione pasche. Quinquaginta dies celebrantur post Domini resurrectionem iam in figura^a non laboris sed quietis et leticie. Propter^b hoc et ieiunia relaxantur et stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Unde etiam diebus omnibus dominicis ad altare observatur et alleluia canitur.

- a) figuram C.
- b) Preter C.

2. Victor Romanę ac universalis ecclesię archiepiscopus Theophilo episcopo^a et cunctis fidelibus Alexandria^b Domino famulantibus salutem in Domino. De eadem re^c.

Caelebritatem sancti pasche die dominica agi debere et predecessores nostri iam statuerunt et vos illud eadem die celebrare sollempniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite discrepent, nec^d contraria generent. A quartadecima vero luna primi mensis usque vigesimumprimum eiusdem mensis diem eadem celebretur festivitas.

- a) *fehlt C.*
- b) *korr. in alexandrię C.*
- c) *folgt sancti pasche CR.*
- d) *ne CR.*

3. Ambrosius super Lucam.

Si Iudei sabbatum^a ita^a celebrant, ut et mensem et annum totum quasi sabbatum habeant, quanto magis nos resurrectionem Domini celebrare debemus? Et ideo maiores tradidere nobis pentecosten omnes quinquaginta dies ut pascha celebrandos, quia octavę ebdomadę initium pentecosten facit. Unde apostolus, qui^b sciens diversitatem temporum scripsit ad Corinthios: Apud vos forsitan manebo et hic^c hiemabo, et infra: Manebo autem Ephesi usque ad pentecosten. Ergo per hos L dies ieiunium nescit ecclesia, sicut dominica, qua^d Dominus resurrexit, et sunt omnes dies tamquam dominica.

a) ita sabbatum C.

b) *getilgt* C.

c) *fehlt* K.

d) *fehlt, nachgetragen* cum C.

XVIII.^a De constitutione^b et ordinatione^c officii celebrandi^d in^d ecclesia.

1. Gregorius VII.

In die resurrectionis usque in sabbatum in albis et in die pentecostes usque in sabbatum eiusdem ebdomadae tres psalmos tantum ad nocturnum^e tresque lectiones antiquo more cantamus et legimus. Omnibus aliis diebus per totum annum, si festivitas est, VIII lectiones dicimus. Aliis autem diebus XII psalmos et tres lectiones recitamus. In diebus dominicis XVIII^f psalmos excepto die pasche et pentecostes et VIII lectiones celebramus. Illi autem, qui in diebus cotidianis tres psalmos et tres tantum lectiones videntur agere, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio et neglegentia comprobantur^g facere^g. Romani autem diverso modo agere ceperunt, maxime a tempore, quo Teutonicis concessum est regimen ecclesie. Nos autem et ordinem Romanum investigantes et antiquum morem nostrę^h ecclesie^h, statuimus fieri, sicut supra notavimus, antiquos imitantes patres.

a) XXVII *M*; XIII *K*; *fehlt R*.

b) consuetudine *M*.

c) ordine *K*.

d) celebratione *CR*.

e) nocti *MR*; nocturnos *K*.

f) *korr. in XVIII C*.

g) facere *fehlt M*; *korr. in facere comprobantur C*.

h) ecclesie nostrę *K*.

2. Gelasius papa.

In septuagesima ponunt eptaticum usque in quintamdecimam diem ante pascha. Quintadecima^a die ante pascha^a ponunt Hieremiam usque in cena Domini. In cena Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ: Quomodo sedet sola civitas plena populo, et cetera; et tres de tractatu sancti Augustini in psalmo LXIII: Exaudi Deus orationem^b meam^c dum^c deprecor^c; et tres de apostolo, ubi ait ad Corinthios: Convenientibus vobis in unum. Secunda lectio sic incipitur: Similiter postquam cenavit. Tercia: De spiritualibus autem^d nolumus^d vos ignorare fratres. In parasceve similiter. In sabbato sancto^e similiter. In octavis pasce ponunt actus apostolorum et epistolas^f canonicas et apocalipsin usque in octavas pentecostes. In octava^g pentecostes ponunt regum et paralipomenon usque in kal. aug. In dominica prima mensis augusti ponunt Salomonem usque in kal. septemb. In dominica prima mensis septemb. ponunt Iob, Tobiam^h, Iudith, Ester et Hesdram usque in kal. octubris. In dominica prima mensis octub. ponunt Machabeorum usque in kal. novemb. In dominica prima mensis novembris ponunt Hezechihel et Daniehl et minores prophetas usque in kal. decembris. In dominica prima mensis decembrisⁱ ponunt Ysaiam prophetam usque in nativitatem Domini.

- a) *fehlt K.*
- b) *oratitionem M.*
- c) *fehlt K.*
- d) *nolumus autem C.*
- e) *fehlt CR.*
- f) *folgt VII K.*
- g) *octab(is) C; octavas R.*
- h) *nachgetragen M.*
- i) *novemb. decembris K.*

XIX. De conciliorum^a celebratione.

1. Ormisda episcopis Hispaniæ^b.

Bis in anno per parrochias singulas concilia debere^c fieri^c patres docuerunt. Si autem temporum necessitas aut emergens causa hoc non^d patitur implere, semel saltem, quamvis non licuerit, sine ulla excusatione precipimus convenire.

- a) conclericorum *R.*
- b) *ferner* Cap. III. *K.*
- c) fieri debere *K.*
- d) *nachgetragen* *M.*

2. Gregorius Siagrio episcopo, Ethereo^a, Virgilio, Desiderio^b episcopis^c. In epistola LXXXIII lib. VIII.

Et^d quidem quia de habendo bis in anno concilio patrum sit regulis statutum, non latet. Sed ne forte^e aliqua excusatio sit, semel tantum^f decernimus congregare, ut expectatione concilii nichil pravum, nichil presumatur illicitum.

- a) et hereo *K*.
- b) *fehlt C*.
- c) *fehlt CR*.
- d) *E-Initiale fehlt M*.
- e) *durchgestrichen C*.
- f) *tñ M; tamen CR*.

3. Ex Niceno concilio cap.^a V.^a

Habeatur autem concilium semel ante dies quadragesimae, ut omnibus, si^b que^b sunt, simulatibus amputatis mundum sollempne Deo munus possit offerri. Secundum vero agatur circa tempus autumnii.

a) *fehlt R.*

b) *sig(ne) M.*

4. Leo papa Anastasio. Cap. VII.

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti patres salubriter ordinaverunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur. In quibus de omnibus querelis, quę inter diversos ecclesię ordines nasci assolent, iudicetur. Ac si forte inter ipsos, qui presunt, de maioribus, quod absit, peccatis causa nascatur, quę provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem^a tuam^a de totius negotii qualitate metropolitanus^b curabit instruere, ut si corampositis^c partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

a) *korr. in* fraternitas tua C.

b) metropolitanos C.

c) *folgt* fratribus K.

5. Ex concilio Antioceno cap. XVIII.

Propter utilitates ecclesiasticas et absolutiones earum rerum, quę dubitationem controversiamque recipiunt^a, optime placuit, ut per singulas quasque^a provincias bis in anno episcoporum concilia celebrentur. Semel quidem post terciam septimanam^b, quę consequitur, id est in medio pentecostes conveniat synodus metropolitano comprovinciales episcopos amonente. Secunda vero synodus fiat id. octub., id est XV. die mensis octubris, quem perbertheon Greci nominant. In ipsis autem conciliis assint presbiteri et diaconi et omnes, qui se lesos existimant, et synodi experiantur examen. Nullis^c vero liceat celebrare apud se concilia preter eos, quibus metropolitana iura videntur esse commissa.

a) *am Rand nachgetragen M.*

b) *folgt ebdomadam R.*

c) *Nullus M.*

XX.^a De providentia et auctoritate atque observantia^b divinarum scripturarum.

1. Leo papa.

Curandum est et sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsi codices et a sincera veritate discordes in nullo^c usu lectionis habeantur, qui^d habent semina falsitatum. Non solum hec interdicenda sunt, sed etiam p̄nitus auferenda atque ignibus concremanda, quia quamvis sint in illis quędam, quę videantur speciem habere pietatis, numquam tamen vacua sunt venenis et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narrationum seductos^e laqueis cuiuscumque^f erroris implicentur. Unde si quis episcoporum apocripha habere non prohibuerit vel eos libros, qui ab hereticis vitiiati sunt, in ecclesia permiserit^g legi^g, hereticum se noverit iudicandum, quoniam qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat. Tractatus autem sancti Hieronimi, Ambrosii et ceterorum sanctorum patrum expositionesque^h veteris ac novi testamenti, que a nominatissimis doctissimis orthodoxisⁱ patribus factę sunt, prout ordo poscit, in ecclesia legantur.

- a) *Zahl fehlt R.*
- b) *observant korr. in observantione C.*
- c) *nullum K.*
- d) *quia K.*
- e) *seductu K.*
- f) *cuiusque K.*
- g) *legi permiserit K.*
- h) *expositionemque K.*
- i) *folgt nachgetragen -que M.*

2. De recipiendis libris scripta a Gelagio papa cum LXX eruditissimis episcopis in sede apostolica urbis Romę. <Similiter^a Innocentius capitulo septimo Exuperio episcopo Tolesano^a.>

Veteris testamenti^b: Genesis lib. unus. Exodus lib. unus. Leviticus lib. unus. Numerus lib. unus. Deuteronomii lib. unus. Iesu Nave lib. unus. Iudicum lib. unus. Regum^c lib. IIII. Ruth^d lib. unus. Paralipomenon lib. II.^e Psalmorum lib. unus. Salomonis lib. V.^f Iob lib. unus. Tobiae lib. unus. Hesdrę lib. unus. Hester lib. unus. Iudith lib. unus. Machabeorum lib. II.^g Ysayę cc. XVIII^h, deⁱ ordineⁱ prophetarumⁱ, lib.^j unus^j. Ieremię cum cinoth, id est lamentationibus suis, lib.^k unus^k. Ezechielis lib. unus. Danihelis lib. unus. Osee lib. unus. Amos lib. unus. Micheae lib. unus. Iohel lib. unus. Abdie lib. unus. Ionaę lib. unus. Naum lib. unus. Abacuc lib. unus. Soffoniaę lib. unus. Aggei^l lib. unus. Zachariaę lib. unus. Malachiaę lib. unus. Novi testamenti: Evangeliorum lib. IIII. Secundum Mattheum lib. unus. Secundum Marcum lib. unus. Secundum Lucam lib. unus. Secundum Iohannem lib. unus. Actus apostolorum lib. unus. Epistolę Pauli apostoli numero XIII^m: Ad Romanos epistolaⁿ I.^o Ad Corinthios epistolaⁿ I.^p Ad Galathas epistolaⁿ I.^p Ad Ephesios epistolaⁿ I.^o Ad Philippenses epistolaⁿ I.^o Ad Colosenses epistolaⁿ I.^o Ad Tesalonicenses^q epistolaⁿ I.^p Ad Timotheum epistolaⁿ I.^o Ad Tytum epistolaⁿ I.^o Ad Phylemonem epistolaⁿ I.^o Ad Hebreos epistolaⁿ I.^o Apocalipsis Iohannis cc. XX. Ordo VII epistolarum^r canonicarum: Petri apostoli epistolę^a II. Iacobi apostoli epistola una. Iohannis^t apostoli epistolę^u III.^t Iude Zelotis apostoli epistola^v una.

- a)-a) *am Rand M; fehlt R.*
- b) *folgt Lib. I. CR.*
- c) *korr. in Ruth M.*
- d) *korr. in Regum M.*
- e) *unus K.*
- f) *unus C; II R.*
- g) *secundus R.*
- h) *folgt lib. II^o C.*
- i) *vor Ysayę C.*
- j) *fehlt KC.*
- k) *fehlt K.*
- l) *Agge MR.*
- m) *XII K.*
- n) *lib. M.*
- o) *unus M; una C.*
- p) *II^e C.*
- q) *tesalonicenses M.*
- r) *ecclesiarum C.*
- s) *fehlt K.*
- t)-t) *bereits vor Iacobi M.*
- u) *epistola MR; fehlt K.*
- v) *fehlt K.*

3. Ex decretis eiusdem.

Quamvis^a aliud fundamentum nemo possit ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, tamen ad edificationem nostram sancta Romana ecclesia post illas veteris vel novi testamenti (seu suas decretales scripturas,) quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicenam CCCXVIII patrum mediante maximo Constantino augusto, in qua Arrius hereticus condemnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio seniore augusto, in qua Macedonius hereticus debitam dampnationem excepit^b. Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius dampnatus est cum consensu beatissimi Cęlestini pape mediante Cyrillo Alexandrinę sedis antistite^c et Archadio episcopo ab Italia destinato. Sanctam synodum Calcidonensem mediante Martiano augusto et Anatholino Constantinopolitano episcopo, in quo^d Nestoriana et Euticiana^e heresis simul cum Dioscoro eiusque complicibus dampnate sunt. Sed et si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta preter istorum IIII^{or} auctoritatem, et custodienda et recipienda decrevimus. Iam nunc subiciendum^f de opusculis sanctorum patrum, quę in ecclesia catholica recipiuntur: Opuscula beati Cypriani martiris et Cartaginensis episcopi. Item opuscula beati Gregorii Nazaneni episcopi. Item opuscula^g beati Basilio Cappadoceni episcopi. Item opuscula^h beati Athanasii episcopiⁱ Alexandrini^j. Item^k opuscula beati Iohannis Constantinopolitani episcopi^k. Item opuscula^l beati Theophi^m Alexandrini episcopi. Itemⁿ opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopiⁿ. Item opuscula beati Hylarii Pictavensis episcopi. Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item opuscula beati Augustini Yppone^o Reginensis^o episcopi. Item opuscula beati Hieronimi presbiteri. Item opuscula^p Prosperi viri religiosissimi. Item epistola beati Leonis pape ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata, cuius textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit et non eam^q in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctę ecclesię^f Romanę^f consortio deviarunt nec ab eius fide vel predicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam Dei usque^s ad ultimum diem vitę suę fuere participes, legendos decernimus. Item decretales epistolas, quas beatissimi pape diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consolatione dederunt venerabiliter suscipiendas. Item gesta sanctorum martirum, quę multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita^t catholicorum dubitet et maiora eos in agonibus fuisse perpressos nec suis viribus, sed Dei gratia et adiutorio universa tollerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia et eorum, qui scripsere, nomina penitus ignorantur et ab infidelibus aut idiotis superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur.

- a) Q in großer Buchinitiale CR.
- b) accepit C.
- c) antiste MR.
- d) qua K; korr. in qua C.
- e) eutociana M.
- f) folgt est C.
- g) opus K.
- h) opusculum K.
- i) durchgestrichen C.
- j) folgt episcopi C.
- k)-k) fehlt R.
- l) opus K.
- m) theophili C; stephani R.
- n)-n) fehlt K.
- o) korr. in yponiensis C.
- p) folgt beati C.
- q) ea R.

- r) romane ecclesię *CR*.
- s) atque *R*.
- t) ista *KC*.

4. Gregorius. In epistola XXIII in^a lib. primo.^b

Sicut sancti evangelii IIII^{or} concilia suscipere et venerari me fateor. Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Calcedonense vero, in quo Euticetis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione amplector, integerrima approbatione custodio, quia in his velud in quadrato lapide sanctę fidei structura consurgit et cuiuslibet vitę atque actionis norma existit. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur, tamen extra edificium iacet. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quę Ibes^c dicitur, erroris^d plena^d reprobatur. Cunctas vero personas, quas prefata veneranda concilia respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia dum universali consensu sunt constituta, se dampnat, non illa respuit, quisquis presumit aut solvere, quos religant^e, aut ligare, quos solvunt. Quisquis aliud sapit, anathema sit.

a) *fehlt CR.*

b) *II C.*

c) *ibé KR; hibé C.*

d) *korr. aus plena erroris M; et roris plena R.*

e) *religerat K.*

5. Leo^a quartus^b episcopis^c Britanniae salutem.

De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquem iudicari et sanctorum conciliorum canones relinquere vel decretalium regulas, id est quae habentur apud nos simul cum illis in canone. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, sunt canones, qui dicuntur apostolorum, Nicenorum, Anceritanorum, Neocesariensium, Gangrensi-um, Antiocensium, Laudicensium, Constantinopolitanorum, Ephesinorum, Calcedonensium, Sardicensium, Cartaginensium et cum illis regule^d presulum Romanorum. Isti omnino sunt, per quos iudicant episcopi et per quos episcopi simul iudicantur et clerici. Nam^e si tale immerserit vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finiri, tunc si illorum, quorum meministis dicta, Hieronimi, Augustini, Ysidori vel ceterorum similiter sanctorum, doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda vel ad apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius et magna voce pronuntiare non paveo, quia quae diximus sanctorum patrum statuta, quae apud nos canones pretitulatur, sive sit ille episcopus sive clericus, quae indifferenter non recipit, ipse se convinxit^f minime catholicam et apostolicam fidem ad effectum suae retinere salutis.

- a) *davor* Leo quartus *K*.
- b) *am Rand M; fehlt hier K*.
- c) *auf Rasur M*.
- d) *fehlt hier, hinter presulum nachgetragen M*.
- e) *folgt et C*.
- f) *convincit CR*.

6. Epistola Athanasii ad M. papam. Domino Marco sanctę et apostolicę sedis atque Egyptiorum episcopi.

Ad vos pervenisse non dubitamus, quanta et qualia ab hereticis et maxime ab Arrianis quotidie patimur, quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam nos vivere tedeat. Quapropter precamur, pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Niceni concilii exemplaria, ut illa nobis, quę sanctę recordationis predecessoris vestri Silvestri fuerunt, substituta mittatis stipulatione. Nam quando predictę synodo cum beatę memorię Alexandro digne Deo pontifice nostro, id est Alexandrinę magnę civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio, sub nostrę presentię testimonio per beatos viros Victorem et Vincentium presbiteros apostolicę sedis apocrisiarios missa sunt predicto papę Silvestro cum astipulatione subnixa capitula LXX. Sane presentibus nobis LXXX in memorata capitula tractata sunt synodo, scilicet XL Grecis Greca edita lingua et XL Latinis similiter Latina edita lingua. Sed visum est CCCXVIII^b patribus in predicto sancto spiritu repletis^c concilio congregatis et maxime iamdicto Alexandro et apostolicę sedis apocrisiariis, ut X capitula adunarentur aliis atque congruis in locis insererentur et ad formam LXX discipulorum vel totius orbis terrę linguarum LXX tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quę omnem christianorum informarent orbem. nunc ergo, quia inimicis sanctę Dei ecclesię et maxime Arrianis, a quibus cotidie opprimimur, prefata LXX Niceni concilii capitula, quę de prefata synodo iubente^d iam fato domino meo Alexandro decreto omnium episcoporum attuli, quę etiam coram omnibus recitavi atque transscripsi, sunt igne combusta, optamus, ut a vestrę sedis auctoritate percipere per presentes legatos mereamur.

a) *folgt* ecclesię C.

b) *folgt* est MK (*getilgt* M).

c) repleti sunt K.

d) *folgt getilgt nochmals* iubente M.

7. Athanasio et universis Egyptiorum episcopis Marcus.

Requirentes in sancto nostrę et apostolicę sedis^a scrinio eadem, quę sanctę recordationis predecessori meo Silvestro sunt directa, LXX, sicut significastis, capitula illesa invenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem et subscriptionem tantorum patrum et eius magni concilii minime misimus, sed per eadem^b coram apocrisiariis vestris alia similia eundem numerum eademque verba et ipsam subscriptionem continentiam^c vobis scribere et sub certa stipulatione et confirmatione mittere curavimus.

a) sedi *MR*.

b) eandem *C*.

c) continentia *K*.

8. Damasus episcopus omnibus episcopis.

Observetur ab omnibus, ut illa semper, quę apostolica constitutione et patrum traditione sunt constituta, sub metu inrefragabili auctoritate teneantur.

9. Origenis^a super cantica canticorum.

Illud palam est multa vel ab apostolis vel ab evangelistis exempla esse^b prolata et novo testamento inserta, quę in his scripturis, quas canonicas habemus, nusquam legimus, in apocrifis tamen inveniuntur et evidenter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed nec sic quidem locus apocrifis dandus est; non enim transferendi sunt termini ęterni, quos statuerunt patres nostri. Potuit enim fieri, ut apostoli vel evangelistę^c sancto spiritu repleti scirent, quid assumendum esset ex illis scripturis, quid vero refutandum. Nobis autem non est absque periculo aliquid tale presumere, quibus non est tanta spiritus abundantia.

a) *Inskription fehlt C.*

b) est *R.*

c) evangelio *K.*

10. Zepherinus papa omnibus Siciliae episcopis.

Privilegia, quae soli huic sanctae sedi concessa sunt, in constitutis apostolorum eorumque^a successorum aliis quam plurimis cum eis concinnantibus habentur inserta. Quinquaginta enim apostoli sententias prefixerunt cum aliis quam plurimis episcopis et servandas censuerunt.

a) et eorum *C*.

11. Caelestinus papa episcopis Galliarum.

Africanorum conciliorum sententias suas fecerunt apostolici antistites^a, cum^b probarunt^b. Concilium Tolletanum et Milevitanum ex auctoritate Innocentii pape firmata sunt. Concilium Gangrense ex auctoritate apostolica conditum est, sicut Symachus papa affirmat. Concilium Laodicense auctoritate apostolicę sedis firmatum est, sicut Felix papa in decretis suis confirmat.

a) *korr. aus antistes M; folgt nachgetragen et K.*

b) *comprobarunt K; korr. aus comprobarunt C.*

12. Pelagius^a Romanę ecclesię et apostolicę sedis episcopus universis Germaniarum atque Galliarum regionum episcopis.

Cum in Dei nomine in Romana ecclesia synodum episcoporum sive ceterorum consacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus et de ecclesiasticis statutis, ut sunt ab apostolis et a sanctis patribus tradita, diligentius tractaremus, supervenere^b litterę vestrę et ut magis essent auctoritative, etiam vive voces processerunt, rogantes ut ordinem prefationum, quem sancta Romana ecclesia hactenus haberet, nostris litteris vobis remandaremus. Tunc de vestra voluntate et studio tam bono multum gavisi sumus ac sacrum ordinem Romanum sacraque constituta nostrorum antecessorum solerter relegentes invenimus has VIII prefationes in sacro cathalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro vetustas in^c Romana ecclesia hactenus servavit, id est unam in albis paschalibus, aliam de ascensione Domini, tertiam de pentecosten, quartam de natale Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de apostolis, septimam de sancta trinitate, octavam de cruce, nonam de ieiunio in quadragesima tantummodo dicendam. Has prefationes tenet et custodit sancta Romana ecclesia, has tenendas esse vobis mandamus.

a) Gelasius *K.*

b) supervener(unt) *K.*

c) *folgt nochmals* in *M.*

13. Adrianus papa.

Hi, qui inventi fuerint^a libros famosos et ignotos in ecclesia legere vel cantare, excommunicentur.

a) fuerit *R.*

14. Ex Toletano^a concilio^a.

De hymnis etiam canendis et salvatoris et apostolorum habemus exemplum. Nam et ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matheo evangelista testante: Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti. Et Paulus apostolus ad Hephesios scribit dicens: Implemini spiritu sancto loquentes vobis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martirum triumphis compositi esse noscuntur, sicut hii, quos beatissimi doctores Hylarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt, respuant ergo et illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: Gloria et honor Deo patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum, amen. Nam et ille hymnus, quem nato in carne Christo angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis^b: reliqua, quę ibi secuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec idem in ecclesiis canendus est, qui^c sanctarum scripturarum^d libris non est. Componuntur ergo hymni, sicut componuntur missę sive preces vel orationes dive commendationes seu manus impositiones. Ex quibus si nulla dicantur in ecclesia, vacant officia ecclesiastica. Sicut igitur orationes, ita et hymnos in laudem^e Dei compositos nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modo Gallia Hyspaniaque celebret, excommunicatione plectendi, qui hymnos reicere fuerint ausi.

- a) concilio toletano C.
- b) *folgt nachgetragen* et M.
- c) *folgt nachgetragen* in M.
- d) *folgt* in KC.
- e) laude K.

XXI.^a Quę scripturę quibus preponantur.

1. Augustinus in libro II^o de baptismo.

Quis^b autem nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis^c suis terminis contineri eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino^d dubitari et disceptari non possit, utrum verum rectum^e sit, quicquid in ea scriptum esse constitit, episcoporum autem litteras, quę post confirmatum canonem^f vel scriptę sunt vel scribuntur, et per sermonem forte sapientiosem cuiuslibet in ea re peritioris et per aliorum episcoporum graviosem auctoritatem doctiosemque prudentiam et per concilia licere reprehendi, si quid in eis^g forte a veritate deviatum est, et ipsa concilia, quę per singulas regiones vel provincias fiunt, plenarię conciliorum auctoritati, quę fiunt in universo orbe christiano sine^h ullis ambagibus cędere, ipsaque plenaria sepe priora posterioribus emendari, cumⁱ aliquo experimento rerum aperitur, quod clausum erat, et cognoscitur, quod latebat, sine ullo typo sacrilego superbię, sine ulla inflata cervice arrogantię et contentione livida invidię, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum caritate christiana? Et inferius: Si concilio Cypriani attenditur, huic esse universę ecclesię posterius concilium preponendum, cuius se membrum esse^j gaudebat^j, et ut se in totius corporis compage retinenda ceteri imitarentur, sepius admonebat. Nam et concilia posteriora prioribus apud posteros preponenda et universum partibus semper optimo iure preponitur.

- a) XX K.
- b) Qui K.
- c) certi R.
- d) *folgt* preponi K.
- e) rectumve C.
- f) *fehlt* K.
- g) ea K.
- h) sive MKCR.
- i) *folgt nochmals* cum R.
- j) gaudebat esse C.

2.

Canonum statuta sine preiudicio ab omnibus custodiantur et nemo in actionibus vel in^a iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. In exponendis etiam vel predicandis divinis scripturis^b sanctorum catholicorum patrum et probatissimorum sensum quisque sequatur, in quorum scriptis, ut ait beatus Hieronimus, fidei veritas non vacillet.

a) *fehlt K.*

b) *scriptis M.*

3. Calcedonense^a concilium^a.

Regulas sanctorum patrum per singula nuncusque concilia constitutas^b proprium robur
obtinere decrevimus^c.

a) *fehlt K.*

b) *statutas C.*

c) *fehlt R.*

4. Alexandri^a pape^a.

Similiter si huiusmodi^b personis quedam scripturę quoquomodo per metum aut fraudem aut per vim extortę fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptę vel roborate fuerint ingenio, ad nullum eius preiudicium aut nocumento provenire censemus neque ullam eis infamiam vel calumpniam aut a suis sequestrationem^c bonis umquam auctore Domino et sanctis apostolis eorumque successoribus sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsata, sed spontanea fieri debet, ipso attestante qui ait: Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemię et cetera, quę sunt ad hęc pertinentia. Nec tantum adtendenda sunt, quę fiunt, tantum^d quo animo fiunt^e. Quorum exempla, si omnia scribere ceperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde et illud est, quod Dominus ad munera Abel^f respexit et non ad Cain, quia magis attendit ad offerentis animum quam ad ea, quę offeruntur^g. Omnis enim confessio, quę fit ex necessitate, fides non est.

a) *fehlt KC.*

b) *huius K.*

c) *sequastrationem M.*

d) *quantum K; korr. in quantum C.*

e) *fiant C.*

f) *fehlt K.*

g) *offerentur M.*

5. Damasus Stephano archiepiscopo.

Omnia decretalia cunctorum predecessorum nostrorum constituta, quę de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita omnibus episcopis a^a cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit^b denegari.

a) ac *CR*.

b) *Endung korr. M; noverint KR*.

6. Ex^a concilio Calcedonensi.

A sanctis patribus in unaquaque synodo usque nunc prolatas regulas tenere statuimus.

a) *Inskription fehlt K.*

7. Hormisda^a papa^a.

Nemo mihi quolibet contra auctoritatem sedis apostolicę vel contra CCCXVIII episcoporum vel reliquorum canonum statuta obiciat, quia quicquid contra illorum diffinitionem, in quibus spiritum sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

a) *fehlt K.*

XXII. De predicatione.

1. Leo episcopus Theodoro episcopo.

Specialiter statuentes iubemus, ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare, seu monachus seu laicus, qui cuiuslibet scientiae nomine gloriatur.

2. Anastasius papa Anastasio imperatori.

Quicquid ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum continere implendo divinitatis affectum ita ille, per quem loquitur Christus, affirmat Paulus: 'Ego plantavi' Apollo rigavit sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. A Deo autem^a non queritur, quis vel qualis predicet, sed^b quem^b predicet^b, ut invidos etiam bene Christum predicare confirmet. Quo malus diabolus ipse deiectus est et hoc ipse predicare non desinit.

a) *fehlt R.*

b) *am Rand nachgetragen MC.*

3. Augustinus^a.

Quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi ministratur, ut nichil ex ipso de nostris manibus in terram^b cadat, tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde nostro depereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei neglegenter audierit, quam ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit^c.

a) *fehlt K.*

b) *terra K; korr. C.*

c) *permisit K.*

4. Ex^a concilio Cartaginensi.

Sacerdote in ecclesia verbum faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

a) *Inskription fehlt K.*

XXIII.^a De consuetudine.

1. Ex^b epistola Ieronimi ad Lucianum^c Beticum in^d libro V.

Illud breviter te admonendum puto traditiones ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officiant, ita observandas, ut a maioribus traditae sunt, nec aliarum consuetudinem aliarum more subverti. Atque utinam omni tempore ieiunare possimus, quod^e in actibus apostolorum diebus pentecostes et die dominico apostolum Paulum et cum eo credentes^f fecisse^f legimus, nec tamen Manichee hereseos accusandi sunt, cum carnalis cibus preferri non debuerit spirituali. Eucharistiam quoque condemnationem^g nostri et pungente conscientia semper accipere et psalmistam audire dicentem: Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus, et cum eo canere. Eructavit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quod festis diebus ieiunandum putem et contextas L diebus ferias auferam, sed unaquaeque provincia in suo sensu habundet et maiorum precepta leges apostolicas arbitretur.

a) *Zahl fehlt R.*

b) *Inskription fehlt K.*

c) *1 R.*

d) *fehlt R.*

e) *oder quia M.*

f) *korr. in fecisse credentes C.*

g) *condempnatione KR; korr. in condempnatione C.*

2. Sardicense concilium cap. I. De^a eadem^a re^a.

Non minus mala consuetudo quam perniosa corruptela funditus eradicanda est.

a) *fehlt K.*

3. Augustinus in III. libro de baptismo.

Felix Ablaceni dixit: Consuetudinem ratio et veritas semper excludit. Augustinus: Si ratio, si veritas, optime.

4. Augustinus ad Ianuarium.

Illa autem, quę non scripta, sed tradita custodimus, quę^a quidem^a toto terrarum^b orbe^b observantur, datur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut id, quod Domini passio et resurrectio et ascensio in cęlum, adventus de cęlo spiritus sancti anniversaria sollempnitate cęlebratur, et si quid^c aliud tale occurrerit, quod servatur ab universis, quacumque se diffundit ecclesia. Alia vero, quę per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii ieiunant sabbato, alii cotidie^d communicant corpori et sanguini Domini, alii certis diebus accipiunt, et si quid^e aliud^f huiusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observationes. Quod enim neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter^g habendum et pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est. Mater^h Mediolanum^h me secuta invenit ecclesiam sabbatoⁱ non ieiunantem, ceperat fluctuare, quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissime memorię episcopum Ambrosium. At ille ait: Cum Romam venio^j, ieiuno sabbato, sic et tu, ad quam forte ecclesiam veneris, eius morem serva, si^k cuiquam non vis esse scandalum nec quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est.

- a) queque C; quod R.
- b) orbe terrarum K.
- c) quod C.
- d) *Wortbeginn korr. M.*
- e) quod CR.
- f) *folgt nochmals* aliud K.
- g) *indifferuntur korr. in* indifferuntur C.
- h) Mediolanum mater CR.
- i) *folgt* in K.
- j) *folgt* et K.
- k) *fehlt* K.

5. Imperator Constantinus^a augustus.

Consuetudinis^b ususque^c longevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.

a) *korr. aus* CONTRA (?) *M*; contra *K*; cont^s *R*.

b) Consuetudines *C*.

c) usque *MR*.

6. Iulianus lib. XXX^o III^o dig.

Inveterata consuetudo pro lege non inmerito custoditur, et hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipse leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptę sunt, merito et ea, quę sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes. Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

7. Gregorius papa Constantino episcopo Mediolanensi. In^a epistola XXXVII lib. IIII.^a

Quod scripsistis quia scandalizantur plurimi eorum, quia fratrem et coepiscopum nostrum Iohannem Revennatis ecclesiae inter missarum sollemnia nominetis, requirenda vobis consuetudo antiqua est, et si consuetudo fuit, modo a stultis hominibus reprehendenda non est. Si vero consuetudo non fuit, fieri non debet, unde quibusdam scandalum moveri possit.

a)-a) *fehlt K.*

8. Gregorius episcopis Numidię. In epistola LXXVIII lib. I. De^a eadem^a re^a.

Petistis enim per Hylarium cartularium nostrum a beatę memorię decessore^b nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quę a beati Petri apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem iuxta seriem relationis vestrę consuetudinem laudamus, quę tamen contra fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur.

a) *fehlt K.*

b) *predecessore C.*

9. Innocentius papa.

Quis enim nesciat aut non advertat^a id, quod a principe apostolorum Petro ecclesiam Romanam traditum est ac nuncusque custoditur, ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum?

a) advertat *R.*

10. Augustinus.

In his enim rebus, de quibus nichil certi statuit scriptura divina, mos populi Dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt, et sicut prevaricatores legum divinarum, ita contemptores^a consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt.

a) *folgt* et *K*.

XXIV.^a De ritibus ecclesiasticis^b.

1. Anastasius^c urbis Rome episcopus omnibus episcopis.

Audivimus quosdam sacerdotes in ecclesia, quando evangelia leguntur, sedere et domini salvatoris verba non stantes, sed sedantes audire. Quod nullatenus ut deinceps fieri sinatis, apostolica auctoritate mandamus, sed dum sancta evangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes et ceteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curvi et in conspectu evangelii stantes dominica verba intente audiant et fideliter adorent.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *ecclesiarum K.*

c) *Anastius M.*

2. Ex concilio^a Niceno^a.

Quoniam sunt quidam in die dominico genua flectentes et in diebus pentecostes, ut omnia in diversis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio a pascha usque in octavas^b pentecostes stantes Domino vota persolvere.

a) niceno concilio *C*.

b) octav^b *C*.

3. Urbanus episcopus episcopis^a omnibus^a.

Quod sedes episcoporum in ecclesiis excelsę constitutę et parate inveniuntur ut thronus, speculationem et potestatem iudicandi et solvendi atque ligandi Domino sibi traditam materiam docent.

a) omnibus episcopis *CR*.

4. Ex concilio Mogociensi.

Ut laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis quam ad missas stare vel sedere penitus non presumant, sed pars illa, quę cancellis ab altari dividitur, tantum psallentibus pateat clericis. Ad adorandum vero et communicandum laicis et feminis sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

5. Marcellus papa.

Quęcumque ergo contempiones inter christianos orte fuerint, ad ꝑcclesiam deferantur^a et ab ꝑcclesiasticis viris terminentur, et si obędire noluerint, quousque oboediant, a liminibus sanctę ꝑcclesię excludantur.

a) referantur *M*.

6. Ex concilio Meldensi.

De opertorio dominici corporis vel altaris non^a umquam^a corpus, dum ad tumulum vehitur, obtegatur et sacro velamine, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

a) numquam *M.*

7. Ex eodem.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina prestantur et, dum improborum tactu vel pompa secularis luxurię polluuntur, ad officia^a sacri misterii^b videantur indigna.

a) officii *K*.

b) misterium *K*.

8. Augustinus^a.

Habebat Dominus loculos et a fidelibus oblata conservans et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticę pecunię forma est instituta, ubi intelligeremus, quod precepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse preceptum, ut nichil pecunię servetur a sanctis, sed ne Deo propter ista serviatur et propter inopie timorem iusticia deseratur.

a) *folgt* super Iohannem K.

9. Ex concilio Laudocensi.

Quod non oporteat in quadregesima martirum natalicia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum et dominicorum fieri conveniat.

XXV.^a De observatione XL^c atque ieiunii.

1. Telesphorus Romanę urbis archiepiscopus omnibus episcopis.

Statuimus ut VII ebdomadas plenas ante sanctum pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne ieiunent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in ieiunio debet fieri discretio^b. Has ergo VII ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent et hymnis et vigiliis atque orationibus inherere die noctuque studeant^c. Nocte vero sancta^d nativitatis^e domini salvatoris missas celebrent et hymnum angelicum in eis sollemniter decantent, quoniam et eadem nocte ab angelo pastoribus est nuntiatus.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *am Rand M.*

c) *stedeant C.*

d) *sancte C.*

e) *nativitas R.*

2. Eusebius.

Ut in ecclesia a sacerdotibus ieiunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

3. Silverius.

Solent plures, qui se ieiunare putant in XL, mox ut signum audierint, ad horam nonam manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducaverint, quam vespertinum celebretur officium. Concurendum est enim ad missas^a et auditis missarum sollemnibus et vespertinis officiis, largitis^b helemosinis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, ut ad missas^c venire non valeat, estimata vespertina hora completa^d oratione sua ieiunium absolvat.

- a) missam *K*.
- b) largitisque *K*.
- c) miss̄ *M*; missam *K*.
- d) completaque *K*.

4. Gregorius papa.

Quadragesima summa observatione est observanda, ut ieiunium in ea preter dies dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quem infirmitas impedierit, nullatenus solvatur, quia ipsi dies decimę sunt anni. A prima igitur dominica XL^e usque in pascha Domini VI^a ebdomade^b computantur, quarum videlicet dies^c XLII fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentię subtrahuntur, non plus in abstinentia quam XXX et sex dies remanent, verbi gratia si per CCCLXV^d dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus, et ut sacer numerus XL dierum adimpleatur, quem salvator noster suo sacro ieiunio consecraverat, IIII dies prioris ebdomade ad supplementum XL dierum tollantur, id est IIII^a feria, quę caput ieiunii subnotatur, et V. feria sequens, VI^a et sabbatum. Nisi enim istis^e IIII^{or} dies superioribus XXX et VI adiunxerimus, XL dies in abstinentia non habemus^f.

- a) VII K.
- b) ebdomades KR.
- c) *nachgetragen M.*
- d) CCCXLV M; *korr. C.*
- e) estis R.
- f) *folgt* iubent(er) etiam require R.

5. Hęc sunt ieiunia, quę sanctus Gregorius genti Anglorum predicare precepit.

Sunt III^{or} ieiunia III^{or} temporum anni, id est veris, æstatis, autumnus et hyemis. Ieiunium primum in prima ebdomada XL^c, ieiunium secundum in ebdomada post pentecosten, ieiunium tertium in plena ebdomada ante autumnale equinoctium, ieiunium quartum in plena ebdomada ante nativitatem^a Domini. Ieiunium in feria VI. per totum annum, nisi a pascha usque ad pentecosten, aut si maior festivitas fuerit.

a) naī *K*; natī *C*; nī *R*.

6. Ambrosius in libro sermonum.

Quadragesima VI septimanas habet cui addidit Telesphorus pontifex VII. ebdomadam, et vocatum est hoc tempus quadragesima.

7.

Licet nova consuetudo ecclesie nulla fulta auctoritate semper numeret inter ieiunia et ordinationes IIII temporum primam ebdomadam primi mensis martii et secundam quarti, id est iunii, vetusta auctoritas sanctorum patrum est, ut in^a initio^b quadragesimali et in ebdomada pentecostes debeant observari. Unde Leo papa ait: Huius observantie utilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis precipue est constituta ieiuniis, que ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentie omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem ieiunium vernale in quadragesima, estivum in pentecosten, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc quidem decimo celebremus. Item Gelasius: Ordinationes sunt presbiterorum et diaconorum^c IIII^{ti} mensis ieiunio, VII^{mi} et X^{mi}, sed etiam quadragesimalis initii ac mediana XL^{me} die sabbati. Ac proinde beatus Gregorius papa et Felix avus eius, Symachus atque Simplicius leguntur ordinationes in februario celebrasse, scilicet quadragesimali tunc initio concurrente. De ieiunio autem IIII^{ti} mensis a Gelasio dicti, quod iuxta Leonem papam semper est in ebdomada pentecostes, a multis ambigitur. Sic enim Leo papa inquit de ieiunio et ordinatione eius: Post perceptum sancti spiritus donum salubriter et necessarię consuetudo est instituta ieiunii, ut si quid forte inter ipsa festivitatum gaudia neglegens libertas et licentia immoderata presumpsit, hoc religiosę abstinentię censura castiget. Quę ob hoc quoque studiosius exequenda est, ut illa in nobis, quę in hac die ecclesie divinitus sunt illata, perveniant^d. Item: Repletis namque apostolis virtute promissa et in corda eorum spiritu veritatis ingresso, non ambigimus inter cetera celestis doni sacramenta doctrinam ac spiritualis continentię disciplinam de paracliti^e magisterio^e divinitus fuisse conceptam, ut sanctificate ieiunio^f conferendis sibi karismatibus fierent aptiores. In quibus duobus exemplis satis ostenditur ad conferendos sacros ordines ab apostolis ieiunia constituta fuisse. Sicque ieiunia quadragesimalis initii ac pentecostes ad formam VII^{mi} et X. in libris scribuntur sacramentoriis. Unde quarta feria primi termini duę lectiones locuntur de ieiunio XL^e. Sabbato autem pentecostes, qui est terminus secundus, duę locuntur de veteri observatione eius. Quarti vero mensis ieiunium a^g Gelasio ideo dicitur, quia sabbatum^h ebdomade pentecostes sepius in IIII^{to}, quam in tertio mense repperitur. Sic enim a tempore nomen hoc habet sicut quodlibetⁱ a loco, in quo sepius habitat. Propter quod ieiunium quoque initii quadragesimalis potest dici ieiunium primi mensis, quia sepius sabbatum eius in mense primo quam in februario invenitur. Quorum IIII^{or} mensium prophetia Zacharie significativa est dicens: Ieiunium primi et ieiunium quarti^j, ieiunium VII^{mi} et ieiunium X^{mi} erit domui Iuda in gaudium et leticiam et in sollempnitates preclaras. Initii autem quadragesimalis ieiunio bene ordinatio sacri ordinis competit. Sicut Christus post baptismus spiritu sancto declaratus^k mox ieiunavit et discipulos ad sacrum ordinem elegit, sic quoque apostoli spiritu sancto baptizati mox ieiunantes diaconos consecrandos elegerunt, sic Moyses post descensum^l spiritus^m sancti in igne loquentis quinquagesimo die egressionis post ieiunium Aaron cum filiis consecravit et sic sacer est numerus IIII^{or} temporum ex numero IIII^{or} fluminum, IIII^{or} virtutum IIII^{or} elementorum et quattuor ewangeliorum.

a) *nachgetragen M.*

b) *intio K.*

c) *folgt non solum C; diaconum R.*

d) *folgt nach Absatz Idem C.*

e) *magisterio paraclito K.*

f) *Endung korr. M.*

g) *nachgetragen M; fehlt R.*

h) *sabbato K.*

i) *korr. in quilibet M.*

j) *folgt et C.*

k) *declaratur CR.*

l) *descensum K; folgt montis C.*

m) spiritu C.

8. Gregorius^a VII.^b Cap.^c VII.^c

Quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes salubriter ammonemus, ut quicumque se christianum^d religionis^e participem esse desiderat, ab esu carnum eadem die nisi maiori festivitate interveniente vel infirmitate impediante abstineat.

- a) *ganze Inskription fehlt R.*
- b) *fehlt K.*
- c) *fehlt K; Cap. I C.*
- d) *christiane CR.*
- e) *religioni M.*

9. Liberius papa.

Abstinendum est enim sacratissimę quadragesimę diebus a coniugibus et caste et pie vivendum, ut sanctificato corde et corpore isti dies transigantur et sic perveniatur ad diem sanctum paschę, quia plene^a nichil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur et quod orationes, vigilię et elemosine non commendant.

a) pene *CR*.

10. Ex concilio Maticensi.

Ut a festiuitate sancti Martini usque in uigilias^a natiuitatis^b Domini secunda, IIII^{ta} et VI^{ta} feria ieiunetur^c et diuina officia quadragesimali obseruentur ordine. His etiam diebus canones esse legendos speciali^d diffinitione sancimus, ut nullus fateatur se per ignorantiam deliquisse.

- a) uigilia *C*.
- b) natī *C*; nat *R*.
- c) ieiunentur *C*.
- d) sp̄ali *MK*; spiritali *R*.

11. Innocencius. <Cap.^a III.^a>

Sabbato vero ieiunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem dominicum ob venerabilem resurrectionem domini nostri Iesu Christi non solum in pascha cælebramus, verum etiam per singulos circulos ebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, ac si VI. feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum pretermittere non debemus, qui inter tristitiam et^b læticiam^b temporis illius videtur inclusus. Nam utique constat apostolos biduo isto et in merore fuisse et propter metum Iudeorum se occuluisse, quod utique non dubium est interim^c eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesie habeat isto biduo sacramenta penitus non cælebrari. Quæ forma utique per singulas est tenenda ebdomadas propter id, quod commemoratio diei illius semper est cælebranda. Quodsi putant semel atque uno sabbato ieiunandum, ergo et dominicus et VI. feria semel in pascha erit utique cælebrandus. Si autem dominici diei ac sextæ feriæ per singulas ebdomadas reparanda imago est, dementis est bidui agere consuetudinem sabbato pretermisso, cum non disparem^d habeat causam, a sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quando et ad inferos fuit, ut tertia die resurgens redderet læticiam post biduanam tristitiam^e precedentem^f.

a) *fehlt KCR.*

b) *fehlt R.*

c) in t(ame)n M; intantum C; in hoc R.

d) *dispare K.*

e) *folgt* vel re KC.

f) *über dem Wortbeginn nachgetragen* vel re M.

12. Melciades papa^a.

Ieiunium dominici diei et quintę ferię nemo celebrare debet, ut inter ieiunium christianorum et gentilium et veraciter credentium et infidelium atque^b hereticorum vera discretio habeatur.

a) *fehlt M; ferner* Ex sermone leonis pape (s. III 25,14) C.

b) et K.

13.^a Calixtus archiepiscopus ecclesie catholice urbis Rome Benedicto fratri et coepiscopo.

Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quattuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per IIII^{or} volvitur tempore, sic et nos quaternum sollemne agamus ieiunium per IIII anni tempora.

a) *dies Kap. erst hinter III 25,14. C.*

14. Ex^a sermone^b Leonis papę.

Igitur post sanctę lęticę dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis ac deinde in cęlo^c ascendentis exegimus, postque conceptum sancti spiritus donum salubriter et necessarie consuetudo est ordinata ieiunii, ut si quid forte inter ipse^d festivitatis gaudia neglegens libertas et licentia immoderata presumpsit, hoc religiosę abstinentię censura castiget.

- a) *Inskription schon vor III 25,12 C.*
- b) sermonis *M.*
- c) cęlos *K.*
- d) ipsos *K.*

15. Ex tractatu^a Ieronimi super Zachariam^b.

Ieiunium quarti et ieiunium quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi, subauditur mensis, domui Iude et Ierusalem in dies festos vertetur et gaudium. Hoc loco nostrorum multi multa dixerunt et inter se dissonantia. Cogimur igitur ad Hebreos recurrere et scientię veritatem de fonte magis quam de rivolis quęre. Ieiunium quarti mensis, qui apud Latinos vocatur iulius, die septima et decima eiusdem mensis illud arbitramur, quando descendens Iesus^c de monte Syna tabulas legis abiecerit atque confregerit et iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt civitatis. In quinto mense, qui apud nos appellatur augustus, cum propter exploratores terrę sanctę seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per XL annos longis a terra sancta circuire dispendiis, ut exceptis duobus Caleph^d Iosue omnes in solitudine caderent. In hoc mense et a Nabuchodonosor^e et multa post^f secula a Tito et Vespasiano templum Hierusolimis incensum est atque destructum, capta urbe Bethel, ad quam multa milia confugerant Iudeorum. In septimo vero, qui apud nos appellatur octuber, sicut supra diximus, occisus est Godolias et Iudę tribus ac Hierusalem reliquię dissipatę. Mense decimo, qui apud nos ianuaris dicitur, eo quod ianua anni sit atque principium, Hiezechiel in captivitate positus audivit et cunctus populus captivorum quinto mense templum esse subversum, quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne, quod dicit: Dies planctus et ieiuniorum, quos^g hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis, quia cogitavi, ut benefaciam Hierusalem et domui Iuda, in leticiam et gaudium et sollempnitates esse vertendas, ita dumtaxat si veritatem diligatis et pacem. Iuxta synagogen^h, quia tunc ieiunamus, quando sponsus aufertur a nobis et non meremur eius habere presentiam, cum reversus fuerit ad nos Dominus et cogitaverit, ut benefaciat nobis, omnis tristitia vertetur in gaudium et fames pristina sermonis Dei presentia doctrinarum eius et cęlestis panis saturitate pensabitur.

- a) tractu C.
- b) zacharia K.
- c) *korr. in Moyses C.*
- d) *folgt nachgetragen et C.*
- e) nabuchodosor M; nabudodonosor K.
- f) *fehlt R.*
- g) *folgt getilgt hactenus M.*
- h) agogon *korr. in anagogon C.*

16. Urbanus II.

Statuimus etiam, ut ieiunia IIII temporum hoc ordine celebrentur: Primum ieiunium in initio XL^e, secundum in ebdomada pentecosten, tertium vero et quartum in septembri et decembri more solito fiat.

17. Pius papa.

Nichil enim prodest homini ieiunare et orare et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate et ab^a obtrectationibus lingua cohibeatur.

a) *fehlt K.*

XXVI.^a De ieiunii et abstinentię discretione.

1.

Non enim mediocriter errat, qui magno bono preferat mediocre bonum. Nonne rationalis homo^b dignitatem amittit, qui vel ieiunium caritati aut vigiliam preferat sensus integritati, ut propter inmoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentię aut tristitię notam incurrat? Numquid verborum flecti^c multitudine^c Deus ut homo potest? Non enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus. Quapropter melior est V psalmorum cantatio cum cordis puritate ac serenitate et spirituali hilaritate quam psalterii modulatio cum anxietate cordis atque tristitia. Cum igitur pro centum animabus psalmus vel missa dicitur, nil minus, quam si pro uno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Audiant^d itaque, qui ea, quę necessaria sunt, corpori^e subtrahunt, illud, quod per prophetam Dominus loquitur: Ego Dominus hodie habens rapinam holocaustorum. De rapina vero holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate vel somni penuria corpus inmoderate affligit.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *hominis C.*

c) *multitudine flecti K.*

d) *Audiat K.*

e) *corporis M.*

XXVII.^a De ieiunandi vel manducandi discretione.

1. Augustinus in libro quęstionum evangelii.

Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Ostendit filios sapientię intelligere de usu ciborum nec in abstinendo nec in manducando esse iusticiam, sed in ęquanimitate tolerandi inopiam et temperantiam^b per habundantiam non se corrumpendi atque oportune sumendi vel non sumendi ea, quorum non usus, sed concupiscentia refrenanda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi vivendum est; neque quantum sumas multum interest, cum videamus aliorum stomachum citius satiari et eos tamen illo ipso parvo, quo satiantur, ardentem et intolerabiliter et omnino turpiter inhiare, alios^c autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti et vel^d ante^d horam positas epulas^e, si in tempore aut opus sit aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere neque tangere. Magis ergo interest, non quid vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque personę suę et pro suę valitudinis necessitate quis capiat, cum his vel oportet vel etiam necesse est carere, ut illud in animo christianorum compleatur, quod apostolus dicit: Scio et minus habere et^f scio^f habundare^f. Et paulo post: Iustificatur ergo sapientia ab omnibus filiis suis, qui intelligunt utendis terrenis rebus oportuna tempora esse debere. Facilitatem vero carendi talibus et amorem fruendi ęternis non variari oportere per tempora, sed perpetuo retinere^g.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *temperantia M.*

c) *also K.*

d) *uberante R.*

e) *folgt vel M.*

f) *et minus habundari (nachgetragen) M.*

g) *retineri CR.*

XXVIII.^a Quod bonum sit et puritati conveniens etiam corpus aqua diluere.

1. Clemens in epistola III. cap. VIII.

Bonum est et puritati conveniens etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod imitatio iam sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Et infra: Vere enim, si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam^b eius, qui de foris est, hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut et ipsa purificetur. Ubi autem ista, quæ de foris est purificatio carnis negligitur, certum est ibi neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri^c. Ita ergo fit, ut is, qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hoc, ut hominibus placeat.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *fehlt R.*

c) *gerit R.*

XXIX.^a Quod medicinę sint^b contrarię^b divinis preceptis.

1. Ambrosius in psalmo CXX.

Contraria divinę conditionis precepta medicinę sunt. A ieiunio revocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione^c meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *contrarię sint R.*

c) *intemptatione C; intentatione R.*

XXX.^a Ut sedes episcopalis et sanctorum loca, si necesse fuerit, transferantur.

1. Gregorius Iohanni episcopo Billitrano^b. Epistola XII in^c lib. II.

Temporis qualitas admonet episcoporum sedes antiquitus certis civitatibus constitutas ad alia, quæ securiora putamus, eiusdem dioceseos loca transponere, quod et habitatores nunc degere et barbaricum possit^d periculum facilius declinari. Propterea te Iohannem fratrem coepiscopumque nostrum Billitransensis civitatis sedemque tuam in loco, qui appellatur Renati, ad sanctum Andream apostolum, precipimus exinde transmigrare, quatenus et ab hostilitatis incursu liberior existere valeas et illic consuetudinem sollempnium festorum disponas.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *vellitrano in C.*
- c) *fehlt CR.*
- d) *possint K.*

2. Gelasius.

Ita nos Scyllacinarum cedes geminata pontificum horrendi^a sceleris atrocitate confudit, ut diu constitutio nostrę deliberationis hesitaret, dum et ingerere quamquam parricidalibus exemplis detestaremur antistitem et ubicumque ecclesiam^b destitutam iudicarem, non usque adeo nullatenus relinquendam. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes eatenus religioni duximus consulendum, ut parroechię vice ab extrinsecus positus sacerdotibus gubernentur^c, quę ibidem commanentes ferro didicit necare pastores inauditoque facinore, et quod etiam in illis provinciis nusquam prorsus acciderit, quę bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur, hæc reperta sit civitas, quę^d presules ministrandę sibi fidei christianę sine persecutore prosternat. Curandum est igitur, ut illic funesta perniciis cessatione priorum^e sanetur antistitem atque ita saltem^f furoris tanti materia subtrahatur, si^g in^h quam^h nec possit acerbitas perpetrariⁱ, consistens ibidem persona defuerit, eoque modo vel civitas illa, dum in quos deserviat, non habeat, ab huiusmodi temeritate desistat vel aliis imitandi contagia dira non prebeat. Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde dependens, quę sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter sanguine maculat dignitatem, quia in utroque hec est ultione plectenda, sive scilicet instinctu domestico seu furiis incitata nefas hoc committit externis^j. Prebeat ergo vestra dilectio in hoc statu positę ministerium visitationis ecclesię et aut conveniendo pariter aut vicissim, prout qualitas rerum causaque poposcerit^k, divina^l mysteria representet ingratis, ne^m cum zizaniam devitamus, dominica videamur frumenta preterire. Comperimus autem, quod quidam in eadem regione sumpta tantummodo corporis sacri portione a calice sacrati cruoris abstineant. Qui proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur obstringi aut integra sacramenta percipiant aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque mysterii sineⁿ grandiⁿ sacrilegio non potest provenire. Cavendumque est, ne pestilentia talis obrepens multos in consensum pravitatis adducat^o.

- a) horrende *M.*
- b) ecclesiarum *M.*
- c) *korr. in* gubernetur *C*; gubernetur *R.*
- d) quem *M.*
- e) priorum *K.*
- f) salte *M*; saltim *K.*
- g) ut (*nachgetragen*) *C.*
- h) numquam *C.*
- i) *folgt* si *C.*
- j) exterius *R.*
- k) poposcerint *C.*
- l) *folgt getilgt nochmals* divina *M.*
- m) nec *M.*
- n) si negandi *K.*
- o) abducat *C.*

3. Ambrosius.

Quę dignior domus apostolicę predicationis ingressu quem sancta ęcclesia? Aut quis preferendus magis omnibus videtur quam Christus? Qui pedes suis lavare consuevit hospitibus, et quoscumque sua receperit domo, pollutis non patiatür habitare vestigiis, sed meculosos licet vitę prioris, in reliquam tamen dignetur mundare processus. Hic est igitur solus, quem nemo deserere debet, nemo mutare. Cui bene dicitur: 'Domine, ad quem ibimus? verba vitę ęternę habes et nos credimus. Vides executorem cęlestium preceptorum, qui quoniam non mutavit hospiciũ cęlestium, consortium consecrationis emeruit. Fides ergo in primis ęcclesię quęrenda mandatur, in qua si Christus habitator sit, haud dubie^a sit legenda^b. Si vero populus perfidus aut preceptor hereticus deformet habitaculum, vitanda hereticorum communio, fugienda synagoga censetur, excuciendus pedum pulvis, ne fatiscens perfidię sterilis^c siccitatibus tamquam humi^d arido^d harenosoque^d mentis tuę vestigium polluatür. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet evangelii predicator et tamquam propriis inania gesta pulveri comparanda adlevare atque abolere vestigiis, iuxta quod scriptum est: 'Quis infirmatur et ego non infirmor?' ita si qua est ęcclesia, quę fidem respuat nec apostolicę predicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidię possit aspergere, deserenda est. Quod apostolus quoque evidenter asseruit dicens: Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita.

- a) dubio *K*.
- b) legenda *C*.
- c) *korr. M*.
- d) *korr. aus humo arida harenosoque C*.

4. Augustinus.

Tribus ex causis loca sanctorum transmutanda sunt. Prima cum^a necessitas persecutorum loca eorum gravaverit. Secunda cum difficultas locorum fuerit. Tercia cum malorum societate gravantur.

a) *fehlt R.*

5. Ex concilio Africano^a.

Altaria, in quibus corpora vel reliquæ martirum non esse probantur, ab episcopis eiusdem loci destruantur.

a) *ferner Inskription von III 30,6. R.*

6. Gregorius^a papa^b Benenato episcopo^c. In^d epistola XXXI. lib. II.^d

Et temporis qualitas et vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam atque Musinatium unire debeamus^e ecclesias, quoniam nec longe a se itineris intervallo seiunctę sunt nec peccatis facientibus tanta populi multitudo est, ut, sicut olim fuit, vel duos debeat habere sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitę eius explevit, utrasque nos ecclesias presentis auctoritatis pagina unisse tibi que commississe cognosce propriumque utrarumque ecclesiarum scito te esse pontificem, et queque tibi de earum patrimonio vel clero^f ordinatione promotione iuxta canonum statuta visa fuerint, ordinare atque disponere habebis ut proprius revera sacerdos liberam ex nostrę auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi vero commodius^g ac utilius esse^h prospexerisⁱ, habitato, ita sane, ut alteram ecclesiam, a qua corporaliter ad^j presens^j absens es, sollicita providentique cura disponas, quatenus divina illic misteria sollempniter auxiliante Domino^k peragantur.

a) *Inskription schon vor III 30,5. R.*

b) *fehlt CR.*

c) *folgt Cap. XXXI M.*

d)-d) *fehlt K.*

e) *debemus M.*

f) *korr. in cleri C.*

g) *commodis M.*

h) *fehlt K.*

i) *perspexeris K.*

j) *fehlt C.*

k) *deo C.*

Incipit^a liber^b IIII.^b

I.^c De fide.

1. Augustinus.

Quia de peccato^d gravi^e miseria premebatur genus humanum et divine indigebat misericordie, gratie Dei tempus propheta previdens^f ait: 'Et erit omnis quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.' Propter hoc oratio. Sed apostolus cum ad ipsam gratiam commendandam hoc propheticum commendasset^g testimonium, continuo subiecit: 'Quomodo^h autem invocabunt, in quem non crediderunt.' Propter hoc symlogum. In his duobus tria illa intueri, fides credit, spes et caritas ornantⁱ, sed sine fide esse non possunt, de per hoc et fides orat, propterea quippe dictum est: Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Quid^j autem sperari potest, quod non creditur? Porro aliquid etiam, quod non speratur, credi potest. Quis enim fidelium penas non credit impiorum nec sperat tamen? Et quisquis eas^k imminere sibi credit ac fugaci motu anime exorret rectius^l timere dicitur quam sperare. Quae duo Lucanus distinguens ait: Liceat sperare timenti. Non autem ab alio poeta quamvis meliore proprie dictum est: 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem', denique nonnulli in arte grammatica verbi huius utuntur exemplo ad ostendendam inpropriam dictionem. Et aiunt sperare dixit pro timere. Est itaque fides et malarum rerum et bonarum, quia et bona creduntur et mala, et hoc fide bona, non mala. Est etiam fides et preteritarum rerum et presentium et futurarum. Credimus enim mortuum^m Christum^m, quod iam preterit. Credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides et suarum rerum est et alienarum. Nam et se quisque credit aliquando esseⁿ cepisse nec fuisse utique sempiternum. Et alia atque alia. Nec solum de aliis hominibus multa quae ad religionem pertinent, verum etiam^o de angelis credimus.

- a) *fehlt R.*
- b) IIII. lib(er) *M.*
- c) *Zahl fehlt K.*
- d) *davor Buchst. rad. (p?) M; peccato(rum) K.*
- e) *fehlt K.*
- f) *prevident K.*
- g) *commendasse M.*
- h) *folgt Rasur v. 2 Buchst. M.*
- i) *horant C.*
- j) *Qid K.*
- k) *korr. aus eam (?) M.*
- l) *rectis M.*
- m) *christum mortuum C.*
- n) *cum R.*
- o) *folgt et C.*

II.^a Qualiter lex^b Dei sit legenda^b.

1. Clemens^c papa fratribus cum Iacobo^d Ierusalimis habitantibus.

Diligenter observandum est, ut lex Dei cum legitur non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba^e in divinis scripturis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem^f sibi unusquisque sponte presumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis^g, alienum et extraneum debetis querere^h, aut quomodo ipsum scripturarum auctoritate confirmetisⁱ, sed ex ipsis^j scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam scripturarum discere, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut ipse eam, quam recte suscepit, competenter asserere possit^k. Cum enim ex divinis scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attingit^l, ad asertionem veri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi^m vera didicit, falsa et simulata declinet.

a) *Zahl fehlt K; am Rand wiederholt C.*

b)-b) *sit intelligenda lex dei C.*

c) *davor C-Buchinitiale C.*

d) *folgt rad. Buchst. M.*

e) *fehlt K.*

f) *Endung korr. M.*

g) *adulteris K.*

h) *quere C; q̄r̄ R.*

i) *firmetis K.*

j) *korr. aus ipso M.*

k) *fehlt MK.*

l) *attingit C.*

m) *korr. aus ibi M.*

2. Augustinus in libro de verbis Domini. Sermone L.

Domini gratia et misericordia circumsepsit veritate sua omnes sententias suas et libravit, ut quisquis inde aliquid precipere voluerit aut inducere male legendo vel interpretando, qui cor habet, quod precisum est de scriptura iungat scripturę, legat superiora et inveniet sensum, quem volebat ille male interpretari.

3. Idem. In libro I. de doctrina christiana.

Si quis in scripturis aliud sentit quam ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur, sed tamen, ut dicere cęperam, si ea sententia fallitur, quę hędificet caritatem, quę finis precepti est, ita fallitur ac si quisquam errore deserens viam eo tamen per agrum pergat, quo etiam via illa perducit. Corrigendus est tamen et, quam sit utilius viam^a non deserere, demonstrandum est, ne consuetudine deviandi etiam in transversum aut perversum ire cogatur.

a) vitam *K*.

4. Gregorius papa Domitiano metropolitano.

In intellectu sacre scripture respui non debet, quicquid sane fidei non resistit. Sicut enim ex uno auro alii murenulas alii anulos alii dextralia ad ornamentum faciunt, ita ex una scripture sacre scientia expositores quique^a per innumeros^b intellectus quasi varia ornamenta componunt, que tamen omnia ad decorem celestis sponse proficiunt.

a) qq; *R.*

b) diversos *C.*

III.^a Quod nichil addendum est divino mandato^b.

1. Ambrosius in libro de paradiso.

Quantum presens lectio docet, discimus^c nichil vel cautionis gratis iungere nos debere mandato. Si quid enim vel addas vel detrahas, prevaricatio quædam videtur esse mandati. Pura enim et simplex mandati forma servanda vel testimonii series intimanda est. Plerumque testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adicit, totam testimonii fidem partis mendatio decolorat. Nichil igitur vel, quod bonum videtur, addendum est, tangetis enim Deus non dixerat, sed non edetis.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *mandat̄ R.*

c) *dicimus R.*

IV.^a Quod episcopi docere et comprimere illicita debeant et oppressis succurrere^b.

1. Evaristus papa fratribus per Egyptum.

Episcopum oportet oportune et importune atque sine intermissione aecclesiam suam docere eamque prudenter regere et amare, ut a viciis se abstineat et salutem consequi possit eternam; et illa cum tanta reverentia eius doctrinam debet suscipere eumque amare et diligere ut legatum Dei et preconem veritatis.

a) *Zahl fehlt K; ganzer Titel vor IV 4,2 C.*

b) *surcurrere M.*

2.^a Zepherinus papa omnibus Sicilię episcopis.

Divinę circa nos gratię memores esse debemus, qui nos per dignationis suę misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inherentes et in quadam sacerdotum eius speculatione constituti prohibeamus illicita et sequenda doceamus.

a) *davor der ganze Titel IV 4 C.*

3. Fabianus papa omnibus orientalibus episcopis.

Deus, fratres, ad hoc preordinavit vos et omnes, qui summo sacerdotio funguntur, ut iniusticias^a removeatis et presumptiones abscidatis et in sacerdotio laborantibus succuratis et obprobriis et calamitatibus eorum locum non prebeat, sed ei^b qui calumniam vel obprobrium patitur adiutorium feratis; illum vero, qui calumniam vel obprobrium facit, abscidatis et Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

a) iniusticiam *K*.

b) et *K*.

V.^a Quod eos qui presunt canonum ignorantia non excusat^b.

1. Celestinus papa episcopis Apulię et Calabrię.

Nulli sacerdoti licet canones ignorare nec^c quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Quę enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?

a) *Zahl fehlt K.*

b) excuset *K*; excusant *R*.

c) ne *R*.

2.^a Leo papa Constantinopolitanis.

Si vix in laicis tolerabilis videtur inscientia, quanto magis in his qui presunt nec excusatione est digna nec venia.

a) *dies Kap. nach IV 5,3; durch Umstellungszeichen in die richtige Abfolge gesetzt. C.*

3.^a Gelasius papa universis episcopis per Lucaniam, Britios et Siciliam constitutis.

Si cognitos habet canones unusquisque pontificum, intemerata debet tenere custodia; et si forsitan nescit, consulere fidenter oportet ignorantem, quo magis excusatio nulla succurrit^b errantibus, quia nec sciens proponit servare quod novit nec ignorans curat nosse quod gerat.

a) *dies. Kap. vor IV 5,2; durch Umstellungszeichen in die richtige Abfolge gesetzt C.*

b) *succurret K; korr. aus succurret C.*

VI.^a De habitatione et domestica episcopi conversatione.

1. Cartaginense concilium IIII. Cap. XIII.

Episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat.

a) *Zahl fehlt K.*

2. Idem^a. Cap. XV.^b

Episcopus vilem supellectilem et mensam ac victum pauperem habeat et dignitatis suę auctoritatem fide et vitę meretis querat.

a) *kein Absatz zu IV 6,1 C.*

b) VII^{mo}, *davor rad. X. C.*

3. Canones Apostolorum. Cap. VI.^a

Episcopus aut presbiter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis ut extraneam a sua gubernatione vel solatio abiciat, salvo et per Christi gratiam conservato sancto proposito castitatis. Si vero reiecerit, excommunicetur, sed etsi perseveraverit^b, deiciatur.

a) V. *K.*

b) persevaverit *R.*

4. Gregorius papa^a Romano defensori.

Si qui^b episcoporum, quos commisi^c tibi patrimonii^d finis includit, cum mulieribus degunt, hoc omnino compescas et de cetero illic eas habitare nullomodo patiaris exceptis eis, quas sacrorum canonum censura permittit, id est matre, amita, germana, et aliis^e huiusmodi, de quibus prava non possit esse suspitio. Melius tamen faciunt, si etiam se a^f talium^f habitatione contineant; nam legitur, quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit dicens; "Quę cum sorore mea sunt, sorores meę non sunt". Docti ergo viri cautela magna nobis esse debet instructio, nam incaute presumptionis est, quod fortis pavet, minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit non uti concessis; et quidem nullos in hoc nolentes astringimus, sed, sicut solent facere medici, etsi ad tempus tristem curam^g, tamen pro salute dictamus; et iccirco non^h necessitatem inponimus, sed si imitariⁱ doctum sanctumque^j virum elegerint, ipsorum voluntati relinquimus. Preterea curę tuę sit eosdem fratres meos episcopos adhortari, ut subiectos sibi in sacris videlicet ordinibus constitutos, quod ipsi servant, ad similitudinem modis omnibus servare commoneant. Hoc tantummodo adiecto, ut hi, sicut canonica decrevit auctoritas, uxores, quas caste debent regere, non relinquant.

a) *fehlt K.*

b) *quis K.*

c) *comissi C; commissi R.*

d) *-tri- korr. M.*

e) *aliisque C.*

f) *ad alium K.*

g) *cura R.*

h) *folgt nochmals non (Blattwechsel) R.*

i) *inmutari R.*

j) *semenque MKCR, jedoch sinnlos, sanctumque Greg. Reg.*

5. Cartaginense III. Cap. XVII.

Episcopus gubernationem viduarum aut pupillarum^a aut peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbiterum aut per archidiaconum agat.

a) pupillarum *R.*

6. Idem. Cap. XVIII.

Episcopus testamentorum tuitionem non suscipiat.

7. Idem. Cap. XX.

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni et orationi et verbi Dei predicationi tantummodo vacet.

8. Idem. Cap. XXXIII.

Episcopus quolibet loco sedens stare non patiatu[r] presbiterum.

9. Idem Cap. XXXV.^a

Episcopus in ecclesiae^b consensu^c presbiterorum^d sublimior sedeat, intra domum vero collegam^e se presbiterorum esse cognoscat.

- a) XX^{mo} V^{to} C.
- b) ecclesia *M*(*Endung korr.*)*K*.
- c) consensu *MK*; *korr. aus consensu (?) C*.
- d) prebiterorum *K*.
- e) *fehlt K*.

10. Gregorius papa in synodo.

Presenti decreto constituo^a, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi^b pontificalis obsequantur, ut is^c, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitę eius in secreto conversationem videant quique ex visione sedula exemplum profectus sumant.

- a) constituto *M*; *korr. in* constituo *C*.
- b) cubili *R*.
- c) his *MC*.

VII.^a Ut episcopus pravorum hominum familiaritatem non habeat.

1. Gregorius papa episcopo^c Massiliensi^c. In^d epistola VIII lib. X.^e

Pervenit ad nos, quod dilectio tua libenter malos homines in societate sua recipiat, adeo ut presbiterum quendam, qui postquam lapsus est et in suę dicitur adhuc iniquitatis pollutione versari, familiarem habeas^f. Quod quidem nos ex toto non credimus, quia qui talem recipit, scelera non corrigit, sed magis aliis talia perpetrare^g videtur dare licentiam. Sed ne forte aliqua tibi subreptione vel dissimulatione ut a te reciperetur atque adhuc habeatur gratis^h suaserit, non solum hunc a te longius expellere, verum etiam excessus ipsius sacerdotali zelo modis omnibus convenit resecare. Alios vero, qui pravi esse memorantur, paterna adhortatione a sua pravitate compescere et ad vitam stude rectitudinis revocare. Quodsi, quod absit, salubri monitu eos videris in nullo proficere, eos quoque curabis a te procul abicere, ne pravitates eorum ex eo quod recipiuntur displicere minime videantur et non solum inemendati remaneant, sed eorum etiamⁱ receptione alii corrumpantur; et considera^j quam et hominibus execrabile et periculosum ante Dei sit oculos, si per eum, a quo plectenda sunt crimina, nutriri vitia videantur.

a) *Zahl fehlt K; X. R.*

b) *familiaritate R.*

c) *folgt erst hinter X. K.*

d) *fehlt CR.*

e) *VII. R.*

f) *Korr. aus habes M.*

g) *perpetrandi C.*

h) *folgt Lücke von 4 Buchst. M.*

i) *fehlt C.*

j) *folgt Rasur M; considerate CR.*

VIII.^a Ut^b libros gentilium non legat episcopus^c.

1. Cartaginense III. Cap. XVI.

Episcopus gentilium libros non legat, hereticorum autem pro necessitate et tempore.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *folgt episcopus CR.*

c) *fehlt hier CR.*

2. Gregorius^a papa Desiderio^b episcopo^b. In epistola XXXIII lib. XI.

Pervenit ad nos, quod sine verecundia memorare non possumus, fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus ac sumus vehementius aspernati, ut ea, quę prius dicta fuerant, in gemitum et tristitiam verteremus, quia in uno se ore cum Iovis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam grave nefandumque sit episcopis canere^c, quod nec laico religioso conveniat, ipse considera.

a) regorius *K*.

b) *folgt erst hinter XI. K*.

c) cavere *R*.

3. Ambrosius in III. libro de fide.

Si quis contra licitum putat colorem disputationis^a eiusmodi a poeticis fabulis derivatum et cum in fide nichil, quod vituperare possit, invenerit^b, aliquid in sermone reprehendit, agnoscat non solum sententias, sed etiam versiculos poetarum scripturis insertos esse divinis. Inde enim illud: 'Huius^c et genus sumus', quod Paulus usu prophetico dectus usurpat? Nam et gigantes et vallem Tytanum prophetici sermonis series non refugit. Et Esayas Syrenas et filias passerum dixit. Et Ieremias de Babylone memoravit, quia inhabitabunt in ea filię Syrenum, ut ostenderet Babylonis hoc est secularis confusionis illecebras vetustis lascivię fabulis comparandas, quę velut scopuloso in istius vitę litore, dulcem resonare quandam sed mortiferam cantilenam ad capiendos animos adolescentium viderentur, quam sapiens etiam ab ipso poeta greco inducitur quasi quibusdam prudentię suę vinculis circumdatus preterisse.

- a) disputationis *M.*
- b) invenit(ur) *K.*
- c) *fehlt C.*

4. Ieronimus super Danihelem.

Qui de mensa regis et de vino potus eius non^a vult^a comedere, ne polluatur^b, utique si sapientiam atque doctrinam Babyloniorum sciret^c esse peccatum. Numquam acquiesceret discere^d, quod non licebat. Disunt autem non ut sequantur, sed iudicent atque convincant, quomodo si quispiam adversum mathematicos velit scribere imperitus mathematos^e risui pateat, et adversum^f philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaicam^g, qua et Moyses omnem sapientiam Egyptiorum didicerat.

a) *korr. in nolunt M.*

b) *polluantur MK.*

c) *korr. in scirent (?) M.*

d) *dicere C.*

e) *mathematicis CR.*

f) *adversus K.*

g) *korr. aus chaldeicam M; caldaicam C; caldeicam R.*

IX.^a Ut episcopus pro rebus transitoriis non litiget.

1. Cartaginense III. Cap. XVIII.^b

Episcopus nec provocatus pro rebus transitoriis^c litiget.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *korr. aus VIII. M.*

c) *folgt non M.*

2. Felix II. papa universalibus spiritualibus fratribus et sacerdotibus.

Non enim detrahentibus bonum est detrahere aut palo secundum vulgarem fabulam excutere palum. Absit. Non sunt nostra ista, quapropter hæc avertat divinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis et spiritu humilitatis.

3. Gregorius papa^a in XXXI. libro moralium.

Perfectus christianus quomodo debet iurgando res terrenas defendere, quas non precipitur possidere? Itaque cum res proprias amittimus, si perfecte Deum sequimur, in huius vitę itinere^b a magno onere levigati sumus. Cum vero curam rerum eiusdem nobis itineris necessitas imponit, quidam dum eas rapiunt, solummodo tolerandi sunt, quidam vero servata caritate prohibendi. Non tamen sola^c cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua semetipsos^d perdant. Plus quippe ipsis raptoribus debemus metuere, quam rebus irrationabilibus^e defendendis inhiare.

- a) *fehlt K.*
- b) *ititnere K.*
- c) *-a korr. M.*
- d) *folgt non K.*
- e) *korr. aus irrotationabilibus M.*

4. Idem papa in synodo.

Consuetudo nova in hac ecclesia et valde reprehensibilis erupit, ut cum rectores eius patrimonii urbana vel rustica^a predia iuri illius competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant atque^b quod^b competere^c pauperibus estimant non iudicio, sed manibus defendant; et cum per predicatorum suos veritas: 'Nichil per contentionem agi precipiat', etiam ipsum litigiosę contentionis malum transcenditur^d et res quęlibet, cum estimatur ecclesię posse competere, per vim tenetur. Proinde presenti decreto constituo^e, ut si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere sive in rustico sive in urbano predio sua sponte presumpserit, anathema sit. Is^f autem, qui ecclesię preest, si hoc vel ipse fieri precipit, vel sine sua preceptione factum digna punire animadversione neglexerit, anathema sit.

a) -u- *korr.* M; rusticana K.

b) etque C.

c) copetere M.

d) transgreditur K.

e) *korr. aus* constituto M; constituoto K; *Endung korr.* C.

f) *korr. in his* C.

X.^a De episcopo percussore et quod in qualibet causa privato zelo moveri^b non debeat.

1. Canones Apostolorum. Cap. XXVIII.

Episcopum aut presbiterum aut diaconum percipientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes, et per huiusmodi volentem^c timeri, deici ab officio suo precipimus, quia nusquam hoc Dominus nos docuit. Econtrario^d vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non remaledicebat, cum pateretur, non cominabatur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *moneri R.*

c) *voluntatem CR.*

d) *überschüssiger Kürzungsstrich über -t- M.*

2. Gregorius papa Iohanni episcopo Gallipolitano^a.

Matriculam, quam Andreas fater et coepiscopus noster fecit fustibus castigari, quamvis exinde post octo menses obisse non credimus, tamen, quia eam contra propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mensibus a missarum sollemnitate suspende, ut vel hec eum^b verecundia, qualem se de cetero exhibere possit, instituat.

- a) gallipolitano *R.*
- b) cum *R.*

3. Idem papa Iohanni episcopo Constantinopolim.

Quid de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas tua novit. Pastores enim facti sumus, non persecutores; et egregius predicator dicit: 'Argue, obsecra, increpa cum omni patientia et doctrina.' Nova vero atque inaudita predicatio ista est, quæ verberibus exigit fidem.

4. Idem papa Victori episcopo.

Quam gravis et^a aspera adversus fratrem nostrum Paulinum regis^b civitatis episcopum clericorum vel eorum, qui in sacro sunt ordine constituti, querela sit, fraternitati tuae liquere non dubium est, quia latere te in vicinia non potuit, quod ad nos in longinquo pervenit. Et quoniam valde cavendum est, ne hoc, quod eum^c frustra in se corporali iniuria quærentur excedere, aut licite presumatur aut fiat dissimulatione deterius, sic manifesti excessus canonica semper moderatione premendi sunt, ut una res et preteritorum correctio et esse possit regula futurorum. Proinde insimul cum dilectissimo communi fratre Columbo episcopo vel aliis^d sacerdotibus, quos previderis inter^e suprascriptum fratrem nostrum et clericos ipsius, causam subtili investigatione rimari te convenit; et si supplicantium querela veritate subsistit, ita hoc regulari emendatione corrigite, ut, quam sit malum quod fecit, agnoscat et officii sui discat de cetero terminos non exire.

- a) *folgt* quam *K*.
- b) *regie* *C*.
- c) *cum* *R*.
- d) *alii(Lücke)s* *M*.
- e) *intra* *R*.

5. Idem papa clero et nobilibus Salonitanis^a.

Pervenit ad me, quosdam perverse mentis homines, ut dilectionis vestrę animos vulnerarent, vobis insinuare conatos^b, quia ego contra Maximum quodam odio movear et non magis quę canonica, sed ea quę furoris sunt exequi concupiscam. Sed absit hoc, absit a sacerdotali animo, ut in qualibet causa privato zelo moveatur.

a) salonitatinis *K*.

b) conatis *K*.

XI.^a Ut episcopi posteriores^b se prioribus suis non preferant.

1. Lucius papa omnibus episcopis occidentalibus.

Episcopi per singulas provincias observent, ne posteriores se prioribus suis preferant nec eis inconsultis nisi quantum ad propriam pertinet parrochiam aliquid agant, sed^c omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant et determinent, quoniam aliter actę nullas vires habebunt nec ecclesiasticę reputabuntur.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Endung korr. M; psteriores C.*

c) *si M.*

XII.^a Quod omnes episcopi equales sint, nisi quemquam^b culpa subiviat.

1. Gregorius papa Iohanni episcopo Syracusano.

Si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis apostolicę sedi episcopus subiectus non sit.
Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sunt.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *quequam K; quam R.*

XIII.^a Ut episcopus semper et ubique secum testes habeat.

1. Anacletus papa omnibus episcopis et cunctis fidelibus.

Episcopus Deo sacrificans testes secum habeat et plures quam alii sacerdotes. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonii incrementatione indiget. In sollemnioribus quippe diebus aut VII aut V aut III diaconos, qui eius oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros habeat secum, qui sacris induti^b vestimentis in frontem et^c a tergo; et presbiteri e regione dextra levaeque contrito corde et humiliato spiritu ac^d pronoc^e stent vultu custodientes eum a malivolis hominibus et consensum eius prebeant sacrificio. Peracta autem consecratione omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *folgt Rasur von 1 Buchst. (?) M.*

c) *rad. (?) C.*

d) *folgt pro M.*

e) *Endung rad., -o übergeschrieben M.*

2. Lucius papa omnibus episcopis occidentalibus.

Duo presbiteri et tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum.

XIV.^a Quod episcopi vice apostolorum presint et a subditis timeantur et inter se concordessint.

1. Clemens papa Iacobo episcopo Ierusalimorum.

Episcopos^b vicem apostolorum gerere Dominum docuisse dicebat et reliquorum discipulorum vicem tenere presbiteros debere insinuabat. Et^c si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam sibi penam inferre debere predicabat. Cunctos^{de} se^e invicem diligere et adiuvere debere^d et neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat.

a) *ganzer Titel fehlt K.*

b) *davor nochmals Titel 14. R.*

c) *Absatz C.*

d)-d) *Cunctos - debere fehlt R.*

e) *cet(er)os C.*

2. Idem papa eidem.

Vestrum enim, qui legatione Christi fungimini, est^a docere populos, eorum vero est vobis obēdire ut Deo. Si autem vobis episcopis non ebēdierint omnes presbiteri, diaconi ac^b subdiaconi et reliqui clerici cuncti omnesque principes tam maioris ordinis quam et inferioris atque reliqui populi tribus et lingue non obtemperaverint, non solum infames, sed et^c extorres^c a regno Dei et a regno Dei et consortio fidelium a^d liminibus sanctę Dei ecclesię alieni erunt. Nam vestrum est^e eos instruere, eorum vero est vobis obēdire ut Deo, cuius legatione fungimini dicente Domino: "Qui vos audit, me audit et qui vos spernit, me spernit." Nam nichil iniustius vel inhonestius est quam filios patribus rebelles aut clericos vel laicos doctoribus seu discipulos magistris inobēdientes vel protervos^f existere.

- a) *davor Buchst. rad. M.*
- b) *aut KC.*
- c) *exterioris M; fehlt et C.*
- d) *c übergeschrieben C.*
- e) *über d. Zeile M.*
- f) *propter vos CR.*

3. Anacletus papa omnibus episcopis et reliquis sacerdotibus.

Necesse est, ut rectores a subditis timeantur ab ipsis corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Ipsi autem ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt, nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum sive qui adversum nos armantur, propriè nos ipsos decipiunt, et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia extorres fiunt.

4. Victor papa universis episcopis Africę.

Perlatum est ad sedem apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus velle et ut cadant decertare, similiter in sacramentis discrepare et ob id contentiones et emulationes inter vos fieri. A quibus dissensionibus vos avertere et^a in his omnibus concordare et opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis et vicissim reconciliari non studueritis, ab^b apostolicę sedis et totius ecclesię communione vos pelli non dubitetis.

a) *fehlt R.*

b) *davor et C; et R.*

XV.^a De visitandis parrochiis.

1. Spallense^b concilium.

Singulis annis quisque episcopus parrochiam suam circumeat^c populumque confirmet ac doceat et ea, quę vitanda^d sunt, prohibeat et ea, quę agenda sunt, utiliter agere suadeat^e.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Ypalense K.*

c) *circueat KC.*

d) *visitanda R.*

e) *korr. aus sudeat M.*

2. Toletanum^a concilium

Cum episcopus suam diocesim visitat, nulli pre multitudine onerosus existat nec umquam quinquagenarium^b numerum evectionis excedat aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quodsi episcopus aut langore detentus aut aliis occupationibus implicatus, visitationem dioceseos explere nequiverit, presbiteros probabilis vitę aut diaconos mittat, qui redditus basilicarum et reparationes et ministrantium vitas inquirent.

a) oletanum *K*.

b) quodragenarium *C*.

XVI.^a De non relinquendo^b regimine vel cathedra^c episcopali.

1. Liberior papa universis episcopis.

Suggestum nobis est, quod pro^d preteritis^d laboribus et infestationibus nonnulli vestrum assignatis^e sibimet^f a Deo commissas relinquunt^g plebes et in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent ecclesias, et pro ovibus sibi commissis laborare^h neglegant et monasteriorum se quieti contradereⁱ festinent et vacationem^j ab episcopatus laboribus eligere et silentio atque otio vitam degere magis appetant quam in his, que sibi commissa sunt, permanere dicente Domino: 'Beatus, qui perseveraverit usque in finem.' Ideoque, fratres Karissimi, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestre proposito coarctet recedere. Non sit qui vos decipiat in subtilitate sermonis, ut plebes vobis^k commissas relinquatis et^l alicui propter obprobrium malorum hominum quieti vos tradatis, ut vos solummodo salvetis et filios orphanos relinquatis^l. Et infra. Hortamur caritatem vestram exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere servitiis nec quidem^m quoquomodo a commissa cura recedere, sed totis viribus in commissis vobis negotiis fortiter usque in finem perdurare.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *relinquendis C.*
- c) *catedre R.*
- d) *propteris K; propter R.*
- e) *assignatas C.*
- f) *folgt et C.*
- g) *relinquant C.*
- h) *korr. aus labore M.*
- i) *constradere se K.*
- j) *vocationem R.*
- k) *vob C.*
- l)-l) *et - relinquatis fehlt K.*
- m) *idem C.*

2. Ambrosius populo Mediolanensi contra Auxentium.

Quid turbamini^a? Volens numquam vos deseram, coactus repugnare non novi. Dolere potero, potero flere, potero gemere. Adversus arma, milites, Gothos quoque lacrimę meę arma sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Fugere autem et relinquere ecclesiam non soleo, ne quis gravioris penę metu factum interpretetur.

a) turbanini *M.*

3. Leo papa Rustico Narbonensi episcopo.

Miror dilectionem tuam intantum scandalorum quacumque occasione^a nascentium^a adversitate turbari, ut vocationem episcopatus laboribus preoptare te dicas et malle^b in silentio atque otio vitam degere quam in his, quę tibi commissa sunt, permanere. Et infra. Quis inter fluctus maris navem^c diriget, si gubernator abscedat? Quis ab insidiis luporum custodiet oves, si pastorum cura non vigilet? Quis denique latronibus obsistet et furibus, si speculatorem in prospectu explorationis locatum ab intentione sollicitudinis amor quietis abducat? Permanendum est^d ergo^d in opere credito et in labore suscepto.

a) nascentium occasione *K* (-a- in occasione *korr.* und nochmals *übergeschrieben M*).

b) *Endung korr. M*.

c) *navim K*.

d) *ergo est R*.

4. Cartaginense concilium^a V.^a Cap. V.

Nemini sit facultas relicta principali cathedra ad aliquam^b ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius^c quam oportet constitutum curam vel frequentationem proprię cathedrę neglegere.

- a) V^{um} concilium C.
- b) *korr. aus* aliquem M.
- c) *divitius* M.

XVII.^a De profectioe episcoporum.

1. Canones Apostolorum. Cap. XXXIII.

Nullus episcoporum peregrinorum aut presbiterorum aut diaconorum^b sine comendaticiis^c suscipiatur epistolis, et cum scripta^d detulerint, discutiantur atentius et ita suspantur. Si predicatorum pietatis extiterint minus nec quę sunt necessaria sumministrentur eis et ad communionem^e nullatenus admittantur, quia per surreptionem multa proveniunt.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *-u- korr. M.*

c) *-c- korr. M; commendatiis R.*

d) *scrpta C.*

e) *com(Lücke)munionem M.*

2. Arelatense^a concilium I. Cap. XVIII.

De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire, placuit illis locum dari ut offerant.

a) Aralatense *M.*

3. Antioecenum^a concilium. Cap. XI.

Si quis episcopus aut presbiter aut quilibet regulę subiectus ecclesię preter consilium et litteras episcoporum provincię et precipue metropolitani adierit imperatorem, hunc reprobari et abici oportere non solum a communione, verum et ab honore, cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam temptavit inferre contra leges ecclesię. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu et consilio^b metropolitani et cęterorum episcoporum, qui in eadem provintia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

a) Intiocenum *R.*

b) concilio *R.*

4. Sardicense concilium. Cap. VIII.

Episcopi ad comitatum non accedant nisi forte hi, qui religiosi imperatoris litteris vel invitati vel evocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam ecclesie confugiant, qui iniuriam patiuntur aut qui peccantes exilio vel insulis damnantur aut certe quicumque sententiam suscipiunt, subveniendum est his et sine dubitatione petenda indulgentia.

Quicumque ergo quales istos memoravimus preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri invidiosa non est et que impetraverit celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provincia episcopi ad eum fratrem et coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit, ut ille et diaconum eius et^a supplicationes destinet^b tribuens commendaticias^c epistolas pari ratione ad fratres et coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus et urbibus morantur, in quibus felix beatus Augustus rem publicam gubernat. Si vero habet^d episcopos^d amicos in palatio, qui cupit aliquid, quod tamen honestum est impetrare, non prohibetur per diaconum suum rogare ac significare his, quos scit benigna intercessione sibi absenti posse prestari^e.

a) *folgt Rasur von 1 Buchst. M.*

b) *folgt Rasur von 1 Buchst. M.*

c) *commendatias R.*

d) *episcopos habeat C.*

e) *-i korr. M.*

5. Cartaginense^a III. Cap. XXVIII.

Episcopi trans mare non proficiscantur nisi consulto primę sedis^b episcopo^c suę^d cuiusque provincię, ut ab eo precipue possint sumere formatam vel commendationem^e.

- a) *folgt concilium C.*
- b) *scđm R.*
- c) *über d. Zeile M.*
- d) *korr. aus sucę M; sucessori K.*
- e) *commendatam C.*

XVIII.^a De episcopis in alienam^b civitatem^b inmorantibus vel possessiones habentibus.

1. Sardicense concilium. Cap. XIII.

Osius episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis, ut episcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem vel ex provintia sua ad aliam provinciam et^c ambitioni magis quam devotioni serviens voluerit in aliena civitate multo tempore residere, forte enim evenit, episcopum loci non esse tam instructum neque tam doctum, is^d vero, qui advenit, incipiat contemnere eum et frequenter facere sermonem, ut dehonestet et infirmet illius personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi ecclesiam et transire ad aliam. Definite ergo tempus, quia^e et non recipi^f episcopum inhumanum est et si diutius resideat perniciosum est^g. Memini autem superiori^h concilio, fratres nostros, constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua commoratur, civitate tres dominicos dies, idest per tres septimanas, non celebrasset conventum, communionem privaretur. Siⁱ hec circa laicos constituta sunt^j, multo magis episcopo^k non licet nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quae eum detineat^l, ut amplius a suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Universi dixerunt placere sibiⁱ.

a) Zahl fehlt K; XIII. R.

b) alia civitate C.

c) korr. aus et(iam) M.

d) his C.

e) korr. M.

f) folgt rad. Buchst. M.

g) folgt hoc ergo ne fiat, providendum est CR.

h) superio(Lücke)ri M (vielleicht das ganze Wort auf Rasur).

i)-i) Si - sibi am Rand M.

j) su (Randverlust) M.

k) davor L-Initiale K.

l) detineat C.

2. Idem concilium. Cap. XV.

Osius episcopus dixit: Quia nichil pretermitti oportet, sunt quidam^a fratres et coepiscopi nostri, qui non in ea civitate^b, in qua videntur episcopi esse constituti, vel certe parvam rem illic habeant, alibi autem idonea predia habere cognoscuntur vel affectiones proximorum, quibus indulgeant, hactenus permitti eis^c oportet, ut accedant ad possessiones suas et disponant vel ordinent fructum laboris sui, ut post tres dominicos^d, id est post tres^d ebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima civitas, in qua est presbiter, nec sine^e ecclesia videatur^f facere diem dominicum, illuc accedant, ut neque res domesticę per absentiam eius detrimentum sustineant et non frequenter veniendo ad civitatem, in qua episcopus moratur, suspitionem iactantię et ambitionis evadant. Universi dixerunt placere sibi.

a) quędam *M*.

b) *folgt* multum possident *CR*.

c) eos *C*.

d)-d) *am Rand C*.

e) si in *C*.

f) *korr. in* videantur *C*.

XIX.^a Ut excessus episcopi nuncietur Romano pontifici.

1. Gelasius.

Si quid in ecclesia damni aut in his, quę sunt preceptionis nostrę prohibita, pontificem vestrum quis viderit ammittere mox nostris auribus relatione signate, ut, quid fieri debeat, censeamus.

a) *Zahl fehlt K; Zahl eher bei Titelrubrik 20 R (s. IV 20).*

XX.^a Ut si episcopus res habet proprias cui vult derelinquat non autem res ecclesię.

1. In canonibus Apostolorum XL.

Sint^b manifestę res proprię episcopi, si tamen habet proprias, et manifestę dominicę, ut^c potestatem habeat de propriis moriens episcopus sicut noverit et quibus voluerit derelinquere^d, ne sub occasione ecclesiasticarum rerum, quę episcopi probantur, interdicantur. Fortassis aut uxorem habet aut filios aut propinquos aut servos et iustum est hoc^e apud Deum et homines, ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis nec^f episcopi^g vel eius propinqui sub obtentu ecclesię proscribantur et in causas^h incidant, qui ad eum pertinent, morsque eiusⁱ iniuriis infametur.

a) *Zahl fehlt K; XVIII, etwas tiefer dann XX R.*

b) *Sunt M.*

c) *aut M.*

d) *-el- korr(?) M.*

e) *fehlt K.*

f) *ne KR; korr. aus ne C.*

g) *Christi M.*

h) *2. -a- korr. (?) M.*

i) *fehlt K.*

2. Leo III.

Item monemus et inrefragabiliter affirmamus, ut nullus episcoporum vel sacerdotum rem tituli sui usurpare presumat, sed neque salarium^a a christianis sanctis locis oblatum causa amicitie vel timoris aut^b muneris auferre pertemptet, ne ecclesia Dei ad nichilum redigatur. Quod qui facere presumpserit, ille episcopus vel sacerdos canonicam sine dubio ultionem subeat et, quod ecclesie iniuste ablatum est, reddere compellantur, ut deinceps nullas vires pro eis ad litigandum vel possidendum habere possint.

a) salarium *MK*.

b) vel amoris vel *C*.

3. Gregorius Deusdedit^a episcopo^a Mediolanensi^a. In epistola XIII^b lib. XII.

Nulli dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita et de his, quas ante habuerint, quicquid iudicare voluerint, non^c vetantur^a.

a) *folgt erst nach XII K.*

b) XIII K.

c) *fehlt K.*

4. Ex^a concilio Cartaginensi.

Ut^b episcopi vel quicumque cleri^c in eos, qui catholici christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint^b, per donationes rerum suarum nichil aliquid conferant.

a) *ganze Inskr. fehlt K.*

b)-b) *Ut - fuerint fehlt, Rest des Kap. schließt ohne Absatz an IV 20,3 an K.*

c) *clerici C.*

XXI.^a Ut episcopus corrigat, quod ab antecessore suo illicite commissum est.

1. Hylarus^b.

Sed et quod quis commisit illicite aut a decessoribus suis invenit admissum^c, si proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere; sed qui in causis Dei vel contumacia vel aliquo excessu deliquerit aut ipse, quod perperam fecit, abolere noluerit, in se, quicquid in alium non resecat, inveniet. Quod ut deinceps possit tenatius custodiri, si placet, ut^d omnes sententias et subscriptiones proprias commodate, ut synodali iudicio aditus^e claudatur. Ab universis episcopis et presbiteris acclamatum est. Exaudi, Christe, Hylaro vita. Dictum est VI^f: Hęc confirmamus, hęc docemus.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *Hylarius K.*

c) *korr. in amissum C.*

d) *fehlt C.*

e) *auditus K.*

f) *VII K; sexies C.*

XXII.^a Ut non liceat episcopo a sacerdote vel alio clerico^b vel a sanctis locis ultra statuta patrum quicquam exigere.

1. Pelagius papa Cresconio illustri.

Illud magnitudinem tuam mimime volumus ignorare, Siracusanę civitatis episcopus inter alia, que in cautionum suarum pagina sponndit. Hoc etiam specialiter sub interpositione pene legitime promississe relegitur^c, numquam se a quolibet diocesis suae presbitero ultra duos solidos cathedratici nomine^d petiturum^d nec per quamlibet aliam occasionem quicquam in eius se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua non solum de predicto episcopo sed de omnium episcoporum Sicilię personis competenti sollicitudine custodire non desinat, nec ipsa queque^e prandia innormia^f fieri, sed secundum mediocritatem uniuscuiusque loci episcopo ad consignationem venienti susceptionis parare convivium, quia^g nec eo^h pretextu pauperibus incuti damna volumus aut qualibet ratione permittimus.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *clero K.*

c) *legitur C.*

d) *nomine petiturum K; petiturum nomine CR.*

e) *qq M.*

f) *innorma R.*

g) *davor n K.*

h) *ex R.*

2. Leo papa III.

Nulli episcoporum liceat a subiecto^a sacerdote vel alio quolibet clerico et piis locis dationes ultra statuta patrum exigere aut super posita in angariis inferre^b, sed cum sit optimus perspector, ita perspiciat, ut universę oves sibi commissę a se maxime alantur atque in necessitatibus adiuventur quam illicitis exactis dationibus opprimantur, quia Dominus pascere et docere nos docuit et omnibus ministrare non terrenis lucris vel avaritiis delectari.

a) subto *MR*; subdito *C*.

b) referre *K*.

3. Ex VII. synodo. Cap. IIII.

Predicator ecclesie Paulus divinus apostolus acsi canonem ponens Ephesiorum presbiteris immo vero et omni sacrate plenitudini ita fiducialiter perhibuit: 'Argentum et aurum aut vestem nullius concupivi, omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos', beatus existimans^a dare quam accipere. Propter quod et nos edocti ab eo diffinimus, nullatenus episcopum turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum vel argentum aut aliam^b speciem ab episcopis vel clericis vel monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim apostolus: 'Non debent filii parentibus^c thesaurizare, sed parentes filiis.' Et apostolus Paulus: 'Pascite qui in vobis est gregem Dei, non coacte sed spontanee secundum Deum non turpis lucri gratia neque dominantes in clero, sed forma facti gregis, et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem coronam.'

a) estimans *CR*.

b) vel *C*.

c) paurentibus *M*.

4. Gregorius VII. papa.

Nullus episcopus gravamen seu servile servitium ex usu contra ecclesiasticam normam abbatibus seu clericis suis imponat vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat. Quod^a si fecerit, officii sui periculum subeat.

a) Qd *K*.

XXIII.^a De echnomis^b.

1. Ex concilio Calcedonensi.

Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos pervenit, sine economo^c episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit, omnes ecclesias episcopos habentes habere et economos de proprio clero, qui gubernent ecclesie res cum arbitrio episcopi^d sui^d, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum^e rerum ecclesiasticarum et ex hoc eveniat dispergi eiusdem ecclesie res et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hæc non observaverit, divinis subiaceat regulis.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *equonomis R.*

c) *equonomo R.*

d) *sui episcopi M.*

e) *korr. aus ipaarum M.*

2. Gregorius Antemio subdiacono^a. In epistola L lib. XI.

Volumus ut frater noster Paschasius et^b vicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatinus possit vel hospitibus supervenientibus vel causis, quę eveniunt, idoneus et paratus existere. Si vero negligentem eum prospicis vel ea, quę dicimus^c, implere differentem, omnis clerus eius adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant quorum personæ^d ad ea, quę prediximus^e, valeant ordinari.

- a) diacono *C*.
- b) *fehlt CR*.
- c) dicis *K*.
- d) *korr. aus persona M*.
- e) diximus *C*.

XXIV.^a Ut ecclesiastica officia singula singulis personis committantur.

1. Gregorius papa omnibus episcopis.

Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis siggillatim^b committi debere iubemus. "Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent", ita in ecclesie corpore secundum veridicam Pauli sententiam in uno eodemque spiritu^c alii^c conferendum est hoc officium, alii committendum est^d illud. Neque enim quantumlibet exercitate uni persone uno tempore duarum rerum officia sunt committenda, quia 'si totum corpus oculus^e, ubi auditus?' Sicut enim varietas membrorum per diversa officia et robur corporis servat et pulcritudinem representat, ita varietas personarum per diversa nichilominus officia distributa et fortitudinem et venustatem^f sancte Dei ecclesie manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *sigillatim KC; suggillatim R.*

c) *spirituali MKCR.*

d) *fehlt C.*

e) *fehlt K.*

f) *vetustatem K.*

XXV.^a Ne officia^b ecclesiastica^b laicis committantur.

1. Gregorius Ianuario^c episcopo^c Sardinie^c. In^d epistola LXXIII^e lib. VIII.

Cavendum a fraternitate vestra est, ne secularibus viris atque non sub regula vestra degentibus cuiuslibet res ecclesie committantur, sed probatis de vestro^f officio clericis, in quibus, si quid repperiri potuerit^g pravitatis ut in subditis emendare, quod illicite gestum^h fuerit, valeatis, quosⁱ videlicet apud vos habitus sui officium magis conveniat quam excusat^j.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *ecclesiastica officia C.*
- c) *erst hinter VIII. K.*
- d) *fehlt R.*
- e) *L XXVIII C.*
- f) *Endung korr. M.*
- g) *poterit K; putuerit R.*
- h) *iustum korr. in iestum M.*
- i) *quo K.*
- j) *excuset C.*

2. Idem^a.

Si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere sive in rustico sive in urbano predio sua sponte presumpserit, anathema sit. Is autem, qui preest ecclesie, si hoc vel fieri precepit vel sine sua preceptione factum digna puniri animadversione neglexerit, anathema sit.

a) *fehlt K.*

XXVI.^a Ut episcopi, qui apostolicę sedis^b ordinationi subiacent annuę idibus Maii^c liminibus apostolorum presententur^d.

1. In concilio^e Zacharię papę.

Iuxta sanctorum patrum statuta^f et canonum instituta omnes episcopi, qui huius apostolicę sedis ordinationi subiacent, qui propinqui^g sunt, annuę idibus Maii^h sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli liminibus presententur omni occasione seposita. Qui vero de longinquo iuxta cyrographum suum impleant. Nam qui huius constitutionis contemptor extiteritⁱ preter si egritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiaccere sententiis.

- a) *Zahl fehlt K.*
- b) *sedi R.*
- c) *mai R.*
- d) *presentetur R.*
- e) *consilio R.*
- f) *instituta K.*
- g) *propnqui M.*
- h) *madii C.*
- i) *extisterit K.*

XXVII.^a De corepiscopis.

1. Damasus.

De corepiscopis, de quibus nos consulistis^b, quale sit eorum ministerium aut quid eis agere liceat, quia audivimus eos iam esse prohibitos aut^c quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendum sit, nichil vobis certius respondere^d videtur quam apud decessoribus^e nostris^e decretum reperimus, ut eis ad veniam nichil prorsus aliud reservetur quam privatio sacri ministerii, quod illicite assumpserunt. Nimis ergo eorum institutio improba, quid, ut^f hi^f de summo^g sacerdotii misterio^h aliquid presumant, omni auctoritate caret. Quod ipsi idem sint, qui et presbiteri sufficienter invenitur, quod ad formam et exemplum LXX inveniuntur prius instituti. Sedⁱ quia Deo gratias modo necessarijⁱ sicut in primitiva ecclesia propter studium, quod erga pauperes exigebant^k, non sunt et quia illicita presumebant et, quod agebant, actum non erat, ideo tam ab hac sancta sede quam ab omnibus totius orbis episcopis a pontificalibus sunt remoti officiiis. Non amplius quam duos^l ordines inter discipulos Domini esse cognovimus. Unde iste tercius processit, funditus ignoramus et, quod ratione caret, extirpare necesse est. Quod^m enim episcopi non sunt, qui minus quam a tribus autⁿ qui ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habent? Quicquid enim inter episcopos aut de rebus ad eos solummodo perinentibus egerint, necesse est, ut irritum sit, quia quod non habent, dare nequaquam^o possunt^o, presertim cum nullus ex LXX discipulis, quorum spetiem^p isti^p antequam prohiberentur in ecclesia gerebant, nil^q de hoc, quod apostolis^r eorumque successoribus specialiter debeatur^s, legitur assumpsisse. Nec in lege Domini de his, quę summis^t sacerdotibus, id est Moyses^u et Aaron, erant specialiter concessa, filii Aaron quicquam presumebant. Sic et modo, quia umbra legis transiit et lux evangelii corruscat, de his, quę summis^v sacerdotibus, id est^u episcopis, quorum Moyses et Aaron formam, tenuerunt, illi qui LXX discipulorum^w formam gestant, in quorum videlicet tipo filii Aaron^x erant^x, nichil presumere debent. Benedictionem, quam predicti corepiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant, magis nobis videtur^y vulnus inferre quam salutem. Et illi, qui pontificatus apicem non habeant, dare quid poterant, quoniam nichil in dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominum, ut more humano loquar, dare potest, quod non habet? Et ideo, quod presumebant, irritum erat et nil tangenti proficiebat, sed magis maledictionem pro benedictione conferebant.

- a) ganze Titel fehlt K.
- b) consuistis C.
- c) ut K; aud R.
- d) responderi C.
- e) decessores nostros K.
- f) über d. Zeile M.
- g) sumo C.
- h) ministerio CR.
- i) Qed R.
- j) necessaria MK.
- k) exhibebant (Zeilenwechsel) C.
- l) fehlt MK.
- m) Quia C.
- n) ut MK.
- o) possint nequaquam korr. in nequaquam possint M.
- p) isti speciem C.
- q) nichil C.
- r) apłs M.
- s) debebatur C; debatur R.
- t) simmus R.

- u)-u) Moyses (moysi CR) - est *fehlt K.*
- v) *simmus R.*
- w) *erst hinter gestant C.*
- x) *erant aaron K.*
- y) *folgt durchgestr. nochmals videtur M.*

2. Leo episcopus omnibus episcopis. De eadem re.

Quamvis corepiscopis et presbiteris plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quædam tamen sibi prohibita noverint, sicut est presbiterorum diaconorum ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris ac benedictio vel unctio. Sic quidem nec exigere^a eis altaria, nec ecclesias consecrare licitum est, nec per impositiones manuum fidelibus rebaptizatis vel conversis ex heresi paraclitum spiritum sanctum tradere, nec crisma conficere^b, nec crismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare^c, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hęc enim omnia illicita sunt corepiscopis, qui ad exemplum et formam LXX duorum^d discipulorum esse noscuntur, vel presbiteris, qui eandem gestant figuram, quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quę nimirum omnia solis^e debere summis^f pontificibus^f precipitur^g, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis^g demonstretur. Sed neque coram episcopo licet presbiteris in presbiterium introire, nec presente antistite infantem tinguere aut signare, nec penitentem sine preceptione episcopi sui reconciliare, nec eo presente nisi illo iubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere vel benedicere aut salutare, neque plebem utique exhortari.

a) *korr. in* erigere *C.*

b) confiscare *R.*

c) reconcilare *R.*

d) *fehlt K.*

e) soli *K.*

f) summo pontifici *K.*

g)-g) precipitur - pontificis *fehlt K (Seitenwechsel).*

XXVIII.^a De pactis, quę inter se vel cum aliis episcopi contrahunt.

1. Pelagius.

Eleutherius frater et coepiscopus noster dicit, quod mater eius in casa, quę Castellum dicitur oratorium construxisset ac dedicaverit et in eodem loco monachos constituerit, ex^b quibus unus est presbiter. Hoc autem^c tempore dedicationis inter episcopum Cardelum^d, cuius ipsa diocesis est, et matrem suam asserit convenisse, ut quicquid dedicationis vel martirum die, quorum^e in eius monasterio reliquię^f sunt, per fidelium oblationes intraverit, medietatem quidem monasterium ipsum habeat, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam conventionem Marium presbiterum sive sciente sive nesciente episcopo suo monachis ipsis vel presbitero, qui ex ipsis monachis est, vim dicitur intulisse et frequentes molestias generare, ita ut et^g memoratum presbiterum prope ceciderit et missas eum facere^h nullomodo permittat dicens, utⁱ quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hęc igitur omnia diligenter te examinare iubemus, et si apud te evidenti veritati^j constiterit, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones^k superius positę convenerint, servari eas ex nostra auctoritate precipimus nec amplius aliquid exinde ab aliquo tentetur^l exigere. Sin vero nil tale convenit mediante te, quid episcopo ipsi^m eulogię nomine offerri debeat, inter ipsos monachos et presbiterum volumus definiri. Salvo tamen eo, ut presbiter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas in monasterio suo, sicut consuevit, facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *et K.*

c) *über d. Zeile M.*

d) *cardelium C.*

e) *qui R.*

f) *fehlt MKR.*

g) *ex M; über d. Zeile nachgetr. C; fehlt R.*

h) *davor bene- rad. M.*

i) *fehlt K.*

j) *korr. in veritate C.*

k) *folgt superpositę K.*

l) *teneretur R.*

m) *folgt Rasur von 1 Buchst. M.*

XXIX.^a De querela et reprehensione subditorum adversus prepositos.

1. Gregorius papa Paulino, Proculo, Palumbo, Venerio, Mordano episcopis. In^b epistola XXXVIII lib. VIII.^b

Mediis sacrosanctis evangeliiis fraternitas vestra una cum Savino subdiacono nostro resideat et sicut est officio sacerdotali conveniens sine cuiusquam personę respectu, tam clericorum ecclesię Regitanę querelam, quam adversus Bonifatium episcopum suum habent, vel si quam forte ille contra eos habuerit, cum omni equitate ac^c sollicitudine perscrutetur et, quicquid in veritate cognoverit, nobis subtiliter diligenterque significet, ut renuntiatione^d fraternitatis vestre^e redditi certiores, quid fieri debeat, decernamus.

a) *Zahl fehlt K.*

b)-b) *bereits hinter papa K.*

c) *et K.*

d) *korr. aus renuntiationi M.*

e) *fehlt K (Zeilenwechsel).*

2. Idem papa Siagrio^a episcopo^a Augustuduno^a. In epistola LXXXVII lib. VIII.

Satis noxium atque perniciosum est, ut imitatione^b episcopi qui edificari debuerant, destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam qui non restiterit invenitur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, ut resecari debeant, non concurrit.

a) *fehlt K.*

b) *mutatione K.*

3. Idem papa Theoctisę patricię. In^a epistola XXVI lib. XI.^a

Petrus potestatem regni cęlestis acceperat, ut queque^b in terra ligaret vel solveret, essent in cęlo ligata vel soluta. Super mare ambulavit, egrotantes umbra curabat, peccantes verbo^c occidebat, mortuos oratione suscitabat. Et quia ex admonitione^d spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus, contra eum^e a fidelibus quęstio facta est, cur ad gentiles intrasset et comedisset cum eis, cur eos in baptismo recepisset. Et tamen idem apostolorum princeps tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus quęreleę fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit. Si enim, cum a fidelibus culparetur, auctoritatem, quam in sancta eęclesia acceperat, attendisset, responderet^f, ut pastorem suum oves, que ei commissę fuerant, reprehendere non auderent. Sed si in quęrela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placavit atque in caus reprehensionis suos etiam testes exhibuit^g dicens: 'Venerunt autem sex fratres isti mecum.' Si igitur pastor eęclesię apostolorum princeps signa et miracula singulariter faciens non dedignatus est in causa reprehensionis suę rationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores, cum de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus^h.

- a)-a) *bereits hinter* papa *K*.
- b) *que* *M*
- c) *-bo über d. Zeile* *M*.
- d) *admonitione* *K*.
- e) *cum* *R*.
- f) *respondisset* *C*.
- g) *exhibuit* *K*.
- h) *dicens korr. in dicens* *R*.

4. Idem papa universis episcopis concilii. In epistola XX^b lib. XII.^c

Sicut laudabile discretumque est reverentiam et honorem debitum exhiberi prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis correctionis indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum, quod absit, corpus incipiat morbus invadere, si langor non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quædam ad nos de fratre nostro Crementio primate vestro perlata sunt, quæ cor nostrum non modico merore transfigerent^d. Unde fraternitatem vestram his hortamur affatibus, ut cum omni sollicitudine ac vivacitate veritatis suæ indagare substantiam^e multis modis debeatis. Quapropter, ne quis^f desidie tepor in requisitione^g sit, admonemus. Nam si quis in hoc aut piger esse aut neglegentem se presumpserit exhibere, dictis criminibus apud omnipotentem Dominum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris non movetur.

- a) *erst hinter d. Buchangabe K.*
- b) XII. *KR*
- c) XV. *K.*
- d) transfixerunt (*Endung auf Rasur*) *C.*
- e) subendam *K.*
- f) qui *R.*
- g) requisitione *R.*
- h) neglegent(er) *K.*

XXX.^a Quod prelati subditos vi vel necessitate constringere non debeant.

1. Ieronimus ad Nepotianum.

Esto subiectus pontifici tuo et quasi animę parentem ama. Sed et episcopi sacerdotes se sciant esse, non dominos. Honorent clericos quasi clericos ut ipsis^b episcopis a clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitii: Cur ergo, inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem? Quod Aaron et filios eius hoc esse episcopum et presbiteros novimus. Unde Dominus unum templum, unum sit ministerium. Recordemur semper^c, quod apostolus Petrus precepit sacerdotibus: 'Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini previdentes non coacte, sed spontaneę secundum Deum neque turpis^d lucris^d gratia, sed voluntarię neque ut dominantes in clero, sed forma facti gregi ex animo, ut, cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis inmarcescibilem coronam.' Pessimę consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui, quasi eis invideant aut non dignentur^e audire. 'Et si alii', inquit apostolus Paulus, 'fuerit revelatum sedenti, prior taceat. 'Gloria patris est filius sapiens'. Gaudeat episcopus in iudicio suo, cum tales elegerit sacerdotes.

a) *korr. aus XX. M; Zahl fehlt KR.*

b) *sic R.*

c) *folgt est R.*

d) *turpi lucris M.*

e) *dignetur C.*

2. Gregorius Nazanzenus in apologetico suo.

Huic vero, qui preest aliis, omni opere peccati post tergum relicto proficere in optimis convenit, ita ut possit profectus sui exemplo invitare et illicere^a ceteros ad virtutem precipue per humilitatis a Domino nobis traditam formam. Non enim oportet vi vel necessitate constringere, sed ratione et vitę exemplis suadere, quia omne, quicquid^b extorquetur^c invitis, cum eo quod^d tyrannicum videtur, nec perseverare quidem^e potest. Solet enim quicquid^f violenter attrahitur, sicut novellę arboris si quis vi^g cacumen inclinet relaxata rursus in id, quod fuerat, redit. Quod autem ex proposito sit^h et voluntate, tam legitimum quam certum est validissimis scilicet vinculis proprię voluntatis astrictum. Unde et regereⁱ gregem voluntarię et non ex necessitate ad Hebreos scribens apostolus precipit.

- a) -e korr. aus -ę M.
- b) auf Rasur (?) M.
- c) folgt int K.
- d) quidem K.
- e) quod R.
- f) quicqd R.
- g) in R; nachgetragen C.
- h) eher fit K; fit RC.
- i) eher rege(m) M.

3. Leo papa Anastasio Thessalonicensi episcopo.

Licet nonnumquam accidant, quę in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benivolentia quam severitas, plus cohortatio^a quam commotio, plus caritas quam potestas. Sed ab his, qui, quę sua sunt, quęrun^t, non quę^f Iesu Christi, facite ab hac lege disceditur et dum dominari magis quam consulere subditis placet, honor inflat superbiam et, quod provisum^c est ad concordiam, tendit ad noxam.

- a) coartatio *C*.
- b) *folgt* sunt *C*.
- c) visum *R*.

4. Gregorius Iohanni Constantinopolitano et reliquis patriarchis. In^a epistola XXIII lib. I.^a

Summus locus bene regitur, cum is, qui preest, vitiis potius quam fratribus dominatur. Bene acceptam potestatem regit, qui et tenere illam novit et impugnare. Bene^b hanc^b regit^b, qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa ceteris in equalitate componi. Sic autem servanda est virtus humilitatis, ut non solvantur iura regiminis, ne dum prelatus quisque^c plus^d se^d quam^d decet deicit^e, subditorum vitam restringere sub disciplinę vinculo non possit. Et sic servanda est disciplinę severitas, ne dum plus quam necesse est zelus accenditur, mansuetudo funditus amittatur.

a)-a) *bereits hinter* Gregorius *K.*

b) *fehlt K.*

c) *quis K.*

d) *plus und quam korr., über d. Zeile se, am Rand nochmals plus se quam M.*

e) *deiecit M.*

XXXI.^a Quod minor maiorem non aude^b benedicere.

1. Nicholaus papa ad Michaelem imperatorem.

Denique si^c in epistola ad Hebreos legimus^d, quod minor a maiore benedicatur, siquidem hec utique prenoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt hodieque in Romana ecclesia, quę magistra^e est omnium ecclesiarum, in pretermisse servatur, ita ut nullus sacerdos maiore suo non innuente consacerdote cuilibet rei benedicere nitatur^f. Sed anterior stans ad pronuntiandam aliquam lectionem benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non aude^t benedicere^f. Cur hoc? Numquid benedicere peccatum est? Absit. De maledicis enim non de benedicis dicit apostolus, quia regnum Dei non possidebunt. Sed per hoc innuitur quante censurę freno inferiores quique ad suos iudicandos prepositos coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius^g ullum penitus obtineant.

- a) *Zahl fehlt K; Titelrubrik am Rand C.*
- b) *audeat R.*
- c) *sic CR.*
- d) *fehlt K.*
- e) *romana K.*
- f)-f) *nitatur - benedicere am Rand C.*
- g) *folgt rad. Buchst. M.*

XXXII.^a De vita et moribus et munditia sacerdotum^b clericorumque vel^c subiectorum.

1. Ex^d dictis Petri apostoli per Clementem prolatis.

Ministri altaris, presbyteri sive diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem^e coniuges suas reliquerunt vel^f absque coniugibus continentes vixerunt. Quod si post ordinationem ministro contigerit^g propriè^h invadere^h cubile uxoris, sacrarii non intretⁱ limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad^j dominici corporis portionem accedat, aquam sacerdotum porrigat manibus, ostia forinsecus claudat, minora gerat officia. Urceum sane ad altare vel calicem non suggerat. Clericus vero solus ad feminę tabernaculum non accedat nec properet neque sine maioris natu principis^k iussione. Nec presbiter solus cum sola femina fabulas misceat, nec^l archidiaconus aut diaconus sub pretextu humilitatis officii frequenter domicilia matronarum^m ingrediatur aut forte per clericos aut domesticos^m matronę mandet secretum aliquodⁿ. Si agnitum fuerit, et ille deponatur et illa a liminibus arceatur ꝥcclesię. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur^o nisi cum duobus aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut proxima fuerit; et hoc cum magna sollicitudine fiat, non enim ignoramus malicias sathanę^p. Universa hec cum^q mansuetudine ꝥcclesiastica complenda sunt misteria. Negotium enim Dei non decet neglegentere expleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. Si quis hec precepta non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum domini nostri Iesu Christi.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) *sacerdote R.*

c) *fehlt K.*

d) *ganze Inskr. fehlt K.*

e) *folgt rad. Buchst. M.*

f) *et R.*

g) *contingerit M.*

h) *durch Umstellungszeichen korr. in invadere proprie C.*

i) *intrent R.*

j) *korr. aus a M.*

k) *getilgt durch Unterpunktung, übergeschrieben sacerdotis M.*

l) *korr. aus neque (?) C.*

m)-m) *am Rand C.*

n) *aliquid C.*

o) *ingdiatur R.*

p) *-h- über d. Zeile M.*

q) *eum R.*

2. Idem^a.

Quapropter cunctis fidelibus et summopere omnibus^b presbiteris et diaconibus ac reliquis clericis adtendendum est, ut nichil absque episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine eius iussu quisquam presbiterorum in sua parrochia agat, non baptizet nec quicquam^c, quod ad episcopum pertineat, absque eius permissu faciat. Similiter et^d reliqui populi maiores scilicet et minores^e per eius licentiam, quicquid agendum est, agant nec sine eius permissu a sua parrochia abscedant vel in ea adventantes morari presumant. Anime vero eorum ei credite sunt, ideo omnia eius consilio agere debent et eo inconsulto^f nichil. Quicumque enim obediunt episcopis^g suis^g, videntur quidem obedire et Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter^h rei et reprobi existunt.

a) *fehlt K.*

b) *omibus M.*

c) *-c- korr. C; quisquam R.*

d) *folgt nochmals et M.*

e) *minones K.*

f) *korr. aus inconsultu M.*

g) *ēp̄is suis korr. in ēp̄is suis M; suis episcopis C.*

h) *korr. aus non dubitanter M.*

3. Idem^a.

Nullum enim presbiterum in alicuius episcopi parrochia aliquid agere debere absque eius permissu docebat. Cunctos presbiteros^b propriis episcopis in omnibus absque mora obēdientes instituyente Domino esse debere docebat. Nullum aliena concupiscere aut presumere eorum, sed unumquemque suis sibi^c commissis contentum esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vult fieri, instruebat.

a) *fehlt K.*

b) *p̄bros K.*

c) *ibique R.*

4. Innocentius papa Exuperio episcopo. Cap.^a I.^a

Proposuit quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio aut in officio presbiterii positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt^b. De his et manifesta divinarum legum est disciplina et beatę recordationis viri Siricii episcopi monita evidentiā commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico privarentur nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacrę legis auctoritas iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suę habitare precepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus puros et ab omni labe purgatos sibi vendicent divina myteria. Neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale^c consortium, quia scriptum est: 'Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus vester.' Nam si priscis temporibus de templo Dei^d sacerdotes anno vicis suę non discedebant, sicut^e de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant^e, quibus utique propter sobolis successionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex illa^f tribu ad sacerdotium nullus fuerat preceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes vel levitę pudicitiam ex die ordinationis suę servare debent, quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est. Nec preterit dies, qua vel a sacrificiis divinis vel baptismatis officio vacent. Nam si Paulus ad Corinthios scribit dicens: 'Abstinetes vos ad^g tempus ut vacetis orationi', et hoc utique laicis precepit, multo magis sacerdotes^h, quibus et sacrificandi et orandi iuge officium est, semper debebunt se ab huiusmodi consortioⁱ abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore forsitan vel sacrificare usurpabit? Aut qua conscientia, quove merito exaudiri posse^j se^j credit, cum dictum sit: 'Omnia munda mundis coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum, sed coinquinata^k est eorum mens^l et conscientia', sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: 'Unius uxoris virum.' Non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait: 'Vellem autem omnes sic esse sicut et ego.' Et apertius declarat dicens: 'Qui autem in carne sunt, Deo^m placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.' Et habentem filios, non generantemⁿ dixit. Sed ea plane dispar et divisa sententia^o est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticę vitę pariter et disciplinę, quę ab episcopo Syricio ad provincias commearavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis venia remittetur, ita ut de cętero penitus incipiant abstinere, et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retinent, ut eis non liceat ad potiora conscendere, quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt^p. Si qui autem scisse^q formam vivendi missam a Syricio deteguntur neque statim cupiditates libidinis abiecisce, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam preponendam arbitrati sunt voluptatem.

a) *fehlt KR.*

b) *perdiderunt R.*

c) *carnali C.*

d) *domini C.*

e)-e) *sicut - tangebant fehlt M.*

f) *alia (korr.) C.*

g) *-d korr. M.*

h) *sacdots M.*

i) *korr. aus consortium M.*

j) *se posse K; durch Umstellungszeichen korr. in se posse C.*

k) *Endung korr. M.*

l) *fehlt M.*

m) *korr. M.*

n) *gerontam (Lücke) M; gerantem R.*

o) *sent- über Rasur übergeschrieben M.*

p) *admittunt R.*

q) *fehlt K.*

5. Anacletus.

Sacerdotes quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum habeant, ut Deo perfecte in sacratis Domino locis sacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divinę: 'Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegit dominus Deus tuus.'

6. Alexander papa^a.

Ut nemo presbiterorum xenium vel quodcumque^b emolumentum temporale immo detrimentum spiritale a quocumque publice peccante vel incestuosa accipiat, ut episcopo vel ministris eius peccatum illius reticeat. Nec pro respectu cuiusque personę aut consanguinitatis vel familiaritatis alienis communicans peccatis hoc episcopo innotescere detractet, nec a quoquam penitente^c aut gratia^d aut favore^e aut munus suscipere presumat aut^f minus dignę penitentem ad reconciliationem adducat et ei^g testimonium reconciliationis ferat vel quocumque livore alium quemlibet dignius^h penitentem a reconciliatione removeat, quia hoc symoniacum et Deo et hominibus contrarium est.

a) *fehlt K.*

b) quocumque *MR*; qdcumque *K*; *korr. aus quocumque C.*

c) *korr. aus penitentię M.*

d) *korr. in gratiam C.*

e) favorem *C.*

f) ut *CR.*

g) *fehlt K.*

h) dignus *K.*

7. Pius papa.

Bene siquidem maiorum regulis definitum est, ut demoniis aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Cui precepto consensu rationis adhibito id communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terra arrepti a demonibus eliduntur aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus vel indiscussi se divinis ingerant sacramentis exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti sine huiusmodi passionibus in terram^a approbantur elisi. Qui tamen et ipsi tandiu erunt ab officii sui et^b ordine est loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu demonum alieni.

a) terra *K*.

b) *davor* æ *K*.

8. Annius papa.

Prohibite^a, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici iuxta apostolum comam non nutriant, sed desuper capud in modum spere radant^b, quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita et in tonsura et omni habitu discreti debent apparere.

a) Prohibete *K*.

b) tradant *MK*.

9. Sother papa.

Hoc quoque statutum est, ut nullus presbiterorum missarum sollempnia celebrare presumat, nisi duobus presentibus sibi respondentibus ipse tertius habeatur, quia cum pluraliter ab eo dicitur: 'Dominus vobiscum' et illud in secretis: 'Orate pro me' aptissime convenit, ut et ipsius respondeatur salutationi.

10. Calixtus papa.

Conspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Criminis cuius astutia non solum inter christianos abhominabilis est, sed etiam inter ethnicos et ab exteris^a lege prohibita. Et iccirco huius criminis reos^b non solum ecclesiasticę sed etiam seculi dampnant leges et non solum conspirantes, sed consentientes eis. Antecessores nostri cum turba plurima episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali ordine sunt constituti, honore quo utuntur carere preceperunt. Ceteros^c vero^c comunione privari et ab ecclesia extorres fieri omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt et non solum fatientes, sed et^d consentientes.

a) extremis *K*.

b) *folgt* non solum reos *MK*.

c) *fehlt M*.

d) etiam *M*.

11. Urbanus papa^a.

Et^b quicumque vestram^c communem vitam susceptam habet et novit^d se nichil proprium^e habere, videat, ne pollicitationem^f suam irritam fatiat, sed hoc quod Domino est pollicitus fideliter custodiat, ne dampnationem sibi adquirat, quoniam^g satius est non vovere quam votum prout melius potest non perficere.

Gravius enim puniuntur, qui votum fecerunt aut fidem perceperunt et votum non perfecerunt aut in malis vitam finierunt quam illi, qui sine voto aut fide mortui sunt et tamen bona egerunt opera. Ad hoc enim sensum rationabil^h nature munere et secundum nativitatis reparationem suscipimus, ut secundum apostolum magis quę sursum sunt sapiamus, non quę super terram, quia sapientia huius mundi stulticia est apud Deum.

- a) *fehlt R.*
- b) *Ut KCR.*
- c) *v̄m MKCR.*
- d) *vovit CR.*
- e) *proprii M.*
- f) *pollutionem M; pollitationem R.*
- g) *quia M.*
- h) *rationabil(is) CR.*

12. Siricius papa. Cap.^a VII.^a

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerande religionis iniuriam ita per vestras privincias calcatos atque confusos caritate tua insinuante reperimus, ut Hieremie nobis voce dicendum sit: 'Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et flebo populum hunc nocte ac die?' Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrimas posse sufficere, quanto^b nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare, quibus precipue secundum beatum Paulum instantia cotidiana et sollicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit? Quis enim infirmatur et ego non infirmor? Quis^c scandalizatur et ego non uror?^c Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suę tempora tam^d de coniugiis propriis quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus^e procreasse et crimen suum hoc perscriptione^f defendere, quam^g in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa^h. Dicat mihi nunc quisqueⁱ, ille est sectator libidinum preceptorque vitiorum si estimat, quia in lege Moysi passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt frena luxurię. Cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, premonet dicens: 'Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus vester.' Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suę in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet religione ne cum uxoribus possint carnale exercere commertium, ut conscientię integritate fulgentes acceptabile Deo munus^l offerrent. Quibus expleto deservitionis suę tempore uxoris usus^k solius necessitatis^l causa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat preceptus adduci. Unde et dominus Iesus, cum nos suo illustrasset adventu, in evangelio protestatur, quia legem venerat implere non solvere. Et ideo ecclesiam, cuius sponsus est claritatis, voluit splendore radiare, ut in die^m iudicii, cum rursus advenerit, sine macula et ruga eam possit sicut per apostolum suum instituit repperire. Quarum sanctionum omnes sacerdotes atque levite insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostre sobrietati ac pudicię et corda nostra mancipemus et corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quę cotidie offerimus sacrificiis placemus. 'Qui autem in carne sunt', dicente electionis vase, 'Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu si tamen spiritus Dei habitat in vobis.' Et ubi poterit nisi in corporibus sicut legimus sanctis Dei spiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorationeⁿ lapsos esse deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine nullo honoris augmento in hoc, quo^o detecti^p sunt quamdiu vixerint, officio perseverent, si tamen postea continentes se studuerint exhibere. Hii vero, qui inliciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant hoc veteri lege concessum, noverint se ab omni aecclesiastico honore, quo indigni usi sunt, apostolice sedis auctoritate deiectos. Nec umquam posse veneranda adtractare misteria, a quibus se ipsi, dum obscenis^q cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla presentia cavere nos premonent in futurum^r, quilibet episcopus^s presbiter atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, iam nunc^t sibi omnem per nos indulgentię aditum obseratum^u, quia ferro necesse est excidantur^v vulnera, quę fomentorum non senserint medicinam.

- a) *fehlt KR.*
- b) *quanta R.*
- c)-c) *Quis (Qui C) - uror fehlt M.*
- d) *tan M.*
- e) *dicimus K.*
- f) *übergeschrieben id est defensione M.*
- g) *qua korr. aus quo C.*
- h) *folgt et R.*
- i) *quisquis K.*
- j) *minus R.*
- k) *korr. aus usu C; usu R.*
- l) *necessionis MR.*

- m) diem MKR.
- n) ignorantie K; ignorantia C.
- o) quod K; in (*nachgetragen*) quo C.
- p) deiecti M.
- q) obsenis M.
- r) fututurum K.
- s) *folgt* aut K.
- t) *folgt erst hinter* omnem K.
- u) obseraturum K; *folgt* cognoscant C.
- v) abscidantur K.

13. Idem^a. Cap.^b XII.^b

Feminas vero non alias esse^c patimur in domibus^d clericorum nisi eas tantum, quas propter solas necessitatis causas habitare cum hisdem synodus Nicena permisit.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt KCR.*
- c) *folgt non K.*
- d) *domo K.*

14. Idem^a.

Statutum est ab episcopis de presbiteris, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt et propter hoc male opinionis suspitione denotantur, ut si deinceps admoniti non se correxerint velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur.

a) *fehlt K.*

15. Fabianus urbis Rome episcopus omnibus episcopis.

Statuimus, ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, ut mox ante examinatum iudicium submotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vitę suę deserviat et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat.

16. Gaius papa.

Oves vero, quę pastori suo commissę fuerint, eum nec reprehendere nisi a recta fide exorbitaverit^a debent nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum eorum gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videantur.

a) exorbitaverint *K*.

17. Eusebius^a papa^a.

Necesse^b enim^c est^c, ut rectores a subditis timeantur ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Deteriores quippe^d sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum prediaque diripiunt. Ipsi quidem ea, quæ extra nos licet nostra sint, auferunt, nostri quoque detractores et morum^e corruptores nostrorum sive qui adversum nos armantur, propriè nos ipsi decipiunt. Et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia extorres fiunt.

- a) *fehlt R.*
- b) *ecesse R.*
- c) *est enim KC.*
- d) *quidem C.*
- e) *eher mūrū M.*

18. Silvester papa omnibus episcopis.

Nemo presbiter a die honoris presbiterii sumat coniugium. Quodsi quis hoc neglecto aliter egerit, XII^a annos eum dicimus privari honore. Quodsi quis contra hoc cyrographum presens et publice dictum egerit, dampnabitur in perpetuum^b.

a) XX^{ti} II^{os} C.

b) imperpetuum *M.*

19. Idem^a.

Ita, fratres, iubet auctoritas divina et affirmat, ut a subdiacono usque^b ad lectorem omnes subditi sint diacono^b cardinali urbis Romę, in ecclesia honorem^c representantes tantum. Pontifici vero presbiter diaconus subdiaconus acolitus exorcista lector abbas monachus in omni loco representent obsequium sive in publico sive in gremio aecclesiae^d.

a) *fehlt K.*

b)-b) *fehlt K.*

c) honore *MK.*

d) aeccleæ *M.*

20. Iulius papa.

Quicumque enim tempore messis vel vindemię non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum et servat^a usque^a dum venundetur denariis IIII aut sex aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

a) servatus *MR*; servatur *C*.

21. Syricius^a. Cap.^b XI.^b

Quisquis sane clericus aut^c viduam aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasticę dignitatis privilegio^d mox nudetur, laica^e tantum sibi communionem concessa, quam ita demum poterit possidere, si nichil postea quam hanc perdit, admittat.

- a) *folgt papa K; fehlt C.*
- b) *fehlt KCR.*
- c) *fehlt, jedoch Lücke C.*
- d) *privilegio K.*
- e) *folgt Rasur von 1 Buchst. M.*

22. Coelestinus universis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis.

Nulli sacerdoti^a suos^a liceat canones ignorare nec quicquam facere^b, quod patrum possit regulis obviare. Quę enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?

a) sacerdotis vos *K*.

b) *korr. aus* faciēre *M*.

23. Leo papa.

Lex^a continentie eadem est altaris ministris, quę episcopis atque presbiteris. Qui cum essent laici sive lectores licito et uxores ducere et filios procreare potuerunt, sed cum ad predictos pervenerint^b gradus, cępit eis non licere, quod licuit. Unde, ut de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores et quasi non habeant sic habere, quo et salva sit caritas conubiorum et cesset operatio nuptiarum.

a) E ex *K*.

b) pervener(unt) *K*.

24. Idem.

Principatus autem, quem aut sedito extorsit aut ambitus occupavit, etiamsi moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

25. Idem.

Illud etiam duximus premonendum, ut sicut non suo, ita nec aliendo nomine aliquis clericorum exercere fenus atemptet.

26. Idem.

Nec^a hoc quoque pretereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos usurariam exercere pecuniam et fenore velle ditescere. Quod didici^b in eos, qui in clericali officio constituti sunt, sed et^c in eos, qui in clericali officio constituti sunt, sed et^c in laicos cadere, qui Christianos^d se dici cupiunt, condolemus.

- a) ec *K*.
- b) vicium non solum *C*.
- c) *fehlt CR*.
- d) christiani *M*.

27. Idem^a.

Quibus licentia uxores ducendi non est, alienarum nuptiarum evitent^b convivia.

a) *fehlt R.*

b) *enitent R.*

28. Idem.

Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendum^a tamen perfecte continentię puritatem nec subdiaconis^b quidem conubium^c carnale^c conceditur, ut et, qui habent, sint tamquam non habentes et, qui non habent, permaneant singulares^d. Quodsi in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo et secundo et tercio versandum est, ne aut levitico aut presbiterali honore^e aut temporali excellentia^f quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptate uxoria^g necdum frenasse detegitur.

- a) *korr. in exhibendum M.*
- b) subdiacono *C.*
- c) carnale conubium *K.*
- d) seculares *M.*
- e) honori *C.*
- f) excellentiam *MK*; excellentie *C.*
- g) luxuria *K*; luxurie *C.*

29. Leo episcopus^a Anatholio episcopo.

Virum catholicum et precipue Domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari dicente sancta scriptura: Post concupiscentias^b tuas non eas. Mens etiam potentię avida nec abstinere novit vetitis nec gaudere concessis nec pietati adhibere consensum^c.

- a) papa *K.*
- b) *korr. M.*
- c) concessum *C.*

30. Idem.

Qualitas negotiantem aut excusat aut arguit, quia est honestus quęstus et turpis. Verumtamen penitenti utilius est dispendia^a pati, quam^b periculis negotiationis astringi, quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

a) *Endung korr. (?) M.*

b) *qua R.*

31. Idem^a.

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque^b conveniat. Nam gravis iniurię reus est, qui de fratris ecclesia id, quod est utilius aut pretiosus^c, audet vel abicere vel tenere. Itaque si intra provinciam res agatur transfugam^d clericum de ecclesia sua metropolitanus redire compellat. Si autem longius recessit, tum^e precepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni^f relinquatur.

- a) *fehlt K.*
- b) accipientem q (*Lücke*) R.
- c) pretiosi(us) K; preciosius CR.
- d) transfugōe (?) K.
- e) *korr. in tui C.*
- f) ambitio M.

32. Gelasius^a.

Consequens fuit, ut illa quoque, quę de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non pretereunda putaremus, id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris^b turpibus^b inminere nullo pudore censentes evangelicam lectionem, quia ipse Dominus negotiatores^c e templo verberatos flagellis^d asseritur expulisse nec apostoli verba recolentes, quibus ait: 'Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.' Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: 'Quoniam non cognovi^e negotiationes, introibo in potentias Domini.' Proinde huiusmodi aut ab indignis post hac quęstibus noverint abstinendum et ab omni cuiuslibet negotiationis^f ingenio cupiditateque^g cessandum aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur, quoniam domus Dei domus orationis esse debet et dici, ne officia^h negotiationis et spelunca potius sit latronum.

a) *folgt* papa C.

b) turpibus lucris C.

c) et MR; in C.

d) falgellis C.

e) novi C.

f) *korr.* M.

g) cupiditaque M; cupiditateq R.

h) *korr.* in officina [offici^a] C.

33. Hormisda papa^a.

Ut nullus presbiter in ecclesia consecrata aliud altare^b erigat, nisi quod ab episcopo loci vel illius permissu sanctificatum est, ut sit discretio inter sacratum et^c non^c sacratum^c, nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, si clericus est, degradetur, si laicus, anathematizetur.

a) *fehlt KR.*

b) *davor durchgestr. alt (oder ab?) M.*

c) *am Rand C.*

34. Gregorius papa^a.

Oportet sacerdotes, ad quorum domini populus curam commissus est, cum magna constantia animi vigilare super dominicas oves, ut lupinis morsibus, id est diaboli^b stimulis non lanientur. Neque enim hoc silere debeo, quod cum grandi tristitia animi dico, sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere vel audire et contra sanctorum canonum sancta^c. Ubi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoque^d admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus iuxta apostoli vocem: 'Non vituperetur ministerium nostrum.' Cavere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Deum levare manus. Scriptum est enim: 'Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.' Si quis vero presumpserit aliter agere, sacerdotii sui honore privetur. Unde omnino cavendum est, fratres, ne fallamus populum et impleatur in nobis propheta dictum: 'Sacerdotes mei contaminant sancta et reprobant legem.' Quos et alius propheta increpat dicens: 'Vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum et dixistis: In qua re fallimus^e nomen tuum?' Quibus responsum est: 'Offerentes ad altare meum panes pollutos. Non est michi voluntas in vobis' dicit dominus 'et sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis.'

a) *fehlt KCR.*

b) *folgt morsibus K.*

c) *scita C.*

d) *Ideo K.*

e) *fallimur R.*

35. Idem. In epistola XXIII lib. I.

Sacerdos semper vocem predicationis habeat, ne superni expectatoris iudicium ex silentio offendat^a. Sacerdos in tabernaculum ingrediens vel^b egrediens^b moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis excitat, si sine predicationis sonitu incedit. Apte tintinabula^c vestimentis pontificis describuntur inserta. Vestimenta^d et enim sacerdotis, quid aliud quam recta opera debemus accipere, propheta attestante, qui ait: `Sacerdotes tui induantur iusticiam^e! Vestimentis itaque illius tintinnabula^f inherent, ut vitę viam cum lingue sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament.

a) -a- *korr.* (?) *M.*

b) *am Rand C.*

c) *titinnabula K.*

d) *Absatz, kleine V-Initiale M.*

e) *iustiī K.*

f) *titinnabula K.*

36. Idem^a.

Clericus ammonendus est quatenus sic vivat, ut bonum exemplum vitae suę secularibus prebeat, ne in clerico^b si quid^c iuste reprehenditur, ex eius vitio ipsa^d religionis nostrę estimatio generetur. Clerici^e discant, ut, quę a senioribus suis iubentur, impleant et^f humiliter eorum imperiis subiaceant, ut nec subiectio eos conterat nec locus superior extollat. Clerici discant, quomodo ante occulti arbitris oculos per humilitatem et obędientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis ęterna premia sortiantur. Ammonendi sunt clerici, ut tanto circa se sollicitius vivant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis, ne prepositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsu^g in profundiora mergantur. Ammonendi sunt clerici, ne, cum culpam suorum prepositorum considerant, contra eos audatiores fiant, sed sic eorum prava apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentię non recisent, quia facta prepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. Plerosque^h clericos ab inpudentię vitio non nisi increpatio dura compescit, quia dum se delinquereⁱ nesciunt, necesse est, ut a plurimis increpentur.

- a) *fehlt K.*
- b) *clericatu K.*
- c) *quidem R.*
- d) *ip (Zeilenende) M; in (nachgetragen?) C.*
- e) *Glici R.*
- f) *ut KCR.*
- g) *incursum C.*
- h) *davor Ple K.*
- i) *delinquendo restringere K.*

37. Idem^a.

Ammonendi sunt subditi, ne prepositorum suorum vitam temere reprehendant, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident, ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsu in profundiora mergantur. Ammonendi sunt subditi, ne, cum culpas prepositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic si qua valde sunt eorum prava apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentię non recusent. Quod melius ostendimus, si David factum ad medium deducamus: Saul quippe persecutor cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris David inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cumque enim viri sui ad feriendum^b Saul accederent, fregit eos responsionibus, quia manum mittere in Christum deum^c non deberet^d. Qui tamen occulte surrexit et oram clamidis eius abscidit. Quid per Saul nisi mali^e rectores, quid^f per David nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare est pravos prepositos conceptam in corde maliciam usque ad opera^g miseri odoris ostendere et cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. David namque Saule^h ferire metuit, quia pię subditorum mentes ab omni se peste obtreptionisⁱ abstinentes prepositorum vitam^j nullo linguę gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Boni subditi, quando pro infirmitate sese abstinere vix possunt ut extrema quędam atque exteriora prepositorum mala, sed tamen humiliter loquantur quasi oram^k clamidis silenter incidunt. Qui videlicet dum prelatę dignitatis^m saltim innoxie et latenter derogant quasi regis superpositiⁿ vestem secant, sed tamen ad semetipsos redeunt seque^o vehementissime vel de tennissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene et illic scriptum est: 'Post hec David percussit cor suum, eo quod abscidisset^p oram clamidis Saul.' Facta prepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est, ut per afflictionem penitentię cor prematur, quatenus ad semetipsum redeat. Et cum^q preposite potestati deliquerit^r eius, contra se iudicium, a quo sibi^s prelatus est, perorrescat. Nam cum^t prepositis delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis pretulit^u, obviamus. Unde Moyses, cum contra se et Aaron conqueri^v populum cognovisset, ait: 'Nos enim quid sumus, nec contra nos^w est murmur vestrum, sed contra Deum.' Ammonendi sunt benivoli subditi, ut sic alienis bonis gaudeant, quatenus^x habere et propria concupiscant, sic proximorum facta diligendo laudent, ut etiam inimitando multiplicent, ne, si in hoc presentis vitę stadio ad certamen alienum devoti fautores^y, sed pigri expeccatores^z adsistant^a et post certamen sine^b bravio maneant, quod nunc in certamine non laborant tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus otiose perdurant. Valde peccamus, si aliena bene gesta non diligimus, sed nichil mercedis agimus, si ea quę diligimus in quantum possumus non imitamur. Dicendum est^c benivolis subditis, quia si imitari bona minime festinant^d, quę laudantes approbant, sic eis virtutum sanctitas sicut stultis expectatoribus ludicrarum artium vanitas placet. Illi namque aurigarum ac istrionum gesta favoribus offerunt^e nec tamen tales esse desiderant, quales illos conspiciunt esse, quos laudant. Mirantur eos placita egisse, sed tamen similiter devitant placere. Dicendum est benivolis subditis, ut, cum proximorum facta conspiciunt, ad suum cor redeant et de alienis actibus non presumant, ne bona laudent et agere recusent. Gravius quippe extrema ultione feriendi sunt, quibus placuit, quod imitari noluerunt^f.

- a) *fehlt K.*
- b) *ferendum M.*
- c) *ehere dñi KCR.*
- d) *deberent CR.*
- e) *malos C.*
- f) *qui C.*
- g) *operam K.*
- h) *saul K.*
- i) *obtreptionis M.*
- j) *in tam M.*

- k) ora *M.*
- l) Quę *MK.*
- m) dignitati *C.*
- n) superpositis *MKR*; *korr. aus superpositis C.*
- o) s;q; (= *sedque*) *K.*
- p) abscisisset *K.*
- q) *eher eum M.*
- r) dereliquerit *K*; delinquerit *C.*
- s) *fehlt K.*
- t) *folgt in C.*
- u) pertulit *M.*
- v) conquiri *M.*
- w) *fehlt M.*
- x) *folgt et K.*
- y) factores *C.*
- z) et peccatores *K*; expectatores *CR.*
- a') asistant *K.*
- b') *folgt nochmals sine M.*
- c') *folgt enim C.*
- d') festinent (?; *Endung korr.*) *M.*
- e') efferunt *CR.*
- f) noluerint *C.*

38. Idem^a.

Plerumque subditi sub pastorali regimine constituti, dum valde de se elati presumunt, exprobrando^b ceteros dedignantur, dum singulariter summa existimant cuncta, quę agunt. Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent ostendantur, quia Deo displicent. Tunc protervos melius corrigimus, cum ea, quę bene egisse se credunt, male acta^c monstramus, ut^d unde adepta gloria creditur, inde utilis confusio subsequatur. Non numquam subditi, cum se vitium protervię^e minime perpetrare cognoscunt, compendiosius ad correctionem^f veniunt, si alterius culpę manifestioris ex latere requisitę in proprio confunduntur, ut ex eo, quod defendere nequeunt, cognoscant^g se tenere inprobe, quod defendunt^h. Cum proterve Paulus Corinthios adversum se tenere invicem videret inflatos, ut alius Apollo alius Pauli alius Cephę alius Christi se esse diceret, incestus culpam in mediumⁱ deduxit, quę apud eos et perpetrata fuerat et incorrupta^j remanebat dicens: 'Auditur inter vos fornicatio et^k talis^k fornicatio^k qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris quis habeat, et vos inflati estis et non magis luctum habuistis^l, ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.' Ac si aperte dicat: Quid vos per proterviam^m huius vel illius dicitis, qui per dissolutionem negligentię nullius vos esse monstratis? Ammonendi sunt invidi subditi, ut perpendant quantę cecitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exultatione contabescunt, quantę infelicitatis sunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta aliene prosperitatis aspiciunt apud semetipsos, anxie afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid invidis infelicis, quos dum conspecta felicitas afficit, pęna nequiores reddit. Aliorum vero bona, quę habere non possunt, si diligerent, sua fecissent. Nostra nimirum sunt bona aliorum, quę, etsi imitariⁿ non possumus, amamus^o in aliis et amantium fiunt queque amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi, caritas quantę virtutis est, quę alieni laboris opera nostra sine labore facit, dum se invidi^p a^p livore minime custodiunt, in antiquam versuti ostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: Invidia diaboli mors intravit^q in orbem terrarum^r, quia enim ipse cęlum perdidit, condito hoc homini invidit et damnatione sua perditus adhuc alios perdendo cumulavit. Cognoscant invidi quantis lapsibus succrescentis ruine subiaceant, quia dum livorem a corde non proiciunt, ad apertas operum nequitas devolvuntur. Nisi enim Kain invidisset acceptam fratris hostiam, minime pervenisset ad extinguendam vitam. Unde scriptum est: 'Et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius, ad Kain vero et ad munera eius non respexit.' Iratusque est Kain vehementer et concidit vultus eius, itaque livor sacrificii fratricidii seminarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit, ne utrumque^s esset amputavit. Dicendum est^t invidis, quia dum se ista intrinsecus peste consumunt, etiam quicquid in se aliud boni habere videntur interimunt. Unde^u scriptumⁿ est: 'Vita carniū^v sanitas cordis, putredo ossium invidia.' Per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam quę humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est quedam etiam robusta deperire. Ille est vere humilis subiectus in bonis, qui non est defensor in malis. Nam dum de malis suis subiectus^w arguitur et contra verba arguentis accenditur, quando de bonis suis quasi humiliter titubat per humilitatis vocem ornari, appetit non emendari.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt R.*
- c) *aucta R.*
- d) *et MK.*
- e) *proterve C.*
- f) *correctionem R.*
- g) *folgt te K.*
- h) *folgt Unde CR.*
- i) *medio M.*
- j) *incorrecta C.*
- k) *am Rand C.*
- l) *habuisti M.*

- m) protervam C; p(ro)pt(er) viam R.
- n) inmutari R.
- o) amemus R.
- p) ab invidia K.
- q) introuunt (*oder*: introivit) K.
- r) trar(um) R.
- s) ut cumque MCR.
- t) *folgt* enim C.
- u) Uñ de scriptum K.
- v) carnuum R.
- w) subiectis C.

39. Idem. Petro subdiacono Siciliae. In^a epistola XLI lib. I.

Ante triennium subdiaconi omnium^b ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, ut more^c Romanę suis uxoribus nullatenus miscerentur; quod michi durum atque incompetens videtur, ut qui usum eiusdem continentię non invenit neque castitatem ante proposuit, compellatur a sua uxore separari atque per hoc, quod absit, deterius cadat. Unde videtur michi, ut a presenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconem presumant nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus et preterita, quę per propositum mentis^d appetita non sunt, videnter non exigantur et futura caute^e caveantur. Qui vero post eandem prohibitionem, quę ante triennium facta est, continenter cum suis coniugibus^f vixerunt, laudandi atque remunerandi sunt et, ut in bono suo permaneant, exortandi. Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus continere noluerunt^g, pervenire ad sacrum ordinem nolumus, quia nullus debet ad ministerium altaris accedere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata^h.

- a) *fehlt R.*
- b) *folgt nochmals omnium R.*
- c) *in ore K.*
- d) *mtis R.*
- e) *caucte K.*
- f) *uxoribus C.*
- g) *noluerint C.*
- h) *approbrata M.*

40. Idem^a.

In sancta hac Romana ecclesia, cui divina dispensatio preesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam a^b sacri^c altaris misterio^d cantores eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad predicationis officium et helemosinarum studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad sacrum ministerium, dum blanda vox queritur, queri congrua vita neglegatur et cantor minister Deum^e moribus stimulet, cum populum vocibus delectat^f. Qua de re presenti decreto constituo, ut in sede hac^g sacri altaris ministri cantare non debeant solumque evangelicę lectionis officium inter ipsa missarum sollempnia exsolvant. Si quis autem contra hoc decretum meum venire temptaverit, anathema sit.

- a) *fehlt K.*
- b) *über d. Zeile M.*
- c) *sacris C.*
- d) *ministerio .*
- e) *eher domini K.*
- f) *delectet C.*
- g) *ac K.*

41. In^a epistola XXXIII lib. III.^a

Multorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiacones suis licite^b miscerentur coniugibus. Quod ne denuo^c quisquam presumeret a servo Dei sedis^d nostrę^d diaconę^d ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, ut eodem tempore hi, qui iam uxoribus fuerant^e copulati, unum e duobus eligerent, id est aut a suis uxoribus^e abstinerent aut certe ministrare nulla ratione presumerent.

a)-a) *fehlt K.*

b) *liscite C.*

c) *duo M.*

d) *auf Rasur? M; sed nostrę diaconę K.*

e)-e) *fuerant - uxoribus am Rand C.*

42. Gregorius Siagrio episcopo. In epistola LXXXVII lib. VIII.

Cum sacerdotis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quisquis ea ornatus^a est cunctis se imitandum debet ostendere, ut exemplo sui nulli nocere, sed vitam potius valeat componere subiectorum. Nam si actus dissentiat a nomine, quanto pontificatus ipse eum plus erigit^b, tanto magis abicit. Itaque Menantem^c quendam^d episcopum, qui illuc de^e dioceseos nostrę ordinatione profectus est, in tanta se lenitate^f didicimus exhibere^g, ut et nobis de eo maior sit verecundia et^h illi episcopatus nomen non sit in honore sed honore. Quod quia pudoris nobis est de eo illa cognoscere, quę in aliarum provinciarum omnino reprehendimus sacerdotibus, fraternitas vestra eum illic immorari amplius non permittat, sed ad nos quantotius reverti compellat ac magis inventa per omnia occasione transmittat, ut sub ea, qua dignus est, observantia refrenatus seculares mores ad sacerdotalem studeat convertere gravitatemⁱ. Nam satis noxium atque permitiosum est, ut imitatione ipsius, qui edificari debuerant, destruantur. In qua re non solum ille culpabilis, sed etiam, qui non restiterit, invenitur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda ut secari debeant, non concurrit. Quia ob idem quidam Theodorus episcopus de diocese reverentissimi fratris nostri Constantii Mediolanensis ecclesię episcopi disciplinam, ut dicitur, evitans illuc evenisse firmatur, hortamur, ut et isto diligentius requisito ad episcopum suum vestra fraternitas retransmittat. Et quia sicut legitur: 'Qui abicit disciplinam infelix est', nulla^j eum illic excusatione patiamini retinere, quatenus et hii, qui levitatis eorum vito possunt decipi, liberentur et de ipsis habere mercedem, ne in hac stulticia percant, valeatis.

- a) *auf Rasur? M.*
- b) *erigigit K.*
- c) *menatem CR.*
- d) *quedam K.*
- e) *fehlt K.*
- f) *levitate CR.*
- g) *exhibere K.*
- h) *ut CR.*
- i) *dignitatem C.*
- j) *Nullam M.*

43. Idem^a.

Licet cetera cuiuspiam talis vite sint merita, ut nichil sit, quod ex his sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas ambitus severissima^b canonum districtione dampnetur.

a) *fehlt C.*

b) *sevissima R.*

44. Eugenius papa.

Presbiteri et diaconi vel^a etiam^a subdiaconi^a indocti a suo episcopo^b, ut doceri possint, admoneantur et interim tales ab officio suspendantur, ut docti valeant ad ministerium suum redire. Ille vero qui discere non valet, canonice iudicetur.

a) *fehlt R.*

b) *epo M.*

45. Idem.

Clerici iuxta ecclesiam habeant clastra, quibus unum sit dormitorium ac refectorium et reliquę officinę.

46. Melciades.

Decrevit supradicta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones ducere aut negotiis secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum et orphanorum ac^a viduarum aut si forte episcopus civitatis ecclesiarum rerum sollicitudinem habere precipiat, ubi patet, quia alia sunt negotia secularia, alia ecclesiastica.

a) aut C.

47. Leo.

Sine ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere nullomodo convenit, ne ut aliquis secularium iniurias patiat. Contrarius denique inventus aut desinat aut canonicè subiaceat disciplinæ.

48. Dionisius papa.

Æcclesias vero singulas singulis presbiteris dedimus, parrochias et cimiteria eius^a divisimus et unicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parrochię terminos aut ius invadat, sed unusquisque^b suis terminis sit contentus^c et taliter ecclesiam et plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal^d æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat et non iudicium sed gloriam pro suis actibus recipiat^e. Hanc quoque normam, Karissime, te et omnes episcopos sequi convenit et, quod tibi scribitur, omnibus, quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis sed generalis fiat ista preceptio.

- a) eis *CR*.
- b) unusqu^lque *R*.
- c) contemptus *MR*.
- d) tribuna *K*.
- e) accipiat *KR*.

49. Martinus papa.

Non liceat sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel^a conviviis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula surgere et redire inde.

a) *folgt* in C.

50. Lucius^a.

Si quispiam sacerdotum, id est presbiter^b, diaconus vel subdiaconus, de quacumque femina crimen fornicationis suspicatus post primam secundamque et terciam admonitionem inveniatur fabulari cum ea vel aliquo modo conversari, excommunicetur, femina canonice iudicetur.

a) *fehlt K.*

b) *folgt* vel *CR.*

51. Synodus Romana.

Si quis a se vel^a parentibus suis voluntarię se Deo voverit et clericus effectus fuerit et postea dimiserit se et caput tondere neglexerit, ipse et omnia eius sub anathemate fiant^b et proiciatur de ecclesia donec digna satisfactione emendaverit, alioquin nec inter christianos recipiatur, sed et ipse et omnia eius sub CCCXVIII patrum sanctorum anathemate maledictionis maneant.

a) *folgt a K.*

b) *fiat M.*

52. Augustinus.

Quę ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est liber sacramentorum, lectionarius, baptisterium computus^a, kanon^b penitentiales^c, psalterium, omelię per circulum^d anni dominicis diebus et singulis festivitibus aptę. Ex quibus omnibus, si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculose sunt evangelicę mine, quibus dicitur: 'Si cecus ceco^e ducatum prestet, ambo in foveam cadunt.'

- a) computus *K*.
- b) Kaño *C*.
- c) pęnentiales *K*.
- d) periculum *R*.
- e) *folgt Lücke von 2 Buchst. M.*

53. Idem.

Presbyteri, oportet vos assiduitatem habere legendi et instantiam orandi, quia vita viri iusti lectione instruitur, oratione ornatur et assiduitate lectionis munitur homo a peccato iuxta illum, qui dicebat: 'In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.' Hęc sunt enim arma videlicet lectio et oratio, quibus diabolus expugnatur, hęc sunt instrumenta, quibus ęterna beatitudo^a acquiritur; his armis vitia comprimuntur, his alimentis virtutes nutriuntur. Sed et si quando a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia otiositas inimica est anime, et antiquus hostis, quem a lectione sive ab oratione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per usum namque lectionis discetis, qualiter et vos vivatis et alios doceatis, per usum orationis et vobis et his, quibus in caritate coniuncti estis, prodesse^b valebitis, per manuum operationem et corporis macerationem et vitiis alimenta negabitis et vestris necessitatibus subvenietis et habebitis, unde necessitatem patientibus porrigatis.

a) batitudo *R.*

b) -d- *über d. Zeile M.*

54. Idem^a.

Ammonendi sunt presbiteri, ut perpendant, quia quicquid a fidelibus datur, redemptio peccatorum est. Et ideo non gloriantur talibus sumptibus uti, sed magis timeant quod in veteri testamento de sacerdotibus dictum est, iniquitatem^b populi^b eos debere portare. Et ideo cum magno timore super eos solliciti sint, quorum donis participantur, quia magnum periculum est iudicem fieri vitę^c alienę^c, qui nescit tenere moderamine^d vitę suę.

a) *fehlt K.*

b) *populi iniquitatem C.*

c) *aliene vite C.*

d) *moderamina KC; modamina R.*

55. Idem^a.

Presbiteri, diaconi, subdiaconi vel deinceps, quibus ducendi uxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum evitent convivium. Neque his cetibus admisceantur, ubi amatoria cantantur^b et turpia aut obsceni motus corporum choris et saltationibus offeruntur, ne auditus et obtutus^c sacris misteriis deputatus turpium spectaculorum atque^d verborum^d contagione polluat.

a) *fehlt K.*

b) *folgt Rasur (?) M; cantatur R.*

c) *korr. in optuitus C.*

d) *am Rand C.*

56. Idem^a.

Presbiteri ammonere debent plebem sibi subiectam, ut omnis, qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatum feria IIII. ante quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad vivificatricem matrem ecclesiam, ubi quod male commisit cum omni humilitate et contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia penitentię secundum modum canonicis^b auctoritatibus prefixum. Non solum autem ille, qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo, quicumque se cognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire et cum puritate mentis omnes transgressiones omniaque peccata, quibus Dei offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur et, quicquid ei a sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum ita diligenter intendat, ut^c cautissime observet.

a) *fehlt K.*

b) *l. -i- korr. M.*

c) *korr. M.*

57. Idem^a.

Vos presbiteri veraciter nosse debetis et semper meminisse, quia nos, quibus regendarum animarum cura commisa est, pro his, qui nostra neglegentia pereunt, rationem reddituri sumus, pro his vero, quos verbis et^b exemplis lucrati fuerimus, premium aeternae vitae percipiemus. Nobis enim a Domino dictum est: 'Vos estis sal terrae.' Quodsi populus fidelis cybus est^c Dei^c, eiusdem cybi condimentum nos sumus. Scitote vestrum gradum nostro gradui secundum et pene coniunctum esse. Sicut enim episcopi apostolorum in ecclesia, ita nimirum presbiteri ceterorum discipulorum Domini vicem tenent. Et ille^d tenet^d gradum summi^e pontificis Aaron, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper memores esse tantae dignitatis, memores vestrae congregationis, memores sacrae quam in manibus suscepistis unctionis, ut nec ab eadem dignitate degeneretis nec vestram consecrationem irritam faciatis nec manus sacra^f unctione delibutas peccando polluatis, sed^g cordis et corporis munditiam conservantes plebibus exemplum bene vivendi prebentes his, quibus preestis, ducatum ad caelestia regna prebeat.

- a) *fehlt K.*
- b) *fehlt R.*
- c) *dei est C.*
- d) *illi tenent C.*
- e) *sumi C.*
- f) *Endung korr. M.*
- g) *davor c K.*

58. Origenis in tractatu super Genesis^a.

Denique vis scire, quid^b sit inter sacerdotes Domini et sacerdotes Pharaonis. Pharaeo terras concedit sacerdotibus suis, Dominus autem^c sacerdotibus^d suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: 'Ego sum pars vestra.' Observate ergo, qui hæc legitis, Domini sacerdotes et videte, quæ sit differentia sacerdotum, ne forte qui partem^e habeant^f in terra et terrenis cultibus ac studiis vacant, non tam Domini quam Pharaonis sacerdotes esse videantur. Ille est enim, qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarum et exercere agrorum non hominum culturam, ruri^g et non^h legi^h operam dare. Christus autem dominus noster sacerdotibus suisⁱ, quid precepit, audiamus: 'Qui non renuntiaverit, inquit, omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.' Contremisco hec dicens. Meus enim primo omnium, meus inquam accusator existo, meas condemnationes loquor. Negat Christum suum esse discipulum, quem viderit aliquid possidentem et eum, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet. Quomodo hæc aut ipsi legimus aut aliis exponimus, qui non solum non renuntiamus his, quæ possidemus, sed acquirere volumus, quæ numquam habuimus antequam veniremus ad Christum? Numquidnam quia redarguit nos^j conscientia tegere et non proferre^k, quæ scripta sunt, possumus? Noli duplicati criminis fieri reus. Confiteor et palam populo audiente hæc scripta esse, etiamsi non adimplere me novi, sed ex hoc saltem commoniti festinemus implere, festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes Domini, quibus in terra pars non est, quibus portio Dominus^l est.

- a) ienesi(m) R.
- b) q̄ (= quod) C.
- c) eher ante (añ) R.
- d) sacerdotib M.
- e) fehlt M.
- f) habent KC.
- g) folgt et luto C.
- h) longi K.
- i) fehlt K.
- j) folgt c(on)t K.
- k) korr. aus proferre (?) M.
- l) dns M.

59. Ex Niceono concilio.

Quoniam multi^a sub^a regula^a constituti avariciam et turpia lucra sectantur oblique divine scripturę dicentis: 'Qui pecuniam suam non dedit ad usuram', mutuum dantes centesimos exigunt, iuste censuit sancta et magna synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras^b accipiens aut ex adinventione aliqua vel quolibet modo negotium transigens aut emiola^c, id est sexcupla exigens vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.

- a) sub regula multi *C*.
- b) *korr. aus* usuram *M*.
- c) emiola *K*; emilia *CR*.

60. Ex Calcedonensi^a concilio.

Qui semel in clero deputati sunt aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad miliciam neque ad dignitatem aliquam venire mundanam. Ad^b hoc temptantes^c et non agentes penitentiam quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt^d, anathema sint.

a) calcedonense *MR*.

b) At *C*.

c) tempramentes *K*.

d) elegerint *K*.

61. Ex eodem.

Si quis clericus adversum^a clericum habet negotium, non deserat episcopum proprium et ad secularia percurrat iudicia, sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium vel certe consilio eiusdem episcopi, apud quos utraque partes voluerint, iudicium continebunt. Si quis autem preter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quodsi clericus habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provincię iudicetur. Quodsi adversus eiusdem provincię metropolitanum episcopus vel clericus^b quęrelam habet, petat primatem dioceseos aut sedem regie urbis Constantinopolitanę et apud ipsum iudicetur.

a) adversus *K*.

b) clerus (*Endung korr.*) *C*.

62. Ex eodem.

Clericos in ecclesiam ministrantes, sicut iam constituimus, in alterius civitatis ecclesiam^a statutos fieri non oportet, sed contentos^b esse, in quibus ab initio ministrare^c, meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes^d privincias ex necessitate ad aliam ecclesiam transierunt^e.

a) ecclesias C.

b) contemptos MKR; contemptos korr. in contentos C.

c) *folgt nochmals* ministrare K.

d) amittens K.

e) *überschüssiges Kürzel über 2. -r- M.*

63. Ex eodem.

Non^a licere clericis post obitum sui episcopi res ad eum pertinentes diripere sicut antiquis est quoque canonibus constitutum. Quodsi qui hoc facere temptaverint, graduum suorum periculo subiacebunt.

a) on *K*.

64. Ex eodem concilio^a.

Peregrinos^b clericos et lectores in alia civitate preter commendaticias litteras sui episcopi nusquam penitus ministrare debere.

a) *fehlt KC.*

b) Geregrinos *K.*

65. Ex^a eodem^a.

Pervenit ad sanctam synodum, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant et secularia negotia sub cura sua suscipiant Dei quidem ministerium parvipendentes secularium vere^v discurrentes domos et propter avariciam patrimoniorum sollicitudinem sumentes. Decrevit itaque sanctum concilium nullum deinceps non episcopum, non clericum, non monachum aut possessiones conducere aut negotiis secularibus se miscere preter ecclesiarum rerum sollicitudinem.

a) *fehlt M.*

b) *vero (Endung korr.) C.*

c) *Dec(er)nit C.*

66. Ex Agathensi^a concilio^a.

Id etiam ad custodiendam vitam et famam speciali ordinatione precipimus, ut nullus clericorum extraneę sit mulieri qualibet consociatione aut familiaritate coniunctus^b. Et non solum in domum illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum et sorore et neptę, si habuerit^c aut voluerit, vivendi^d liberam habeat potestatem, de quibus nominibus non^e fas^e est aliud quam natura constituit^f suspicari.

- a) cartaginensi concilio agathensi *C.*
- b) *Endung korr. M.*
- c) *hūit C.*
- d) *ivuendi K.*
- e) *nefas C.*
- f) *continuit R.*

67. Ex Toletano concilio.

Presbiter vel diaconus vel subdiaconus vel quilibet ecclesię deputatus clericus si intra civitatem fuerit vel in loco, in quo ecclesia est, aut in castello aut in vico aut in villa, si ad ecclesiam ad sacrificium vel officium cotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus non emendaverit.

68. Ex Agatensi^a concilio^a.

Presbiter^b aut diaconus, qui in fornicatione aut^c periurio aut in furto aut homicidio captus^d est, deponatur^e, non tamen a communione privetur. Dicit enim scriptura: 'Non iudicabit Deus bis in idipsum.'

- a) concilio agat̄. *K*; car̄ concil̄ *C*.
- b) resbiter *K*.
- c) *folgt* in *C*.
- d) *folgt* vel deprehensus *R*.
- e) *fehlt* *R*.

69. Ex Toletano concilio.

Quando presbiteri aut diaconi per parrochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere, ut caste et pure vivant sub Dei timore, ut, cum eos talis professio alligat, vitę sanctae disciplinam retineant.

70. Ex eodem.

Si quis presbiter ab episcopo suo fuerit degradatus^a aut ab officio pro certis criminibus suspensus et ipse per contemptum et^b superbiam^b aliquid^b de ministerio sibi interdicto agere presumpserit et postea ab episcopo suo correptus^c incepta^d presumptione perduraverit, hic omnimodis^e excommunicetur et ab ecclesia expellatur et quicumque cum eo communicaverit^f, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis vel feminis excommunicatis observandum est. Quodsi aliquis ista omnia contempserit et episcopus minime emendare potuerit, regis iudicio exilio dampnetur.

- a) degradat(ur) *R*.
- b) aliquid et superbiam *C*.
- c) -p- *korr. M*; correctus *K*.
- d) incerta *K*.
- e) omnimodo *C*.
- f) communicav(it) *K*.

71. Ex concilio Cartaginensi.

Placuit, ut clericus, si commodaverit pecuniam^a, pecuniam^b accipiat, si speciem, eandem speciem quantum dederit, accipiat.

a) -u- *korr. M.*

b) *am Rand C.*

72. Ex eodem^a.

Item placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere aut continentiam profiteri.

a) concilio ancirano (*S. IV 32,73*) C.

73. Ex concilio Ancirano.

Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt et dixerunt^a velle coniugio copulari, quia sic manere non possunt; hi^b, si^b postmodum uxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod eis episcopus licentiam dedit. Quicumque sane tacuerunt et susceperunt manus impositionem professi continentiam et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare^c debebunt.

- a) dixerint se *C*.
- b) nisi *C*.
- c) *folgt rad.* non *M*.

74. Ex concilio^a Arelatensi^a.

Investigandum est, si nichil patrimonii habens presbiter quando^b proventus est ad ordinem ecclesiasticum postea emerit predia, cuius iuris sint, quoniam ecclesię, ad quam de nichil habenti promotus est, esse debent iuxta canonicam auctoritatem.

a) arelat(ensi) conc(ilio) *K*.

b) *fehlt M*.

75. Ex concilio Cartaginensi.

Placuit, ut episcopi, presbiteri, diaconi vel quicumque clerici qui^a nichil habentes ordinantur et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quęcumque^b alia suo nomine comparant tamquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur obnoxii nisi ad ecclesiam, ad quam titulati sunt, eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propria liberalitate alicuius vel successione cognationis aliquid evenerit^c, faciant inde, quod velint.

a) *fehlt M.*

b) *quęcumque M.*

c) *evenerint (-n- gestr.?) M.*

76. Ex^a eodem^a.

Ut^b unusquisque presbiter res, quas post diem consecrationis adquisierit, proprię ecclesię relinquat.

a) *fehlt K.*

b) *t K.*

77. Ex concilio^a Remensi.

Presbiter, cum diocesim tenet, de his, quę emerit, ad ecclesię^b nomen scripturam faciat aut ab eius, quam tenet ecclesię ordinatione discedat.

a) *fehlt C.*

b) *ecclesiam M.*

78. Leo augustus.

Generaliter sancimus omnes viros reverentissimos episcopos necnon presbiteros seu diaconos et subdiaconos et precipue monachos licet non sint clerici immunitatem ipso iure omnis habere tutelę sive testamentarie sive legitime sive dative et non solum tutelę esse^a eos^a expertes, sed etiam curę, non solum pupillorum et adultorum, sed et furiosi et muti et surdi et aliarum personarum, quibus tutores vel curatores a^b veteribus^b legibus dantur. Eos tamen clericos et monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui ad sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent non devagantes neque circa divina misteria desides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus, ut aliis omnibus derelictis Dei omnipotentis inhereant ministeriis. Et hoc non solum in veteri Roma vel in hac civitate regia, sed in omni terra, ubicumque christianorum nomen colitur, obtinere sancimus.

a) eos esse *C*.

b) a ventibus *M*.

79. Augustinus^a.

Nemo quippe amplius in ecclesia nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis et sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus presumit et in exemplum culpa vehementer extenditur, quoniam pro reverentia ordinis^b peccator honoratur.

a) *gestrichen, dafür am Rand GG M; Auḡ KC; GG R.*

b) *fehlt M.*

80. Ex^a concilio^a Triburiensi.

Si quis quocumque ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine cognatione discesserit, hereditas eius ad ecclesiam, ubi servivit, devolvatur; similiter de sanctimonialibus.

a) *auf Rasur (?) M.*

81. Ex synodo habita Rome ab Eugenio^a papa.

Quamquam sacerdotum testimonium credibile habeatur, tamen ipsi^b in secularibus negotiis pro testimonio aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si enim eventę causę aliquid^c viderint vel audierint, ubi nulle idoneę secularium inveniantur persone, ne^d veritas occultetur et malus^e ut^e bonus^e estimetur, in providentia proprii sit episcopi aut coram se et competentibus iudicibus aut aliter veritatem honorifice attollat.

- a) euglio *M*; eugerio *C*.
- b) ipsis *KR*.
- c) *fehlt M*.
- d) nec *K*.
- e) bonus ut malus *K*.

82. Urbanus papa secundus.

Duę, inquit, leges sunt: una publica, altera privata. Publica lex est, quę a sanctis patribus scriptis est firmata^a, ut est lex canonum, quę quidem^b propter transgressores est tradita. Verbi gratia: Decretum est in canonibus, clericum non debere de suo episcopatu ad alium transire nisi^c commendaticiis^d litteris episcopi^e sui^e, quod propter criminosos constitutum est, ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur persone. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo, in^f episcopatu^f altero celebrare, quod iure preceptis et scriptis detestatum est. Lex vero privata est, que instinctu sancti spiritus in corde scribitur sicut de quibusdam dicit apostolus: 'Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis' et 'ipsi sibi sunt lex.' Si quis horum in ecclesia sua sub episcopo suo proprium retinet et seculariter vivit, si afflatus spiritu sancto in aliquo monasterio se salvare voluerit, quia lege^g privata^g ducitur, nulla ratio exigit, ut a^h publica^h legeⁱ constringatur. Dignior est^l enim privata^k lex^k quam publica. Spiritus quidem^l Dei lex est et qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur^m. Et quis est, qui possit spiritui sancto digne resistere? Quisquis ergo hoc spirituⁿ ducitur, etiam episcopo suo^m contradicente eat liber nostra auctoritate. Iusto^o enim lex non est posita et ubi spiritus Domini, ibi libertas et si spiritu^p Dei ducimini, non estis sub lege.

- a) confirmata C.
- b) quide M.
- c) *folgt* cum C.
- d) commendatiis C.
- e) sui episcopi C.
- f) episcopatu in CR.
- g) privata lege C; *fehlt* lege R.
- h) aptica (= apostolica) R.
- i) *Sprung nach fol. 377 (Seitenvertauschung) M!*.
- j) *folgt nochmals est (Zeilenwechsel) C.*
- k) lex privata C.
- l) quod M.
- m)-m) ducuntur - suo *fehlt* K.
- n) *folgt* sancto C.
- o) In isto K.
- p) sp̄c C.

83. Idem Urbanus^a.

Mandamus et mandantes universaliter interdicimus, ne quisquam canonicus regulariter professus nisi, quod absit, publice lapsus fuerit, monachus effitiatur. Quodsi decreto nostro contraire presumens facere temptaverit ad ordinem canonicum, precipimus, ut redeat et deinceps memoriale suę presumptionis cucullam deferat^b et ultimus in choro maneat.

a) *fehlt M.*

b) *eher deserat K.*

XXXIII.^a Quibus in locis magistri liberalium artium constituentur.

1. Ex^b sinodo habita^c Rome ab^d Eugenio^e papa^f.

In episcopiis et in plebibus vel in aliis locis oportunis magistri et doctores constituentur, qui studia litterarum liberaliumque artium habeant, quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata.

- a) *Zahl fehlt K; XXIII R.*
- b) *ganze Inskr. am Rand M.*
- c) *habito M.*
- d) *fehlt C.*
- e) *euḡ M; Eeuḡ C.*
- f) *fehlt M.*

XXXIV.^a De electione abbatum.

1. Gregorius papa Mariniano episcopo. In epistola XLIII lib. VII.

Defuncto vero abbate cuiusquam congregationis non extraneus eligatur nisi de eadem congregatione quem sibi propria voluntate concors fratrem societas elegerit. Et qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua, ordinetur. Quodsi aptam inter se personam invenire nequeunt, solerter sibi de aliis monasteriis aligant ordinandum. Neque constituto abbati quęcumque persona qualibet occasione preponatur nisi forte extantibus, quod^b absit, criminibus, quę sacri canones punire monstrantur^c. Pariter autem custodiendum est, ut invito abbate ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Et infra. Descriptiones quoque rerum aut cartarum monasterii ab episcopo ꝛcclesiasticas fieri omnino denegamus, sed si quando res exigit, abbas loci cum aliis fratribus abbatibus^d causas rerum inventarum faciat et ad eorum consilium sive iudicium faciat. Obeunte quoque abbate episcopus in describendis previdendisque rebus^e monasterii acquisitis vel datis acquirendisve nullatenus se permisceat. Missas quoque publicas ab eo in cenobio fieri omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus et eorum receptaculis ulla popularis prebeatur occasio conventus vel mulierum fiat novus introitus^f, quod^g omnino non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare vel quamlibet potestatem habere imperandi nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate. Nullusque monachus sine testimonio vel concessione abbatis ꝛcclesiam aliquam teneat vel ad aliquem promoveatur honorem.

a) *Zahl fehlt MK.*

b) *ꝥđ, folgt Lücke von 2 Buchst. M.*

c) *monstrant M.*

d) *fehlt C.*

e) *fehlt R.*

f) *in̄itus R.*

g) *qui C.*

2. Gregorius^a urbis Romę episcopus Castorio episcopo^b. In epistola XLIII^c lib. V.^d

Abbatem cuilibet monasterio non alium sed quem dignum moribus atque aptum monasticę disciplinę communi consensu congregatio tota poposcerit, ordinari volumus.

- a) regorius *K*.
- b) *fehlt C*.
- c) XLIII *C*.
- d) I *C*.

XXXV.^a De monachis et sanctimonialibus.

1. Pelagius papa^b.

Nullus quoque monachus talia usquam arripiat nec secularia aut ecclesiastica negotia perturbare presumat, quia mortua in talibus est vox eorum. <Similiter^c et omnes quos divinae leges mortuos appellant summovendos^d esse ab accusatione et publice penitentiae summittendos iudicamus^c.>

a) *Zahl fehlt MK (s. IV 36,2).*

b) *fehlt, steht jedoch als Rubrikatornotiz K.*

c)-c) *Similiter (davor sua C) - iudicamus nur CR.*

d) *sumevendos C.*

2. Leo papa ad^a Rusticum episcopum Narbonensem^a. Capitulo^b duodecimo^b.

Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo^c, debet et reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devolutus est, publicę penitentię satisfactione purgandus est, quia etsi innocens militia^d et honestum esse potest coniugium, electionem meliorem^e deseruisse transgressio est^f.

a)-a) *fehlt C.*

b) *vor der Inskr. M; fehlt CR.*

c) *deus R.*

d) *korr. (?) M.*

e) *fehlt K.*

f) *folgt* Quod suum susceptum fuerit nulla rationis lege si nec ad oram consensit tenetur. *C.*

3. Idem^a ad Theoderitum^b episcopum Cipri.

De his vero, quę in sepedicto concilio^c illicita contra venerandos Nicenos canones presumptione temptata sunt, ad fratrem et coepiscopum nostrum Antiočenę sedis presulem scripsimus adicientes et illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorundam religionis vestre verbo mandastis per vicarios nostros, et hoc specialiter statuentes, ut preter Dei sacerdotes nullus audeat predicare seu monachus sive ille laicus sit, qui^d in cuiuslibet scientię nomine gloriatur.

a) ganze Inskr. (Idem fehlt, Randverlust?) am Rand, im Textblock freier Raum, Rasur (?) M.

b) theodoricum K; theodoritum C; theorit R.

c) consilio C.

d) q̄ (normalerweise: quod) C.

4. Idem^a.

De his autem, quę in sacro virginitatis proposito constitute barbaricam pertulere violentiam et integritatem pudoris non in animo sed corpore^b perdiderunt, ea nobis^c videtur^e servanda moderantia, ut neque in viduarum deiciantur gradum neque in sacrarum et perseverantium virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus virginalibus observationibus perseverant et castimonię soliditatem mente custodiunt, sacramentorum eis^d non est neganda communio, quia iniustum est illas in eo vel argui vel notari, quod non voluntas admisit, sed vis hostilis^e eripuit^f.

a) *auf Rasur (?) M; fehlt K.*

b) *animo korr. in in carne K.*

c) *videtur nobis K.*

d) *fehlt C.*

e) *hotilis C.*

f) *erupit MK; erupuit korr. in erupit C.*

5. Gregorius Sergio defensori. In epistola VIII^a lib. VIII.

Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita filiam gloriosi Tuliani magistri militum, quę proiectis, quas sponte assumpsit, religiosis vestibus indumentis se laicis deturpavit, una cum fratre et coepiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere atque ad religiosum rursus habitum revocare ac in monasterium mittere, ubi districte omnino valeat custodiri.

a) XIII C; *am Rand (ohne Verweiszeichen) R.*

6. Euticianus papa.

Nichilominus etiam in quibusdam locis inolitum invenimus usum stultitię plenum et ecclesiasticę auctoritati contrarium, eo quod videlicet nonnullę abbatissę et alique ex sanctimonialibus viduis et puellis virginibus contra fas velum imponere presumant et ideo^f nonnullę iniustę velatę putant se liberius suis carnalibus desideriis posse inservire et suas voluntates explere. Quapropter statuimus, ut si abbatissa aut quelibet santimonialis post hanc definitionem^c in tantam audatiam proruperit^d, ut aut viduam aut puellam virginem velare presumpserit, iudicio canonico usque ad satisfactionem subdatur.

a) et *M*; *korr. in et (?) C*.

b) *ido M*.

c) *diffinitionem KCR*.

d) *prorupit MR*.

7. Syricius^a papa^b ad Eumerium^c episcopum^d Tarraconensem^e.

Inpudicas detestabilesque personas monachorum^f scilicet^f atque^f monacharum^g, quę abiecto proposito sanctitatis illicita atque sacrilega contagione se miscuerunt et in abruptum^h conscientię desperatione perductę de illicitis complexibus libere filios procrearunt, a monasteriorum cętu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatinus retruseⁱ in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint penitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem solius misericordię intuitu per communionis gratiam possit indulgentia subveniri.

a) *S-Initiale auf Y-Initiale K.*

b) *fehlt CR.*

c) *imerium (davor 1 Buchst. rad.) K; emetrium C; emerium R.*

d) *fehlt C.*

e) *tracinensis C; folgt cap. VI. KC.*

f) *monachorum ac C; fehlt R.*

g) *korr. aus monachorum R.*

h) *-p- über d. Zeile M.*

i) *korr. in retrusi C.*

8. Eugenius papa.

Mulieres obtentu religionis velatę aut in monasterio regulariter vivant aut in domibus suis susceptum habitum castę observent.

9. Idem^a.

Si qui^b sine ostenso crimine inviti in monasterium mittuntur, non nisi volentes teneantur.

- a) *fehlt K.*
- b) *quis CR.*

10. Gregorius Iohanni episcopo^a. Epistola XI lib. I.

Agapitus abbas monasterii sancti Georgii insinuavit nobis^b plurima se a vestra sanctitate gravamina sustinere et non solum in^c his, quę necessitatis tempore aliquod monasterio possint^d ferre subsidium, verum etiam in eodem monasterio missas prohibeas celebrari, sepeliri etiam interdicas ibidem mortuos. Quod si ita est, a tali vos hortamur inhumanitate suspendi et sepeliri ibidem mortuos vel celebrari missas nulla ulterius habita contradictione permittas nec denuo querelam de his, que dicta sunt, predictus vir venerabilis deponere compellatur.

a) *folgt* in *R*.

b) *fehlt* *K*.

c) *zurück auf fol. 371. M*.

d) *possit* *K*.

11. Idem^a.

In nullo loco monachos et monachas permittimus unum monasterium habere, sed nec ea, quę duplicia vocant. Et si quid tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo^b studeat^c manere^d loco, monachis^e autem aliud monasterium aedificare cogat. Sin autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachę et in aliis monachi. Res autem, quas habent communes, secundum iura eis^f competentia distribuantur.

a) *fehlt K.*

b) *folgt per se CR.*

c) *studeant MK.*

d) *ponere CR.*

e) *monachos (Endung korr.) C.*

f) *ei⁹ M.*

12. Ieronimus.

Monachum autem perfectum esse nolle, delinquere est. Sed me hoc gradu pulsus^a provocabis ad clericos, an de his aliquid audeam dicere, qui certe^b in suis urbibus commorantur. Absit autem, ut quicquam de his sinistrum loquar, qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam christiani sumus, qui claves regni celorum habentes ante iudicii diem iudicant, qui sponsam Domini sobria castitate conservant; sed et^c alia, que ante perstrinxi, monachi causa est, alia clericorum. Clerici oves pascunt, ego pascor. Illi de altario vivunt, michi quasi infructuose arbori^d securis ponitur ad radicem, si^e munus^e ad altare non defero^f nec possum obtendere paupertatem, cum in evangelio anum viduam duo, que sibi sola supererant aera mittentem laudat Dominus. Michi^g ante presbiterum sedere non licet^g. Illi, si peccavero, licet tradere me sathanę in interitu^h carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu. Et in veteri quidem lege quicumque sacerdotibus non obtemperassetⁱ aut extra castra positus lapidabatur a populo aut gladio cervice subiecta contemptum expiabat cruore^j. Nunc vero inobediens spiritali^h animadversione truncatur aut eiectus^l de ecclesia rabido demonum ore decerpitur.

- a) pulsu *R.*
- b) certis *K.*
- c) *fehlt CR.*
- d) arboris *C.*
- e) sumimus *R.*
- f) differo *M.*
- g) *am Rand C.*
- h) interitum *C.*
- i) *korr. aus optemperasset M.; optemperasset R.*
- j) cruorem *MK.*
- k) *korr. in spiritale R.*
- l) eiectos *MK.*

13. Idem^a.

Monachus non doctoris, sed plangentis offitium, qui vel se vel mundum lugeat et Domini pavidus prestoletur adventum. Qui sciens inbecillitatem suam et vas fragile, quod portat, timeat offendere, ne inpingat et corruat atque frangatur.

a) *am Rand M; fehlt K; folgt Ieronimus C.*

14. Isidorus.

Monachi filios procreantes in carcere recludantur tantum facinus continua lamentatione deflentes, ut eis vel ad mortem sola misericordia in communionis gratia possit indulgeri.

15. Basilius.

Monacho non liceat^a votum vovere sine consensu abbatis sui. Si autem voverit, frangendum est.

a) licet (*Endung auf Rasur*) C.

16. Ex^a concilio^b Calcedonensi^b.

Monachos vero per unamquamque civitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi in locis, quibus renuntiaverunt seculo, permanentes. Nec ecclesiasticis vero nec secularibus negotiis communicent vel in aliquo sint molesti propria monasteria deserentes, nisi forte his precipiatur propter opus necessarium ab episcopo civitatis. Nullum vero recipere in monasteriis servum^c obtentu monachi preter sui domini conscientiam, transgredientem vero hanc definitionem^d nostram excommunicatum esse cognovimus, ne nomen Dei blasphemetur. Verumptamen episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

a) *ganze Inskr. fehlt M.*

b) *calcedonensi (calcedonense R) concilio CR.*

c) *-er- rad. (?) C.*

d) *diffinitionem C.*

17. Ex^a eodem^a.

Clerici, qui proficiuntur^b ptochiis vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum, qui in unaquacumque^c civitate^d sunt secundum sanctorum patrum traditiones^e, potestate permaneant nec per^f contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere huiuscemodi formam quocumque modo nec proprio subiciuntur^g episcopo, siquidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacent, si vero laici vel monachi fuerint, communionem priventur.

- a) *fehlt MK.*
- b) *proficiuntur M.*
- c) *iniquaque C.*
- d) *über -iv- überschüssiges Kürzel (?) M.*
- e) *traditiones M.*
- f) *qui K.*
- g) *über s- überschüssiges Kürzel M.*

18. Ex^a eodem^a.

Virginem, quę se Deo consecravit, similiter et monachum non licere nuptialia^b iura contrahere. Quodsi hoc^c inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

- a) *fehlt K.*
- b) *nuptiali MR.*
- c) *fehlt K.*

19. Ex Tolletano^a concilio^a.

Clerici, qui monachorum propositum appetunt et meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus nec interdicti propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

a) toll concilio *M*; concilio toletano *K*.

20. Ex^a eodem^a.

Monachum autem^b paterna devotio aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum revertendi recludimus aditum et omnes ad seculum interdicimus regressus.

a) *fehlt K.*

b) aut (*korr. aus autem?*) *C.*

21. Ex concilio^a Tolletano^b.

Si monachi^c vel^c clerici^c inventi fuerint conspirantes aut per coniurationem calumpniam machinantes, episcopis vel clericis proprium^d amittant^e gradum.

- a) consilio *R.*
- b) toll *M.*
- c) clerici vel monachi *K.*
- d) pprium *R.*
- e) admittant *CR.*

22.

Si quis sacerdotum vel monachorum suo episcopo inobediens fuerit^a aut ei insidias paraverit aut contumeliam^b calumpniam vel convitia intulerit, mox depositus curiae tradatur. 'Qui autem facit iniuriam, recipiet hoc, quod inique gessit.'

a) fuit (*oder fuerit?*) *M.*

b) *folgt* vel *C.*

23. Ex concilio Calcedonensi.

Si qui clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiciantur.

24.

Placuit omnibus residentibus in sancta Nicena^a sinodo, ut monachorum conversatio et vita secundum ethimologiam nominis ab omnibus^b discrepetur^c. Monachus enim Grece^d, latine dicitur singularis. Unde monachum per omnia singulariter vivere et^e singulariter^f agere oportet. Quam ob rem firmiter et insolubiliter omnes precipimus, ut aliquis monachus penitentiam nemini tribuat nisi invicem ut iustum est, mortuum non sepeliat nisi monachum secum in monasterio commorantem vel fortuitu quemquam advenientium fratrum^g ibi^g morientium^g, quia per omnia ei interdictum est non alios sepelire mortuos nisi tantummodo illos suos familiares, qui infra claustra^h septi^h sunt. Si dehinc facere presumpserint, canonum sententiis subiacebunt.

- a) niceno *K*.
- b) oib(us) *M*.
- c) discerpetur *C*.
- d) *fehlt C*.
- e) *fehlt R*.
- f) *fehlt CR*.
- g) *am Rand C*.
- h) claustru septa *CR*.

25. Leo^a nonus^b omnibus fidelibus per totam Italiam.

Relatum est auribus nostris esse quosdam perverse agentes, qui subvertere nituntur atque dividere conantur ecclesię unitatem, videlicet abbates et monachi, qui non studio caritatis, sed zelo rapacitatis invigilant et docent et subvertere non cessant seculares homines, quos inlaqueare possunt^c, ut res suas sive in morte sive in vita in monasteriis illorum tradant et ecclesiis, quibus salvati esse videntur et a quibus baptismum et penitentiam acceperunt, nichil de bonis suis relinquunt. Ideoque precipimus atque^d iubemus, ut quicumque ammodo in monasterio se converti voluerit sive in vita sive in morte, ut omnium rerum, quas pro salute animę suę disponi decreverit, medietatem ecclesię, cui ipse pertinere dinoscitur, relinquat et sic demum in monasterium eundi habeat licentiam. Quicumque autem huius nostri decreti contradictor extiterit, gladio anathematis subiaceat. Data Romę.

a) *folgt* episcopus CR.

b) *fehlt* K.

c) *korr. in* possint C.

d) et K.

26. Bonifatius papa.

Sunt nonnulli fulti nullo dogmate audacissime quidem, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati asserentes monachos, quia mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos. Neque penitentiam neque christianitatem largiri neque absolvere posse per sacerdotale officium divinitatis iniunctam potestatem, sed omnino labuntur^a. Nam si ex hac causa veteres emuli vera predicant^b, apostolicę compar sedis beatissimus Gregorius monachico cultu pollens ad summum nullatenus apicem conscenderet. Augustinus quoque eiusdem sanctissimi Gregorii discipulus Anglorum predicator egregius ac Panoniensis Martinus beatissimus, cuius sanctitatem^c fama^d longe lateque diffusa^d totus personat mundus, aliique quam plurimi viri sanctissimi pretiosissimo monachorum habitu fulgentes nequaquam anulo^e pontificali subarrarentur^f, sed quia monachi fuerunt predictis ut^g prohiberentur. Neque enim Benedictus monachorum preceptor almificus huiusmodi^h rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore solummodo. Quod quidem apostolicis documentis et omnium sanctorum patrum institutis non solum monachis, verum etiam canonicis maximopereⁱ imperatur; tantorum igitur patrum instituti exemplis, quibus periculosissimum est refragari^j, credimus a sacerdotibus monachis ligandi solvendique officium Deo operante^k haud^l indigne amministrari, si eos digne contigerit hoc ministerio sublimari.

- a) vel falluntur C.
- b) predicarent C.
- c) sanctitate MK.
- d) fame ... diffuse C.
- e) anuno K.
- f) *korr. aus* subararentur M.
- g) uti C.
- h) huiscemodi *korr. aus* suissemodi K.
- i) magno opere C (*korr.*).
- j) refregari M.
- k) cooperante C.
- l) non C; hañt (?) R.

27. Gregorius^a in^b registro^b. Venantio exmonachio Patricio. In epistola XXXIII lib. I.

Teste evangelio scis, quia divina severitas de otioso sermone nos arguit et de verbo inutili rationes subtiliter exquirat^c. Pensa ergo, quid factura est de perverso opere, si quosdam in iudicio suo reprobat de sermone. Anamias Deo pecunias voverat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus^d est, scis. Si igitur ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit, considera, quanto periculo in iudicio divino dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum omnipotenti Domino^e, cui te sub monachico habitu devoveras, subtraxisti.

a) *ganze Inskr. lautet:* In registro Gregorii ex lib. I. venerant exmonacho patricio in epistola XXIII. C.

b) *in der Zeile über Gregorius K; vor Gregorius R.*

c) *davor Buchst. (e oder c) M.*

d) *mactatus R.*

e) *deo CR.*

28. Eiusdem^a. In epistola XXXVIII^b libro primo.

Si quos autem a^a clericatu in monachicam conversationem venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel aliam ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare nisi si talis vitę monachus fuerit, ut episcopus cui, ante militaverat, sacerdotio dignum previderit, ut ab eo debeat aligi et in loco, quo iudicaverit, ordinari.

- a) Idem *M*.
- b) XXVIII *C*.
- c) de *CR*.

29. Gregorius Anthemio subdiacono. In^a epistola XLVIII lib. I.

Quia dura est in insulis congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante^b XVIII^c annorum tempora^d suscipi prohibemus, vel si qui nunc sunt, tua eos experientia auferat et in Romanam urbem transmittat. Hoc et in Palmaria aliisque insulis te per omnia volumus custodire.

- a) *fehlt CR.*
- b) *a non K.*
- c) *XVIII M.*
- d) *tempore K.*

30. Innocentius Victricio^a episcopo^a. Cap.^b VIII.^b

De monachis, qui diu morantes in monasteriis, si^c postea ad clericatus ordinem pervenerint, non debere eos a priori proposito discedere. Aut enim, sicut in monasterio^c fuit et quod diu servavit^d, in meliore^e gradu positus amittere non debet, aut si corruptus^f postea baptizatus in monasterio sedens ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cum sponsa potest iam ante^g corruptus. Quę forma servatur in clericis maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisque corruptus baptizatus clericus^h esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

a) *am Rand C.*

b) *fehlt CR.*

c)-c) si - monasteriis (*für monasterio*) *am Rand C.*

d) *servaverit R.*

e) *korr. in meliori C.*

f) *corruptiis (doppelter i-Strich!) R.*

g) *non R.*

h) *clicus C.*

31. Iustinianus^a.

Hoc etiam cognitum^b nobis^b correctione nostra dignum esse iudicamus, ut si quis in parentum potestate constitutus vel constituta vel forsitan^c huiusmodi^d iure absolutus vel^c absoluta elegerit^e se vel monasterio vel clero sociare et per reliquum vitę suę tempus sanctimonialiter degere voluerit^f, non liceat parentibus easdem personas quocumque modo abstrahere vel propter hanc tantummodo causam quasi gratum^g vel^g ingratum^h a sua hereditate vel successione repellere, sed necesse sit eis omnimodo, cumⁱ ultima voluntate sue sive per scripturam sive alio legitimo modo conficiant, quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere. Sin autem et amplius voluerit^j eis largiri, hoc eius^k voluntati concedimus. Si vero ultimam voluntatem parentes neque testamento neque alio ultimo elogio declarasse monstrati sunt, omnem parentum substantiam heredes, quibus ab intestato^l competit, secundum leges nostras sibi defendant; nullo eis impedimento ex sanctimoniali conversatione generando sive soli sive cum aliis ad successionem vocantur. Huius legis nostrę perpetuę^m beneficia eos volumus optinere, qui in monasterio vel cleicatu perseveraverint. Nam si qui eorum, de quibus presentem legem posuimusⁿ, sanctimonialem vitam elegerint, ad secularem autem conversationem remeaverint, iubemus omnes eorum res ad iura eius ecclēsię vel monasterii, ex quo recesserint, pertinere.

- a) *fehlt MKR; davor durchgestr. victricio episcopo (s. IV 35,30) C.*
- b) *vobis cognitum C.*
- c)-c) *forsitan - vel am Rand C.*
- d) *huiusmodi KC.*
- e) *elegerint korr. aus eligerint C.*
- f) *voluerint C.*
- g) *am Rand C; ingratum vel R.*
- h) *ingratam KR.*
- i) *eum R.*
- j) *korr. in voluerint C.*
- k) *eorum (auf Rasur) C; e(st) R.*
- l) *intestata R.*
- m) *perpetua C.*
- n) *possumus R.*

32.

Item legem in perpetuum valituram iubemus, ut si quis sponsus vel sponsa desideraverit seculi istius vitam contempnens sanctimoniam^a conversationem^a vivere, sponsus quidem omnia, quae arrarum nomine futuri causa coniugii dedisset, sine^b ulla imminutione recipiat, sponsa autem non duplum sicut actenus, sed hoc sponso restituat, quod arrarum acceperat^c nomine et nichil amplius reddere compellatur nisi quod probate fuerit accepisse. Nam et maritis et uxoribus, qui seculo renuntiant, iam anteriore lege a nobis provisum est, ut sive maritus sive uxor religionis causa a coniugio recesserit et solitariam vitam elegerit, unusquisque eorum res suas accipiat, quas vel pro dote vel ante nuptias donatione prestiterat. Et hoc tantummodo lucri nomine consequatur^d ab eo, qui solitariam vitam elegerit, quod debuit legitime vel ex pacto^e per casum mortis exigere.

- a) sanctimoniali conversatione *C*.
- b) sive *R*.
- c) receperat *M*.
- d) *Anfang korr. (?) M*.
- e) *folgt* vel *C*.

33. Gelasius.

Generalis etiam querelę vitanda presumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos et originarios dominorum iura possessionumque fugientes sub religiose conversationis obtentu vel ad monasteria sese conferre vel ad ecclesiasticum famulatum conventibus^a quoque presulibus indifferenter admitti. Quę modis omnibus est amovenda pernitias, ne per christiani nominis institutum aut aliena pervadi aut publica videatur disciplina subverti, precipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem cogaturque pro^b statu^b militantium sibi conditioneque^c iurgare aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis quisquis episcopus, presbiter, diaconus vel eorum, qui^d monasteriis preesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes non^e restituendas patronis aut deinceps vel ecclesiasticę servituti vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturę testimonio primitus absolutas vel legitima transactione concessas periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac^f re^f cuiusquam verax nos querela pulsaverit.

- a) co (*Lücke*) *M*; conviventibus *K*; comonentibus *C*.
- b) prostratu *R*.
- c) conditionemque *K*.
- d) *folgt* in *M*.
- e) n *M*
- f) hanc rem *C*.

34. Gregorius Secundino episcopo. Epistola LVI in^a libro III.

Pridem precepimus, ut de monasterio sancti Andreę, quod est super Mascalas^b, baptisterium^c propter monachorum insolentias debuisset auferri atque in eodem loco, quo fontes^d sunt, altare fundari. Cuius rei perfectio hactenus est protracta. Ammonemus igitur fraternitatem tuam nullam iam moram post susceptas presentes litteras nostras inserere, sed repleto loco ipsorum fontium altare illic sine aliqua dilatione fundetur, quatenus et predictis monachis opus Dei securius^e liceat celebrare et non de neglegentia tua contra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

a) nin *K*; *fehlt CR*.

b) *am Rand C*; *macalas R*.

c) *pbaptisterium K*.

d) *fonte M*.

e) *securis MK*.

35. Ex^a Tolletano^a concilio^a.

Si in qualibet minori etate vel religionis tonsuram vel religioni debitam vestem in utroque^b sexu filiis aut unus aut ambo parentes dederint, vel^c certe^c nolentibus aut nescientibus susceptam et non mox visam in filiis abdicaverint^d, vel coram se vel coram ecclesia palamque in conventu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reverti habitum ipsis^e filiis^e quandoque penitus non licebit, sed convicti, quod tonsuram aut religiosam^f vestem aliquando habuerint, mox ad^f religionis cultum habitumque revocentur et sub strenua districtione huiuscemodi observantie inservire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni tradere non amplius quam usque ad duodecimum etatis eorum annum licentia poterit esse. Postea vero an voluntate parentum an sue devotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum religionis sumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsure vel secularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, excommunicationis censuram accipiat et religioni semper inhereat^g.

- a) *am Rand M; Toletano concilio KR.*
- b) *tutroque K.*
- c) *certe vel M.*
- d) *abdicaverit M.*
- e) *ipsi filiisque R.*
- f)-f) *fehlt R.*
- g) *2. -e- nochmals übergeschrieben M.*

36. Ex concilio Africano.

Si quis de alterius^a monasterio repertum vel ad clericatum promovere voluerit vel in suo monasterio maiorem constituere, episcopus, qui hoc fecerit, a communione ceterorum contemptus sit et ille neque clericus neque prepositus sit.

a) altius *M.*

37. Ex novellis^a Iustiniani.

Si quis in monasterium consecratus fuerit posteaque in alium^b monasterium transire maluerit, substantia^c quidem eius a priore monasterio vindicetur.

- a) novelli *R.*
- b) aliud (-d *auf Rasur*) *C.*
- c) substantiam *M.*
- d) vindicetur *KCR.*

38. Gregorius papa VII.

Ut nullus abbas decimas et primicias et reliqua, quę secundum statuta canonum ad episcopos pertinent, detineat sine auctoritate Romani pontificis seu episcopi, in cuius diocesi habitat, apostolica sanctione firmamus.

39. Pelagius^a papa Paulino Solatino^b.

Probinum^c Sarię et Milianum^c atque Probianum vel alios pseudomonachos Iohanni defensori precipimus, ut eos debeat detinere, quatenus, si quam desiderant contentionis suę cognoscere rationem, ad nos ut informentur debeant exhiberi. Certe, si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina, sicut petisti, insula, ut exulentur predicto defensori, duximus iniungendum.

a) *P-Initiale auf rad. G-Initiale M; Gelagius K; Gelasius CR (jedoch p- auf G-Initiale C.)*

b) *auf Rasur M; soletano C.*

c)-c) *auf Rasur (?) M.*

40. Gregorius papa Fortunato episcopo Neapolitano. In^a epistola VIII lib. X.^a

Monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius^b interdicat, ut eos, quos ad conversionem susceperint, priusquam biennium in conversatione compleant, nullomodo audeant tonsorare, sed hoc spatio vita moresque eorum sollicite comprobentur, ne quis eorum aut non sit contentus, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum^c grave sit inexpertos hominum^d obsequiis sotiari, quis^e possit dicere, quanto sit gravius ad Dei servitium improbos applicari? Miles vero si converti voluerit, priusquam nobis renuntietur, nullus eum sine nostro concensu qualibet presumat ratione suscipere.

a)-a) *fehlt C.*

b) *districtis K; distructius R.*

c) *cum C.*

d) *hoū M.*

e) *quod R.*

41. Gregorius papa Ianuario episcopo Caralitano. In^a epistola LXXI^b lib. VIII.^a

Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia ulterius nulla sit testandi licentia, sed, ut res eorum eiusdem monasterii^c iuris fiant, aperta legis diffinitione decretum est.

- a)-a) *fehlt C.*
- b) *davor X rad. M.*
- c) *monasteriis M.*

42. Gregorius papa Valentino^a abbati. In^b epistola XL lib. IIII.^b

Pervenit ad nos, quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant et, quod adhuc^c est^c gravius^c, monachos tuos mulieres^d sibi commatres^e facere et ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos^f, quod absit, calliditate^g decipiat ideoque^h huiusⁱ teⁱ preceptiⁱ serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet excusatione permittas ascendere neque monachos tuos commatres sibi facere.

a) *korr. in* Valentiniano *C.*

b)-b) *fehlt C.*

c) *korr. aus est gravius adhuc (durch Umstellungszeichen) M; adhuc gravius est C.*

d) muliere(m) *R.*

e) matres *R.*

f) eo *R.*

g) calliditate *M.*

h) ideo *C.*

i) hoc iuste *K.*

j) precepta *M.*

43. Gregorius Anthemio subdiacono. In epistola XL libri primi.

Et quia^a aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosilisse cognovimus, ut uxores publice sortiantur, precipimus, ut sub omni vigilantia requiras et inventos habita^b coercione in monasteriis, quorum monachi fuerant, retransmittas^c.

- a) qui *K*.
- b) adhibita *C*.
- c) retransmittas *K*.

44. Gregorius Eusebio Thessalonicensi. In^a epistola X lib. VIII.^b

Si qui vero ex militaribus numeris in monasteriis converti festinant, non sunt temere^c suscipiendi nisi eorum vita subtiliter fuerit inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari et tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

- a) *fehlt R.*
- b) VIII C.
- c) temerare M.

XXXVI.^a De velandis virginibus^b et viduis.

1.^c Pius papa.

Ut virgines non velentur ante XXV annos etatis, nisi forte necessitas^d periclitantis^e pudicitie virginalis, et non sunt consecrande alio tempore, nisi in epyphania et albis paschalibus et in apostolorum^f nataliciis^g nisi causa mortis urgente.

a) ganze Titel fehlt (obwohl Raum dafür gelassen), statt dessen vor IV 36,2 nochmals ganze Titel von IV 35 M; ganze Titel fehlt hier, Rubrik steht nach IV 36,2 (das jedoch vor 36,1 steht) K.

b) folgt nochmals velandis C.

c) dieses Kap. erst nach IV 36,2 K.

d) necessitate (Endung korr.) C.

e) periclitatis MK.

f) aplorum K.

g) nataliciis C.

2.^a Innocentius papa^b.

Quę Christo spiritaliter nubunt et a sacerdote velantur, si postea vel^c publice nupserint vel se clanculo corruerint non eas admittendas esse ad penitentiam agendam nisi is^d, cui^e se iunxerat^f, de mundo recesserit. Si enim de hominibus^g hęc ratio custoditur, ut quecumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera nec ei agende penitentię licentia concedatur nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quę ante immortalis se sponso coniunxerat et postea ad humanas nuptias transmigravit.

a) *davor nochmals ganze Titel IV 35.M; dieses Kap. vor IV 36,1 K; dieses Kap. nach IV 36,3 CR.*

b) *fehlt MK.*

c) *fehlt, statt dessen Lücke C.*

d) *his M; korr. in his C.*

e) *qui M; qui, übergeschrieben cui K.*

f) *iunxerat CR.*

g) *omnibus C.*

3.^a Innocentius papa.

He vero, quę necdum sacro velamine tecte tamen in proposito virginali se simulaverant permanere, licet velate non fuerint, si forte nupserint. His agenda aliquanto tempore penitentia est, quia sponsio earum iam a Domino tenebatur. Nam si inter homines solet bone fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio^b, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non debet. Nam si apostolus illas, quę a^c proposito^c viduitatis discesserunt, dixerat habere dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto magis has^d, quę^d fidem frangere conatę sunt.

a) *dieses Kap. vor IV 36,2. CR.*

b) *pollitatio R.*

c) *approposito R.*

d) *absque M.*

4. Gelasius^a papa.

Devotis quoque virginibus nisi in epyphania aut in albis paschalibus aut in apostolorum nataliciis sacrum minime velamen imponatur, et non ante XXV^b annos^b nisi forte, sicut de baptisate dictum est, gravi langore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur.

a) Pelagius C.

b) *fehlt R.*

5. Idem^a.

Nam de viduis sub nulla benedictione velandis^b superius latius duximus disserendum. Quę si propria voluntate^c professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intererit, qualiter Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant, secundum apostolum nullatenus vetabantur nubere, sic habita secum deliberatione permissam^d Deo pudicitię fidem debuerunt custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus inicere, sed solas adortationes premii sempiterni penasque proponere divini iudicii, ut nostra sit absoluta conscientia et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe, quod de earum moribus actibusque beatus Paulus apostolus testatur, quod plenius exponere preterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

- a) *fehlt K.*
- b) *velande M.*
- c) *fehlt MK.*
- d) *premissam C.*

6. Simachus papa.

Neque viduas ad nuptias transire patimur, quę in religioso proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ętatem peregissee contigerit^a.

a) contingerit *K*.

7. Leo.

Puelle, quę non parentum coacte imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prevaricantur, etiam si nondum eis gratia consecrationis accessit. Cuius utique non fraudarentur^a munere, si in proposito permanerent.

a) fraudarentur C.

8. Eiusdem^a.

Ambigi non potest, magnum crimen admitti, ubi et propositum deseritur et consecratio violatur. Nam si^b humana facta non possunt impune calcari, quid^c eis^d manebit^e, qui corruerint divini fœdera sacramenti?

- a) Idem *M*.
- b) et si *C*.
- c) quis *MKR*.
- d) eos *C*.
- e) maneñ *C*; manebis *R*.

9. Ex eodem.

Ille autem famulę Dei, quę integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur et potuerit corruptione carnis mens invita non pollui, minus tamen hoc illis^a obęrit^b, si quod potuerunt^c animo non amittere doleant^d se vel corpore perdidisse.

- a) ille *R.*
- b) habuerit *C.*
- c) poterunt *C.*
- d) deleant *R.*

10. Gregorius^a ex^b registro^c. Maximo episcopo Siracusano^a. In^c epistola^d XI lib. IIII.^d

Iuenculas^e fieri abbatissas vehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua nisi sexagenariam virginem, cuius vita atque mores hoc exegerint, velare^g permittat.

a)-a) *fehlt C.*

b) *eine Zeile höher als Gregorius K; vor Gregorius R.*

c) *fehlt R.*

d)-d) *am Rand R.*

e) *I- nachgetr. C (s. nächste Anm.).*

f) *davor die eine Zeile zu tief gesetzte I-Initiale C.*

g) *velari CR.*

11. De eodem.

Virgines sacre, si a parentibus^a, a quibus custodiebantur, privatę fuerint, episcopi providentia vel presbiteri, ubi episcopus absens est, pro^f monasterio virginum vel gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes invicem se custodiant, ne^c passim vagando ecclesię ledant opinionem.

- a) apparentibus (*durch spätere Trennung korr. in a pparentibus*) C.
- b) in C.
- c) nec M.

12. Ex Cartaginensi concilio^a IIII.

Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur^b, qualibus^c semper usura est^d.

- a) *fehlt KCR.*
- b) *fehlt CR.*
- c) *qualibet R.*
- d) *folgt offeratur CR.*

13. Cartaginensi^a II.

Chrisme^b confectio et puellarum consecratio a presbiteris non fiat, vel reconciliare quemquam publica missa a presbitero non licere, hoc omnibus placet.

- a) Car̄. *MK*; Cartaḡ *C*.
- b) hrismatis *K*.

14. Imperator^a Iovianus^b augustus.

Si quis non dicam rapere sed attemptare tamen^c matrimonii iungendi^d causa^e sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali feriatur p̄na.

- a) mperator *K*.
- b) Iovinianus *C*.
- c) tantum *C*.
- d) iuniendi *K*.
- e) causas *M*.

15. Augustinus Honorato episcopo.

Magis timeamus, ne sensu interiore^a corrupto pereat castitas^b fidei quam ne femine constuprate^c violentur in carne, quia violentia non violatur pudicitia, si mente servatur, quoniam nec in carne violatur, quando voluntas patientis turpiter carne non utitur, sed^d sine consensione^e tolerat, quod alius operatur.

- a) -o- *nochmals übergeschr. M.*
- b) castitatis *M.*
- c) constuprentur *M*; construprentur *K.*
- d) *folgt* si *C.*
- e) consensu est *C.*

XXXVII.^a Ut diaconissa ante XL annos non ordinetur.

1. Ex Calcedonensi concilio.

Diaconissam non debere ante XL annos ordinari et hanc^b cum diligenti probatione. Si vero susceperit ordinationem et quantocumque tempore observaverit ad ministerium et postea se nuptiis^c tradiderit iniuriam faciens Dei gratię, hec^d anathema sit cum eo, qui in illius nuptias convenerit.

a) *Zahl fehlt K.*

b) *hoc K.*

c) *nupt(us) K.*

d) *hic K.*

XXXVIII.^a De sustentatione viduarum.

1. Ex^b concilio Cartaginensi IIII.

Viduę^c adolescentes, quę corpore debiles sunt, sumptu^d ecclesię, cuius viduę sunt, substententur.

- a) *der ganze Titel erst vor IV 38,3. M; Zahl fehlt K.*
- b) *Inskr. fehlt, als Rubrikatornotiz am Rand rtag. IIII K.*
- c) *idue KR.*
- d) *sumptum MK.*

2. Ex eodem.

Ad reatum episcopi pertinet vel presbiteri, qui parrochie^a preest, si sustendande vite presentis causa adulescentiores vidue vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiciantur.

a) parrchie *M.*

3.^a Ex^b concilio Cartaginensi IIII.^b

Videtur, quod stipendio ecclesie sustentantur, tam assidue in Dei opere esse debent, ut et meritis et orationibus suis ecclesiam adiuvent^c.

a) *davor Titel IV 38 M.*

b)-b) *De eodem KCR.*

c) *eher advivent MK.*

4. Ex eodem.

Si quę viduę, quamlibet adhuc^a in minoribus annis posite et immatura etate a viro relicte, se devoverint Deo et veste laicali abiecta^b sub testimonio episcopi et ecclesię religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transierint, sint a christianorum communione aliene, quę etiam nec in convivio cum christianis communicent.

a) haduc (h- *nachgetr.*) C.

b) obiecta K.

XXXVIII.^a De raptu religiosarum mulierum.

1. Ex novellis Iustiniani imperatoris.

Si quis rapuerit vel sollicitaverit vel corruperit ascistriam vel diaconissam vel monastriam vel aliam mulierem religiosam vitam vel habitum habentem, bona ipsius et eorum, qui huius sceleris communione contaminati sunt, religioso loco vendicentur, in quo talis mulier habitabat per religiosos episcopos et iconomos et presides provinciarum et officiales eorum. Ipse autem capitali periculo subiciatur. Mulier autem, ubique^b investigetur, et cum suis rebus monasterio cautiore tradatur. Sin autem diaconissa fuerit liberos habens legitimos, pars legitima liberis eius prestetur.

a) *Zahl fehlt K; XXXVIII. R.*

b) *ubicumque K.*

[XL.]^a De dote, que ꝑcclesiis vel monasteriis datur.

1. De^b VII. synodo^c. Cap.^d XVIII.^d

Porro de his, que filiis a parentibus^e dantur more dotis in monasteriis, vel si qua ex propriis rebus adquisita offeruntur profitentibus, his, qui ea offerunt Deo dicanda, diffinivimus^f, sive perseveraverint sive exierint, manere illa in monasterio secundum repromissionem ipsorum nisi fuerit culpa prelati.

a) ganze Titel fehlt im Titelverzeichnis und im Text M (Text nach K); nur Zahl fehlt KCR; Titelrubrik steht zwischen synodo und cap. der Inskr. IV 40,1 C.

b) D K.

c) folgt Titelrubrik IV 40 (s.o.) C.

d) korr. aus cap. XIII. M; fehlt KR.

e) korr. aus apparentibus C; apparentibus R.

f) diffinimus C.

[XLI.]^a De lapsu clericorum.

1. Calixtus papa.

Errant enim, qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, Domino non posse ministrare et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint et suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam traditas ecclesie claves dissipare et abigere videntur, de quibus dictum est: Quicumque solveritis in terra, erunt soluta et in celo. Alioquin hec sententia aut Domini non est aut vera non est. Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus testante Domino per prophetam: 'Numquid qui cadit, non adiciet, ut resurgat, et qui adversus^b est, non revertetur?' Et alibi: 'Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.' Et propheta David penitentiam agens dixit: 'Redde michi leticiam salutaris tui et spiritu principali confirma me.' Ipse namque post penitentiam et alios docuit et sacrificium Deo optulit dans exemplum doctoribus sancte ecclesie, si lapsi fuerint et condignam penitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim, quando dixit: 'Doceam^c iniquos vias tuas et impii ad te convertentur.' Et sacrificium pro se Deo optulit dum dicebat: 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus.' Videns enim propheta scelera^d sua mundata^e per penitentiam non dubitavit predicando et Domino^f libando^g curare aliena. Lacrimarum ergo effusio movetur animi passione, satisfactione autem impleta avertitur^h animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteriⁱ, quomodo sibi putat subveniri? Superhabundant ergo^j peccata, superhabundet et misericordia, quoniam apud Dominum misericordia est et copiosa apud eum redemptio. Penes Dominum enim omnium habundantia est, quia Dominus virtutum ipse est rex glorie^k. Sententiam igitur, fratres, que misericordiam vetat, non solum tenere, sed et audire refugite quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Consultis vestris breviter respondimus, quia oppressos nimis et aliis preoccupatos iudiciis littere nos invenere vestre^l.

a) ganze Titel fehlt M (Text nach K); Zahl fehlt K; XL CR.

b) aversus C.

c) Docebo C.

d) sedem R.

e) mandata R.

f) deo C.

g) liberando R.

h) avertatur K.

i) altera K.

j) korr. M.

k) folgt (am Rand) Non prohibendam esse misericordiam. M.

l) ure K.

2. Leo Rustico Narbonensi.

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbiterali honore aut in diaconii gradu fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo^a suo^a per manus impositionem remedium accipiant penitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione^b descendit secundum quod dictum est: 'Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo?' Unde huiusmodi lapsis^c ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda successio^d, ubi illis satisfactio si fuerit digna sit etiam fructuosa.

- a) suo aliquo *C.*
- b) traditione *M.*
- c) *fehlt K.*
- d) secessio *R.*

3. Innocentius Maximo et Severo episcopis per Britios.

Acclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri^a hanc a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosi^b viris^b et sciatur et custodienda esse dicatur. Nuper quidem Maximillianus filius noster agens in rebus huiusmodi qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat. Qui zelo fidei ac disciplinę ductus non patitur ꝥclesiam pollui ab indignis presbiteris, quos in presbiterio filios asserit procreasse. Quod non^c licere^d exponerem nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere noticiam^e. Et ideo, fratres Karissimi, libelli qui subiectus est tenore perfecto^f, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis^g in medio collocari discussisque obiectionibus, quę ipsis presbiteris^h inpinguntur, si convictiⁱ fuerint, a sacerdotali removeantur officio. Quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt.

- a) nescire *M*.
- b) viris religiosi^s *C*.
- c) nunc *C*.
- d) licent(er) *C*.
- e) prudentiam *K*.
- f) *korr. in* perspecto *C*.
- g) iubeatis *CR*.
- h) presbiteri *MK*.
- i) convicti *C*.

4. Gregorius^a Petro subdiacono Siciliae. In^b epistola XLI libro primo^b.

De lapsis sacerdotibus ac levitis vel quolibet ex clero observare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis, sed pauperrima regularia monasteria require, quae secundum Deum vivere sciunt, et in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos trade et res lapsorum in eo loco proficiant, in quo agere penitentiam traduntur^c, quatenus ipsi ex rebus illorum^d subsidium habeant, qui de correctione^e eorum solliciti sunt. Si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita autem^f ut eorum stipendium^g, qui in penitentia dantur, sufficienter debeant procurare^h. Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel levites vel monachi vel clerici vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in penitentiamⁱ volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri^j non subtrahi, ad usum tamen suum accipiant, unde ad penitendum subsistant, ne si nudentur locis, in quibus dati fuerint, onerosi sint. Si qui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradende sunt, ut in ipsis iuri^h ecclesiae conserventur.

a) *folgt* papa C.

b)-b) In epistola XLI. C; *fehlt* R.

c) traduntur R.

d) ipsorum C.

e) correptione CR.

f) tamen C.

g) stipendium C.

h) procurari M; procurari K.

i) penitentia C.

j) *eher* viri R.

k) *eher* viri R.

5. Idem^a Ianuario episcopo Caralitano^b. In^c epistola XXVI lib. IIII.

Pervenit^d ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos vel post penitentiam vel ante penitentiam ad ministerii sui officium^e revocari, quod omnino prohibemus et in hac re sacratissimi quoque canones^f contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium non accedat^g.

a) *fehlt KR.*

b) *carolitane R.*

c) *fehlt C.*

d) *folgt über d. Zeile etiam C.*

e) *officii MR.*

f) *canone M.*

g) *folgt ulterius C.*

6. Idem Andreę episcopo Tarentino. Epistola XLVIII libro III.

Tribunal iudicis ęterni securus aspiciet, quisquis reatus sui conscius digna eum modo pęnitentia placare contendit. Habuisse te siquidem concubinam manifesta veritate comperimus, de qua etiam contraria est quibusdam nata suspitio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuę conscientię eligimus committendum. Qua de re, si^a in sacro ordine constitutus eius te permixtione esse recolis maculatum sacerdotii honore deposito, ad administrandum nullo modo presumas accedere, securus in animę tuę periculo ministrare et Deo nostro te^b sine dubio reddere rationem, si huiusmodi sceleris conscius in eo quo es ordine celans veritatem, permanere volueris. Unde iterum adhortamur, ut, si te deceptum hostis antiqui calliditate cognoscis, competenti eum dum licet pęnitentia superare festines, ne cum eo particeps^c, quod non optamus, in die iudicii deputeris. Si vero huius reatus tibi conscius non es, in^d eo^d te necesse est, quo es ordine permanere. Preterea quoniam^e mulierem de matriculis¹ contra ordinem sacerdotii cedi crudeliter fustibus deputasti, quam licet post octo menses exinde minime arbitremur fuisse defunctam, tamen quia ordinis tui habere noluisti respectum, propterea duobus te mensibus ab administratione missarum statuimus abstinere, in quibus ab offitio tuo suspensum flere te convenit, quod fecisti. Nam valde dignum est, ut, postquam te ad vitę istius tranquillam^f rectitudinem^f laudabilium sacerdotum exempla non provocant^g, saltem correctionis^h medicina compellat.

a) *folgt erst nach* constitutus C.

b) *fehlt* K.

c) *participes* MK; *partieeps (!)* C.

d) *in in* eo M; *in meo* K.

e) *quia* K.

f) *tranquilla rectitudine* MK.

g) *provocant* M.

h) *correptionis* CR.

1) *zur Erklärung dieses Wortes s. Jrg. Rg. I,200 A 2 (zu Rg. III,44): = Liste d. von der Kirche unterstützten Witwen, Waisen, Armen etc.*

7. Idem Venantio Lunensi^a episcopo. In^b epistola V libri V.

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino expresbitero est perlatum. Pervenit namque, ad nos, quia postquam pro^c crimine lapsus sui sacerdotii^d ordine est deiectus, ad explendum presbiterii ministerium presumpsit accedere et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra reppererit, eum^e sacri corporis et sanguinis dominici participatione privatum in penitentiam redigat, ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat et viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum talem penitentiam agere fraternitas tua cognoverit, ut ei^f iuste^f ad recipiendam communionem inter laicos et ante exitum debeat misereri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestate.

- a) lunensio *R.*
- b) *fehlt C.*
- c) per *R.*
- d) sacerdoti(*Rasur von 1 Buchst*)i *M.*
- e) *eher* cum *M.*
- f) ei⁹te *C.*

8. Idem supradicto episcopo. In^a epistola XVI lib. V.

Preterea ad fraternitatis^b consulta respondentes statuimus diaconem et abbatem, quem de Portu-Veneris indicas cecidisse, ad sacrum ordinem non debere vel posse aliquo modo revocari. Quem quidem sacro ordine privatum in penitentia deputare te convenit. Cuius si postea actus conversatioque meruerit^c, priorem inter alios monachos, ubi tu tamen decreveris, standi locum obtineat. Subdiaconi^d quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo inrevocabiliter depositi inter laicos communionem accipiant. In Portu autem Veneris loco lapsi diaconi alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero expresbiterum^e, ut numquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere, scriptis cavere decrevimus, sed eum^f in insula Gorgona atque Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere et in eo quidem statu sine cuiusquam adversitate manere permittimus. Fraternitas ergo tua de commisso sibi vigilantia cura custodiat, a malis actibus sua ut valet predicatione corripiat, quatenus et officii sui inveniatur sicut decet implere propositum et Deum sibi retributorem suę faciat actionis existere. Nos vero omnino videre vos cupimus atque in Deum de vestra presentia et salute gaudere. Vestem vero eius, quę baptizandi est, direximus atque ut nobis talia scribatis, semper optamus. Codicem vero regulę pastoralis domno^g Columbo presbitero transmittendum per harum^h portitoresⁱ dirigimus, quem vos nolite^j detinere^j, nam alium sub celeritate usui vestro transmittemus.

a) *fehlt CR.*

b) *über 2. -a- überschüssiges Kürzel M.*

c) *meruit C.*

d) *Subdiaconis K.*

e) *presbiterum K.*

f) *cum M.*

g) *domino C.*

h) *folgt litterarum CR.*

i) *portitorem C.*

j) *detinere nolite C.*

9. Idem^a Constantio^b episcopo Mediolanensi^c. In^d epistola XVII^e lib. V.

Si^f lapsis ad^g suum ordinem revertendi licentia conceditur, vigor canonicę proculdubio frangitur disciplinę dum per eversiones^h prave actionis desideria quisque concipere non formidat.

- a) Isdem *R.*
- b) constantino *C.*
- c) mediolasensi *R.*
- d) *fehlt CR.*
- e) VII. *C.*
- f) Di *R.*
- g) iad *K.*
- h) eversionis *K.*

10. Eiusdem^a Sabiniano^b episcopo. In^c epistola XXIII lib. VIII.

Presbiterum nulla^d ratione^d in sacro ordine post lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscas.

- a) *Inskr. steht erst vor IV 41,11. C.*
- b) *sabinian R.*
- c) *fehlt CR.*
- d) *folgt erst nach cognoscas C.*

11. Domino^a sancto meritisque beato Masono episcopo Ysidorus episcopus.

Veniente ad nos famulo vestro viro religioso Nicetio^b litteras honorificentię vestre nobis detulit^c, in quibus agnitio salutis vestre^d nichilominus perpatuit maxime per eum portitorem, cuius lingua vivens epistola erat. Unde pro salute vestra gratiarum actionibus Deo nostro repensis, in quantum valuit mediocritas nostra, vice inquisitionis studuimus poscentes meritorum suffragiis divinis nos commendare conspectibus. Verum^e quod consequentibus in epistolis venerabilis^f fraternitas tua innotuit. Nulla est in huiusmodi sententiis decretorum diversitas intelligenda, quod alibi legitur in canone Anciritano cap. XVIII.^g: 'Post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post penitentiam.' Alibi vero legitur post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hęc enim diversitas hoc modo distinguitur: Illos enim^h ad pristinos officii gradus redire canon precipit, quos penitentię precesserit satisfactio vel digna peccatorum confessio. At contra hii, qui neque a vitio corruptionis emendantur atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est utraque dirimenda sententia, utⁱ necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per^j penitentiam reconciliationem merentur^j divine pietatis. Hii nec^k inmerito consecuntur ad apte dignitatis statum, qui per emendationem penitentię recepisse noscuntur vitę remedium. Id enim, ne forte magis ambiguum sit, divine auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel enim propheta sub typo prevaricatricis Hierusalem ostendit post penitentię satisfactionem pristinum restaurare honorem. 'Confundere, inquit, o Iuda et porta ignominiam tuam.' Et post paululum: 'Et tu et filiae tuę revertimini ad antiquitatem vestram.' Quod dixit confundere, ostendit post confusionem, id est peccati opus debere quemquam^l erubescere et admissis sceleribus verecundam frontem humo prostratam demergere pro eo, quod dignum confusione perpetraverit opus. Deinde precepit, ut post ignominiam, id^m est^m deiectionem nominis sive dignitatis, revertatur ad antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confusionis suę confunditur atque ignominiam portat et depositionem suam luget, cum humilitate revocari secundum prophetam ad priorem statum poterit. Item Iohannes evangelistaⁿ Angelo Ephesi ecclesię inter cetera similia quędam scribit: 'Memor esto, unde cecideris et age penitentiam et prima opera fac', ut non moveatur candelabrum^o. Nam candelabrum doctrina sacerdotalis vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur iuxta quod scriptum est apud Samuhelem in damnatione^p Heli. Oculi eius caligaverunt^q nec poterat videre lucernam^r Dei antequam^s extingueretur. Lucerna quippe Dei fuit^t, quando dignitate sacerdotali pollens iusticie claritate fulgebat. Extinctam propheta^u asserit, dum ob scelus filiorum sacerdotii potestatem meritorumque amisit^v. Candelabrum ergo sive^w lucerna sacerdotis, quę intelligitur^x Karisma^y honoris^z, tunc penitus iuxta Iohannem extinguitur vel movetur, quando post delicti casum neglecta penitentia admissa scelera non delentur. Non enim dixit: Pro eo, quod cecidisti, commovebo candelabrum tuum, sed nisi penitentiam egeris, movebo candelabrum tuum. Ergo quemquam prepositum peccantem, si^a pervenerit^b, penitentia delicti utique sequitur et reparatio meriti. Et in proverbiiis: 'Qui abscondit scelera sua, non dirigitur. Qui vero confessus fuerit et dereliquerit ea, misericordiam consequetur.' Nam et ipse^c, quod canonum censura post VII annos remeare penitentem in statum pristinum^d precipit, non hoc ex lectione^e proprii arbitrii sancti patres, sed potius ex sententia divini iudicii sanxerunt. Nam legitur, quod Maria soror Moysi prophetissa, dum obrectationis adversus Moysen incurrisset delictum, ilico lepra percussa est. Cumque peteret iterum Moyses, ut emundaretur, precepit eam Deus extra castra VII diebus egredi et post emundationem rursus eam in castris admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis. Quae dum superbie dedita sordidissimis corruptionum contagiis maculatur, extra castra VII diebus, id est extra collegium sanctę ecclesię VII annis, proicitur, quibus post emundationem vitiorum loci sive pristinę^f dignitatis^f recipit meritum. Ecce in quantum valui concilii Anciritani antiquam plane et plenam auctoritate sententiam sacris testimoniis explanavi ostendens eum posse restaurare in proprio ordine, qui per penitentię satisfactionem novit^g propria delicta flere. Qui vero nec luget, quę gessit, sed lugenda sine ullo^h pudore religionis vel timore divini iudicii committit, eum nullomodo posse ad pristinum

gradum restaurariⁱ. In fine autem huius epistole hoc adiciendum putavi, ut quotienscumque in gestis conciliorum discors sententia inveniturⁱ, illius concilii magis teneatur sententia^j, cuius antiquior aut potior extat auctoritas.

- a) *davor rubrizierte Inskr. von IV 41,10, Inskr. von 41,11 mit normaler Tinte C.*
- b) *nicerio C.*
- c) *-l- korr. M.*
- d) *folgt nobis detulit K.*
- e) *Absatz und Initiale C.*
- f) *fehlt K.*
- g) *VIII. M.*
- h) *über d. Zeile M.*
- i) *ubi C.*
- j)-j) *merentur reconciliationem per penitentiam C.*
- k) *-c über d. Zeile nachgetragen (von späterer Hand?) M.*
- l) *quamquam (?) M.*
- m) *cidē K.*
- n) *e- korr. M.*
- o) *folgt (nachgetragen?) tuum M.*
- p) *dampnationem K; korr. aus dampnationem R.*
- q) *caligaverant C.*
- r) *lucerna R.*
- s) *ante q(uia) M.*
- t) *fuerat K; fuerit R.*
- u) *prophetam M; propheciam R.*
- v) *amisi K.*
- w) *sine R.*
- x) *-tur über d. Zeile nachgetragen M; intelligi CR.*
- y) *crisma C.*
- z) *folgt potest CR.*
- a') *s(ed) R.*
- b') *prevenerit R.*
- c') *scheint getilgt M.*
- d') *folgt nochmals pristinum K.*
- e') *electione CR.*
- f) *dignitatis pristinae C.*
- g') *davor durchgestr. novit M.*
- h') *ulla M.*
- i') *revocari C.*
- j')-j') *fehlt K.*

12.

Quicumque dignitatem divini gradus non custodiunt, contenti fiant animam salvare. Reverti enim in eum gradum, in quo antea^a fuerant, difficile est.

a) ante *C*.

13.

Inter cetera, quę de ordine sanctarum^a ecclesiarum sancita^b sunt, sancta Yberniensis^c synodus, cui prefuit Leo sanctę Romanę ecclesię episcopus tempore Caroli regis Francorum cum Theoderico Anglorum et Yberniensium archiepiscopo multisque aliis illarum regionum episcopis, de lapsu sacerdotum sic ait: Sed et hoc in omni^d penitentia^d non solum laicali sed etiam sacerdotali sollerter est^e intuendum^e, quanto quis tempore in delictis remaneat, qua eruditione imbutus, quali impugnatus^f passione vel etate, quali etiam compulsus est peccare^g gravitate aut necessitate. Omnipotens etenim Deus, qui corda omnium novit diversisque gentibus, quas creavit, diversas naturas indidit, non equali lance penitudinis pondera peccaminum pensabit ut est illud propheticum: 'Non enim in seris^h triturbabitur gith neque rota plaustrum super ciminum circuiet, sed virga excucietur gith, et ciminum in baculo, panis comminuetur.' Ac proinde considerata humanę fragilitatis infirmitate sacerdos si suggerente diabolo in fornicationem ceciditⁱ et Deo miserante ad penitentię remedia confugit^j, IIII^{or} k annis in hunc modum expiabitur: In primis XL diebus et noctibus se purificet tuto loco remotus in solo pane et aqua. Quibus exactis primo anno sequitur^l similiter, in pane et aqua luat exceptis dominicis diebus et paschalibus atque precipuis festis, in quibus vino et omnibus pulmentis uti poterit excepta^m sola carne. Ceteris vero diebus solo pane et aqua sitⁿ contentusⁿ, tamen considerata personę qualitate in his etiam feriis indulgeatur ei de modico vino, legumine, lacte, pomis, pisciculis et oleribus sicut confessori suo visum fuerit. Decurso^o igitur^p primo anno statim sacrosancti corporis et sanguinis^q particeps fiat, psalmos cum fratribus in choro ultimus canat et^r ad pacem veniat, minora gerat officia. Secundo anno tres legitimas ferias in unaquaque ebdomada expleat in pane et aqua. Expletis duobus annis, si iuxta prefixos gradus perpenituit^s, episcopus eum in suum gradum revocare poterit.

- a) scarum R.
- b) sanctita K.
- c) yberniensi M.
- d) omnipotentia M (Text nach K).
- e) intuendum est C.
- f) impugnatur KR.
- g) am Rand C.
- h) inserris C.
- i) ceciderit CR.
- j) confug(er)it C.
- k) folgt modis K.
- l) fehlt C.
- m) exceptis K.
- n) sit contemptus MR; contentus sit C.
- o) Decurs M.
- p) ig M.
- q) folgt Christi K.
- r) fehlt C.
- s) penituit CR.

14.

Item presbiter, si fornicationem fecerit, quamquam^a secundum apostolorum canones deponi debeat, tamen iuxta auctoritatem beati Silvestri pape si in vitio non perduraverit, sed sua sponte confessus, adiecit, ut resurgeret, X annis in hunc modum peniteat: Tribus siquidem mensibus privato loco a ceteris remotus solo pane et aqua a vespera in vesperam utatur. Diebus autem dominicis et precipuis festis modico vino et pisciculis atque^b leguminibus recreetur sine carne, sagimine^c, ovis et caseo. Sacco indutus humi adhereat, die et nocte iugiter omnipotentis Dei misericordiam impleret. Finitis tribus continuis mensibus exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis ni eo scandalum patiat. Nec etiam debet sacerdos publice penitere sicut laicus. Postea aliquantisper^d resumtis viribus unum annum et dimidium in pane et aqua expleat exceptis dominicis diebus et precipuis^e festis, in quibus vino, sagimine, ovis et^f caseo iuxta canonicam mensuram uti poterit. Finito primo anno^g et dimidio corporis et sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiatet ad pacem veniat, psalmos cum fratribus in choro ultimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem minora gerat offitia. Deinde vero usque ad expletionem septimi anni omni quidem tempore exceptis paschalibus diebus tres legitimas ferias in unaquaque^h ebdomada in pane et aqua ieiunet. Expleto septimi anni circulo si sui confratres, apud quos penituit, eius condignam penitentiam conlaudaverint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti pape auctoritatem eum revocare poteritⁱ. Sane sciendum, quia secundam^j feriam unum psalterium canendo aut^k unum^k denarium pauperibus dando, si operarius est, redimere poterit. Finitis^l VII annis deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam nulla interveniente redemptione^m observet in pane et aqua. Eadem quoque penitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis et criminibus, que eum in depositionem adducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum digne, ut supradictum est, penitens ad pristinos redeat honores.

a) quaquam *MR*.

b) at *K*.

c) sanguine *K*.

d) paulisper *K*.

e) precipi⁹ *R*.

f) *folgt c (?) K*.

g) *fehlt M*.

h) unamquaque *M*.

i) potuerit *MR*.

j) *scda K*.

k) aurium *M*.

l) *folgt autem C*.

m) redemptione(m) *M*.

15. Ex concilio Tolletano^a IIII.^b

Quidam clerici legitimum non habentes coniugium mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi coniugia appetunt. Ideoque quęcumque clericis taliter coniuncte^c sunt, ab æpiscopo auferantur et venudentur. Illis pro tempore legatis ad penitentiam, quos sua libidine infecerunt.

- a) toll. *M.*
- b) *fehlt MK.*
- c) convicte *C.*

16. Ex concilio^a eodem VIII.^b

Quam multę super incontinentiam ordinis clericorum usque hactenus ipsorum formam quiverit correctio morum usque adeo sententiam^c iudicantium pro texere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio^d in auctoribus scelerum, verum et in progenie dampnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancille vel ex ingenuę detestando conubio in honore constituti filios procreaverint^e, illi quidem, ex quibus geniti, probabuntur^f, canonica censura damnentur. Proles autem tali nati^g pollutione non solum parentum hereditatem nusquam accipiant, sed^h etiam in servitatem eius ecclesię, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia natiⁱ sunt, iure perhenni manebunt.

a) *fehlt MK (als Rubrikatornotiz vorhanden K).*

b) *fehlt MKC.*

c) *sententia M.*

d) *folgt culparum K.*

e) *procreaverint C.*

f) *probantur M.*

g) *korr. in nate C.*

h) *soli K.*

i) *korr. in nate C.*

17. Ex concilio Neocesariensi^a.

Qui admiserit corporale peccatum et hic postea presbiter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis officiis propter eius studii^b utilitatem. Nam^c cetera peccata censuerunt^d plurimi^e ordinatione privari. Quodsi^f de his non fuerit confessus nec ab aliquo poterit manifeste convinci, huic^g ipsi de se potestas est permittenda.

- a) Cesariensi *M*.
- b) studui *M*.
- c) *folgt* propter *CR*.
- d) censuerint *R*.
- e) plurime *MK*.
- f) Qf si *M*; Qui si *K*.
- g) hui *M*.

18. Ex^a eodem^a.

Similiter et diaconus, si in eodem culpe genere fuerit involutus, est^b a ministerio cohibendus.

a) *fehlt hier, steht vor IV 41,19. C.*

b) *fehlt C.*

19. Celestinus^a papa^a.

Si quis sacerdos cum filia spiritali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse. Iccirco femina, si laica est, omnia derelinquat et totas^b res suas pauperibus tradat et conversa in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Sacerdos autem, quia malum exemplum dedit, ab omni officio deponatur et peregrinando XV annos peniteat. Postea vero ad monasterium vadat.

a) *fehlt M (Inskr. von IV 41,18 für Inskr. dieses Kap. angesehen); davor Ex eodem C.*

b) *tota C.*

20. Idem.

Non debet episcopus aut presbiter aut diaconus commisceri mulieribus, quę ei sua fuerint confessę peccata. Si forte, quod absit, hoc contigerit, sic peniteat quomodo de filia spiritualia, episcopus XV annos, presbiter XII, diaconus X, et deponatur, si tamen in conscientia populi devenerit.

21. Innocentius papa Victorio episcopo. Cap. VIII.

Si sacerdos aut levita contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare forsitan usurpabit aut qua conscientia, quove merito exaudire^a se posse credit, cum dictum sit: 'Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum?' Sed fortasse licere hoc^b credit, quia scriptum est: 'Unius uxoris virum.' Non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque integros corpore non admisit, qui ait: 'Vellem autem eos omnes sic esse sicut et ego.' Et apertius declarat dicens: 'Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.'

a) exaudiri *K*.

b) -o- *korr.* (?) *M*.

22. Hylarus^a papa^a.

Reatu^b maiore delinquent, qui potiore honore fruuntur, et graviora facit vitia peccatorum
sublimitas dignitatum.

a) *fehlt K.*

b) *eatu, am Rand R (von späterer Hand?) K.*

[XLII.]^a De inobediētib^b et canonum^b violatoribus.

1. Damasus.

Violatores canonum voluntarii graviter a sanctis patribus iudicantur et a spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati^c sunt, dampnantur, quoniam blasphemare^d spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter ut prefixum est aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam ut iam prelibatum est contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti canones sunt editi.

a) ganze Titelrubrik fehlt M (Text nach Titelverzeichnis M); nur Zahl fehlt K; XLI. CR.

b) canoñ C; canone R.

c) ditati C.

d) folgt in K.

2. Adrianus papa.

Generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat et velud prevaricator fidei catholicę semper apud Deum reus existat, quicumque regum seu episcoporum vel potentum deinceps Romanorum pontificum decretorum censuram, in quocumque crediderit, vel^a violandum^b permiserit^c.

a) *erst hinter violandum C.*

b) *überschüssiges Kürzel über -u- (gestr.?) M; korr. in violandam C.*

c) *promiserit K.*

3. Gregorius.

Hęc consona sanctis patribus diffinitione sancimus, ut qui sacris nescit obēdire canonibus nec sacris amministrare vel communionem^a capere sit dignus^b altaribus.

a) *communione M.*

b) *dignis M.*

4. Clemens^a papa Iacobo Hierusolimorum^b episcopo^b.

Si^c quis hec precepta non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum domini nostri Iesu Christi.

a) Clemens *MR*.

b) episcopo ierosol(imorum) *K*.

c) *i M*.

5. Anacletus papa^a omnibus episcopis et sacerdotibus.

Si^b quis hæc precepta non observaverit, hostis est animę suę et non tantum infamis, sed excommunicatus atque alienus ab ecclesia efficiatur, quia necesse est ea vitia ferro abscidere, quę medicaminibus^c non sanantur.

a) *fehlt C.*

b) *i M.*

c) *medicabiminibus C.*

6. Leo papa Ianuario episcopo Aquileiensi.

Non^a dubitet dilectio tua nos si, quod^b non arbitramur, neglecta fuerint, quę pro custodia canonum et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos, quia inferiorum ordinum culpę ad nullos magis referende sunt quam ad desides neglegentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.

- a) on *M*.
- b) qd *K*.

7. Symachus papa in V synodo.

Si^a quis hæc, quę hodie in hac^b sancta synodo prohibita sunt, infringere presumpserit aut voluntarię transgredi temptaverit, si clericus est, gradu proprio penitus careat, si vero monachus aut laicus fuerit, communionē privetur. Et si non emendaverit vitium, anathemate feriatur.

a) i *M.*

b) *fehlt M.*

8. Adrianus papa Engilcano^a episcopo.

Quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis predampnari. Laici contemptores canonum excommunicentur, clerici vero honore priventur.

a) Englicano C.

Incipit liber^a V.^a

I.^b De accusatione et circumstantiis eius^c.

1. Clemens Iacobo domino et episcopo episcoporum, regenti Hebreorum sanctam ecclesiam Ierusalimis, sed et omnes ecclesias, quę ubique Dei providentia fundatę sunt, cum presbiteris et diaconibus et ceteris omnibus fratribus, pax tibi sit semper.

Notum tibi facio, domine, quia Symon Petrus, qui vere fidei merito et integre predicationis obtentu fundamentum esse^d ecclesię^d diffinitus est, qua de causa etiam ore dominico cognominatus est Petrus, hic inquam homicidas et adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, et qui eis coequales non erant, ab episcoporum vexatione et accusatione docente Domino prohibebat et non nisi a coequalibus aliquid sibi inferre^e debere docebat, quia discipulus super magistrum esse aut ullam ei iniuriam inferre nullatenus debere oportet. Infames namque omnes et quos primates^f et leges seculi non suscipiunt, sed et laicos ab eorum accusatione et vexatione semper repellere^g debere rogabat et cunctos sibi subditos esse precipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem sanctioremque ac discretam a secularibus et laicis hominibus esse et spirituales atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere et fore debere docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur et iudicemur vel ab humano die. Maiores vero a minoribus nec accusari vel iudicari nullatenus posse dicebat, quoniam non^h solum^h hoc^h divinas, sed et leges seculi inhibere docebat.

- a) V. liber *KR*.
- b) *Zahl fehlt MK*.
- c) *fehlt KR*.
- d) ecclesię esse *C*.
- e) inferri *CR*.
- f) private *CR*.
- g) reppelli *CR*.
- h) hoc non solum *K*.

2. Idem^a.

Ipsi autem episcopi, si exorbitaverint, ab istis^b non sunt reprehendendi vel arguendi, sed portandi, nisi in fide erraverint. Hi ergo super^c hos^c sunt, non^d illi^d super istos, quoniam maior a minore non argui nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac^e magistros suos, quia discipulus supra magistrum esse nec debet nec potest. Nullus velit dici^f sanctus, antequam sit, sed prius sit, quo verius dicatur. Precepta Domini doctorumque ac magistrorum factis cotidie adimplere et in Christi nomine pro inimicis orare oportet.

- a) *fehlt MK.*
- b) *isti K.*
- c) *superbos M.*
- d) *nonnulli M*
- e) *et C.*
- f) *dicit R.*

3. Anacletus urbis Romę episcopus omnibus episcopis.

Accusandi vel testificandi licentia denegetur his, qui christianę religionis et nominis dignitatem et suę legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suę eiusque violatores apostate nominantur. Omnis autem apostata refutandus est, non in accusatione recte agentium suscipiendus.

4.^a Idem cap.^b XXXV.^c

Accusatores esse et testes non possunt, et qui^d hesternum^e diem^e aut nudiustercius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne lesi ulcisci se cupiant. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus querendus est et non suspectus.

- a) ganze Inskr. fehlt K.
- b) fehlt MR.
- c) fehlt R.
- d) folgt ante C.
- e) hesterno die K.

5. Anacletus urbis Romę episcopus omnibus episcopis.

Si quis adversus pastores vel ꝛcclesias eorum commotus fuerit aut causas habuerit, prius ad^a eos^a recurrat^a karitatis studio, ut familiari colloquio^b commoniti ea sanent, quę sananda sunt, caritative emendent, quę iuste emendanda sunt^c, agnoverint. Si autem aliqui eos^d, priusquam hęc egerint, lacerare, accusare aut infestare presumpserint, excommunicentur et minime absolvantur, antequam per satisfactionem condignam egerint pęnitentiam, quoniam iniuria eorum pertinet, cuius legatione funguntur.

a) recurrat ad eos *K*.

b) colloquia *M*; *korr. aus* colloquia *K*.

c) esse *CR*.

d) *folgt* qui *MC*.

6. Evaristus urbis Romę episcopus omnibus per Egyptum^a Domino conglutinatis fratribus in Domino salutem.

Non est a plebe aut a^b vulgaribus hominibus arguendus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita rectorum. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum et sagaci sollicitudine^c unumquemque probare, iuxta testimonium Domini ad Ieremiam^d dicentis: `Probatores, inquit, dedi te populo meo robustum, ut scias^e et probes eorum viam. Ideo ista dico quia insidiator^f bona sepiissime solet convertere in malum et in electis ponit^f maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum non oportet eos a iudicibus ęcclesię audiri, antequam eorum discutiatur estimationis suspitio^g vel oppinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia quove merito, si pro Deo aut pro vana gloria aut inimicitia vel hodie aut cupiditate ista sumpserit^h necne. Hęc omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui prepositos suos perverse reprehendunt, velⁱ siⁱ parum ipsi molesti extiterint. Iccirco recto oculo primates ęcclesiarum utiliter providere debent, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententię Domini, que ait: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur^j in profundum maris, et^k reliqua^k.

- a) Egyptium *M*.
- b) *fehlt C*.
- c) sollicitudinem *M*.
- d) hib(er)e mi(sericordi)am *MK*.
- e) sciat *M*.
- f)-f) *fehlt CR*.
- g) estimatio *K*.
- h) presumpserint *C*; sumpserint *R*.
- i) si vel *CR*.
- j) dimergatur *K*.
- k) *fehlt K*.

7. Omnibus in Deo patre et domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus in caritate domini nostri Iesu Christi Sixtus Romanę urbis archiepiscopus salutem.

De cetero placuit propter malorum hominum infestationem, ut^a in accusatione^b ministrorum Domini^c primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium enucleatim perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis precedere debet, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino esse^d credendum, qui veritatis fidem ignorant nec recte conversationis vitam ducunt, quoniam tales facile et indifferenter lacerant et criminantur recte et pię viventes. Ideo suspitio^e eorum discutienda est prius et corrigenda neque accusatoribus suspectis vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendum.

a) *fehlt K.*

b) *accusationem C; korr. (?) R.*

c) *d(e)i K.*

d) *fehlt K.*

e) *suspitio C.*

8. Clarissimis fratribus et dilectissimis episcopis Telesphorus^a Romanę^b urbis^b archiepiscopus salutem in Domino.

Credimus sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam hanc tenere et hanc populis universis exponere, quę videlicet a constitutis apostolorum eorumque successorum nulla ratione dissentit, per quos iustum est ceteros erudire. Quapropter cognoscite a nobis et cunctis episcopis in hanc sanctam et apostolicam sedem congregatis statutum esse, ut VII ebdomadas plenas ante sanctum pascha omnes clerici in sorte Domini vocati a carne ieiunent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, et^c in ieiunio ita^c debet fieri discretio. Et sicut laico et seculares homines nolunt eos recipere in accusationibus^d et infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in^d pulsationibus suis, quoniam in omnibus discreta debet^e esse et segregata vita et conversatio clericorum ac secularium laicorum. Et sicut hii amplius sunt applicati divinis cultibus et familiares dicuntur domini salvatoris, ita moribus et conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Ipsi enim, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus obędiendi et timendi et non dilacerandi sunt aut detrahendi, quia quibus se Domini populus benedici et salvari et instrui cupit, nullatenus debet^f eos^f arguere nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est et corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullo modo igitur Domini pontifices et reliqui sacerdotes, quibus Domini commisa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari^g. Unde iustum est omnes in universo orbe doctores legis ea, quę legis sunt, sapere et non sacerdotes Domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius se ipsos maculant et vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem, qua constituuntur, qui sacerdotes accusat vel damnare cupit. A quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, rei sunt. Accusatores vero et accusationes, quas leges seculi non admittunt, et nos^h submovemus et accusatori omni non credi discernimusⁱ, qui absente adversario causam suggestit ante utriusque partis iustam discussionem. Nec hii, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem, et omnes qui contra patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi aut^j insidiandi^j. Hii vero^k cum inimicis morantur aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum emulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri et nos cum eis contra persecutores nostros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta et vos sanciores et securiores famulari mereamini vestro salvatori. De talibus enim insidiatoribus et accusatoribus servorum suorum loquitur^l Dominus per prophetam dicens^m: Os tuum misisti ad malitiam et lingua tua concinabat dolos.

- a) Talesphorus *M*.
- b) urbis rome *C*.
- c)-c) ita et in ieiunio *C*.
- d)-d) *fehlt K*.
- e) *folgt* semper *KR*.
- f) eos debet *K*.
- g) infestari *R*.
- h) *folgt* eas *C*.
- i) discernimus *C*.
- j) *fehlt M*.
- k) *folgt* qui *CR*.
- l) *fehlt M*.
- m) *fehlt M*.

9. Omnibus ecclesiis in eadem, qua sumus, fide manentibus Pius apostolice sedis archiepiscopus.

Oves suum pastorem non reprehendant. Plebs vero episcopum non accuset nec vulgus eum arguat, quia non est discipulus super magistrum neque servus super dominum suum. Episcopi autem a Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit, non a subditis aut prave vite hominibus arguendi vel accusandi aut lacerandi, ipso Domino exemplum^a dante, quando per seipsum et non per alium vendentes sacerdotes eiecit de templo. Et sicut alibi per prophetam loquitur dicens: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos^b diiudicat. Si quis vero^c suo proposito retrorsum exorbitaverit et iussa apostolice sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem et conversatio primum scrutanda est et denuo, qui inreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi non prius.

a) exemplo *M.*

b) deus *M.*

c) *folgt nachgetr. a C.*

10. Eleutherius episcopus episcopis omnibus.

Nichil contra quemlibet accusatum absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus, sed quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum permansit.

11. Idem episcopus universis ecclesiis per Gallie provincias Domino militantibus in Domino^a salutem.

De accusationibus clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes^b eorum^b accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum iudicia huc deferantur et huius sancte sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii^c aut preponantur aut ordinentur, antequam hic eorum in^d ista^d terminentur^e. De accusationibus comprovincialium^f ita legitur esse statutum: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerat rationes, nec estimet eum alibi aut longius ad iudicium pertrahendum. Illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam iudices ecclesie, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, quippe et causam in synodo pro facto dabunt. Proditoris vero nec calumpnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere quam ille, quam^g iniuriam eius queque^h sustinuit nequitiamⁱ. Oppressis namque ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Hec omnia summopere sunt attendenda nec criminatio minorum quanto magis episcoporum facile est recipienda, dicente Domino: 'Non sequeris turbas ad faciendum malum.'

- a) Christo *CR*.
- b) *korr. in eorum omnes C*.
- c) *korr. aus aliis M; aliis K*.
- d) iuste *C*.
- e) *folgt negotia C*.
- f) *cumprovincialium MR*.
- g) qui *CR*.
- h) *nequiciamque CR*.
- i) *fehlt hier CR*.

12. Zephirinus Romanę urbis archiepiscopus omnibus episcopis.

Summorum quispiam minorum accusationibus non impetatur aut dispereat^a neque in re dubia certa^b iudicetur sententia nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo iudicetur, quia et^c divinę et humanę hoc prohibent leges.

- a) *korr. in* respondeat C.
- b) certe C.
- c) *fehlt* K.

13. Calixtus papa dilectis episcopis per Galliam constitutis.

Rimande sunt accusatorum enucleatim personę, qui^a sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur, quia per scripturam nullus accusari potest, sed propria voce et presente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Nec absente eo, quem^b accusare^c voluerit, quicumque accusat, credatur. Similiter testes per quamcumque^d testimonium non proferant, sed presentes ex his, quę viderint et noverint, veraciter testimonium^e dicant. Nec^f de aliis causis vel negotiis testimonium dicant^f nisi de his, quę sub presentia eorum adesse noscuntur. Accusatores vero consanguinei mei adversus extraneos testimonium non dicant nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint et invicem consenserint, inter parentes tantummodo testificentur et non in alienos. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis et familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis et timor atque avaritia plerumque sensus habent^g humanos et pervertunt oppiniones, ut questum pietatem putent et peccuniam quasi mercedem prudentiæ.

- a) que C.
- b) que M.
- c) accurare M.
- d) quacumque K; *folgt* scripturam C.
- e) *fehlt* M.
- f)-f) *fehlt* K.
- g) hebetant C.

14. Pontianus sanctę et universalis ecclesię episcopis^a omnibus^a rite Deum colentibus et divinum cultum amantibus salutem.

Suspectos aut inimicos aut facile litigantes et eos, qui non sunt bonę conversationis, aut quorum vita est accusabilis et qui recta^b non tenent et docent fidem, accusatores esse et antecessores nostri apostoli reppulerunt auctoritate et nos submovemus atque temporibus futuris excludimus, ne libenter labi possint, quos nos tenere et salvare debemus, ne quod absit predictum Dei iudicium notandum super utrosque veniat et vos eorum vitio, quod Deus avertat, pereatis.

a) omnibus episcopis *M*.

b) rectam *CR*.

15. Dilectissimis ubique catholicę ecclēsię comministris Fabianus salutem in Domino.

Omnes, qui rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati et a sinu sanctę matris ecclēsię apostolico mucrone usque ad rectam conversationem et reversionem eorum abscisi. Unde apostolica auctoritate cum omnibus eiusdem apostolicę atque universalis ecclēsię filiis statuente sancimus, ut omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusationem^a recte credentium non suscipiantur, quia suspecti omnes semper sunt amovendi et non recipiendi. Merito ergo eorum reprobatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta tam preteritis quamque futuris temporibus anathematizant^b, submovemus et ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo debent semper esse fideles ab infidelibus et iusti ab iniustis, quoniam infideles et malivoli^c modis, quibus possunt, semper infestant fideles et perdere nituntur, et ideo non sunt suscipiendi, sed suspendendi et procul abiciendi, ne perdere fideles aut infamare possint.

a) accusatione *M*.

b) anathematizant *CR*.

c) malivola *M*.

16. Fabianus episcopus urbis Romę omnibus orientalibus episcopis et cunctis fidelibus in Domino salutem.

Ipsi apostoli et successores eorum olim statuerunt eos ad accusationem non recipi, qui sunt suspecti vel qui heri aut^a nudiustercius vel^b dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, et qui non sunt bonę conversationis vel quorum vita est accusabilis aut dubius^c in recta fide. Similiter quorum fides et vita et libertas nescitur et qui infamię^d maculis sunt notati aut sceleribus irretiti. Neque eos sacerdotes debere aut posse accusare, qui rite sacerdotes^e fieri non possunt nec sui sunt ordinis, quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a secularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione; et sicut illi ab istis, ita et isti ab illis non recipiantur, quoniam sicut domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione^f, ita et litigatio, quia servum Dei non oportet litigare. Tales, karissimi fratres, accusationes et iniustas aut nocivas emulationes pro viribus prohibete, quia contentio summopere et vitanda, cavete.

- a) vel *CR*.
- b) aut *CR*.
- c) dubia *KC*.
- d) infamę *M*.
- e) *fehlt R*.
- f) conversationibus *C*.

17. Dilectissimo^a fratri Hylario episcopo Fabianus.

Statuentes decernimus, ut hii, qui non sunt bonę conversationis aut quorum fides vita et libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare nec viles^b personę ad accusationem eorum admittantur. Similiter hii, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspitiosi, vocem adversus maiores natu non habeant accusandi, qui suspitiosa vox inimica veritatem solent^c opprimere. Peregrina vero iudicia, salva in omnibus apostoli^d auctoritate, generali^e sancione^e prohibemus, quia indignum est, ut ab externis^f iudicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia, episcopis, quia non oportet accusatum alicubi quam in foro suo audiri. Si quis vero iudicem adversum^g sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellanti^h autem non debet afflictio ulla aut detentionis iniuriare custodia, sed licet appellatori viciatam causamⁱ appellationis remedio sublevare, liceat etiam in causis criminalibus appellare nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, et non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat; et ut pulsatis, quotiens appellaverint, indutię dentur. Si quis ergo iratus crimen aliquid cuilibet temere obiecerit, convitium non est pro accusatione habendum, sed permissio tractandi spatio id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens, quę pro iracundia dixit, iterare aut scribere noluerit^j, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen obicit, scribat se probaturum. Revera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur, et qui non probaverit quod obiecit, pęnam, quam intulerit, ipse patiatur.

- a) Dilectissimo *M*.
- b) ulles *M*; ulle *R*.
- c) solet *KC*.
- d) *korr. in apostolica C*.
- e) generalis actione *K*.
- f) *korr. in exteris C; korr. R*.
- g) adversus *M*.
- h) Appellatum *C*.
- i) causa *M*.
- j) voluerit *M*.

18. Fabianus.

Nullus unquam presumat accusator simul esse et iudex vel testis, quoniam^a omni iudicio IIII^{or} personas necesse est semper adesse, id est iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos atque testes legitimos. Iudices autem debent uti equitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

a) *folgt in M.*

19. Fabianus presul omnibus episcopis.

Statuentes apostolica auctoritate iubemus, ne pastorem suum oves, quę ei commissę fuerant, nisi in fide erraverit, reprehendere audeant. Si autem a fide deviaverit, erit corrigendus prius secrete a subditis. Quodsi incorrigibilis, quod absit, apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos aut ad sedem apostolicam. Pro aliis vero actibus suis magis est tollerandus ab ovibus et subditis suis quam accusandus aut publice derogandus, quia cum in eis a subditis delinquitur, eius ordinationi obviatur^a, qui eos pretulit eis, dicente apostolo: Dei ordinationi^a resistit, qui potestati resistit.

a)-a) *fehlt R.*

20. Stephanus Romanę ecclesię episcopus dilectissimo fratri atque amico Hylario.

Infames esse eas personas dicimus, quę pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes, qui christianę legis normam abiciunt et statuta ecclesiastica contempnunt, similiter fures, sacrilegos et omnes^a capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores et apostolorum atque successorum eorum reliquiorumque sanctorum patrum^b statuta libenter violantes et omnes, qui adversus patres armantur, qui in omni mundo infamia^c notantur, similiter et incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis fugientes, et qui indigna sibi petunt loca tenere aut facultates ecclesię auferunt iniuste et qui fratres calumpniantur aut accusant et non probant vel contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant et omnes anathematizatos vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos et omnes, quos ecclesiasticę vel seculi leges infames pronuntiant, hii nimirum omnes nec servi ante legitimam libertatem nec pęnitentes nec bigamini nec illi, qui curię deserviunt vel non sunt integri corpore aut sanam non habent^d mentem vel intellectum aut inobędientes sanctorum decretis existunt aut furiosi manifestantur, hii omnes umquam nec ad sacros gradus^e debent provehi nec ad accusationem seu ad testimonium nullatenus possunt iustę recipi.

a) *korr. aus* omni *M.*

b) *fehlt* *C.*

c) infama *M.*

d) habentes *CR.*

e) *fehlt* *M.*

21. Stephanus sancte et universalis apostolicę Romanę ecclesię episcopus omnibus episcopis.

Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si^a legitima et condigna accusatoris persona fuerit, presente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest aut accusare.

a) *fehlt M.*

22. Stephanus episcopus episcopis^a omnibus^a.

Clericus, qui episcopum suum accusaverit aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis est, et a gradu debet recedere ac^b curiæ tradi serviturus.

a) omnibus episcopis *M*.

b) a *R*.

23. Dionisius episcopus Severo episcopo^a salutem.

Crimina, que episcopis impingere dicis, per alios non sinas ullo modo fieri, nisi^b per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles apparuerint et actis docuerint publicis omni se carere suspicione ac inimicitia et inreprehensibilem fidem conversationemque ducere. Nemini enim de se confesso credere potest super crimen alienum, quoniam rei confessio periculosa est et admitti non debet. Similiter alieni erroris socium vel a sui voluntarię propositi tramite recedentem aut sacris patrum regulis et constitutionibus inobędentem suscipere non possumus nec debemus nec impetere recte credentes vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse censemus, qui suam aut christianam prevaricantur legem aut apostolicam vel regularem libenter postponunt auctoritatem.

a) *fehlt C.*

b) *non R.*

24. Felix episcopus universis episcopis.

Infamis persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente vero adversario non audiatur accusator nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem neque absens per alium accusare aut accusari potest nec affinis testis admittatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellatonis exhibeat, quam nulli oportet negari.

25. Euticianus urbis Romę episcopus episcopis omnibus.

Non ita in ecclesiasticis agendum est negotiis sicut in secularibus. Nam et^a in secularibus, postquam legibus quis venerit et in foro quis decertare ceperit, non licet ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit aut si se viderit pregravari.

a) *fehlt C.*

26. Marcellinus episcopus orthodoxis omnibus.

Episcopi pontifici, a quo consecrari probantur, preiudicium inferre nullum possunt. Quod si presumptum fuisse cognoscitur, viribus carere^a non dubium est nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta^b censi^b.

a) cacarere *M*.

b) censi statuta *C*.

27. Eusebius Romanę et^a apostolicę^a ecclesię^a episcopus dilectissimus et in Christi caritate unianimes^b caritatis glutino connexis fratribus per Alexandriam et Egyptum Domino militantibus et rectam fidem tenentibus in Domino salutem.

Errorem vestrum corrigite, fratres, et ab omni erroris macula vos custodite, ut^c purum Deo munus offerre valeatis. Servos Dei nolite persequi, episcopos nolite infamare neque accusare, quia Deus eos suo iudicio voluit reservare. Quod enim non ab humanis aut pravę vitę hominibus eos depravari voluit, ipse dedit exemplum, quando per seipsum et non per alium negotiantes eiecit^d sacerdotes^d de templo et mensas nummulariorum proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.' Dei ergo accusationem accusat, qui episcopos accusat vel condempnat, dum minus spiritualia quam terrena sectantur. De occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquum est et eum, cuius non videntur opera nisi bona, peccatum est ex suspitione reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit; nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam reprehendenda videantur.

- a) ecclesię et apostolice *C*.
- b) unanimes *K*; unanimi *C*.
- c) et *M*.
- d) sacerdotes eiecit *C*.

28. Silvester papa in generali residens synodo dixit.

Ut^a nullus laicus episcopo vel alicui in ordinibus posito crimen presumat aliquod^b inferre^b, et presbiter adversus episcopum, diaconus adversus presbiterum, subdiaconus adversus diaconum, exorcista adversus acolitum, lector adversus exorcistam, hostiarius adversus lectorem nullo modo aliquam presumat dare accusationem. Presul autem non dampnetur, nisi in LXXII testibus; presbiter autem cardinalis nisi^c in LXIII testibus non dampnabitur; diaconus cardinalis^c urbis Romę nisi in^d XXVI non condempnabitur; subdiaconus, acolitus, exorcista, lector hostiarius nisi in VII testibus non condempnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia.

a) *A M.*

b) inferre aliquod *C.*

c)-c) *fehlt K.*

d) *fehlt C.*

29.

Ut nullus quemlibet clericorum in publico examinare presumat nisi in ecclesia. Nemo enim clericus vel diaconus aut presbiter aut episcopus propter quamlibet causam intret in curiam nec ante iudicem cinctum^a causam dicere presumat, quoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatione simulacrorum. Quod si quis^b clericus in^c curiam^c introierit^c, anathema suscipiat, numquam rediens ad matrem ecclesiam; a communione non privetur propter tempus turbidum. Testimonium quoque clerici adversus laicum nemo recipiat.

a) causpam *K*.

b) *fehlt C*.

c) introierit in curiam *C*.

30. Damasus servus servorum Dei atque per gratiam eius episcopus sanctę^a catholicę atque apostolicę urbis^b Romę Stephano archiepiscopo, concilio Mauritano et universis episcopis Africanę provincię.

Accusatores episcoporum et testes, super quibus rogitastis, absque ulla infamia aut suspitione vel manifesta macula et vere fidei pleniter structi^c esse debent et tales, quales ad sacerdotium eligere iubet divina auctoritas. Quoniam sacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas^d, criminari non possunt nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt provehi honorem.

Vocatio enim ad synodum iuxta decreta patrum canonica eius, qui inpetitur, rationabilibus scripturis per spatium fieri debet congruum atque canonicum, quia nisi canonicę vocatus fuerit suo tempore et canonica ordinatione, licet venerit ad conventum quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus, quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divine. Nullus autem introducatur personaliter, sed accusatores et accusati equa audiantur^e ratione, iuxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero et iudices non idem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unusquisque ordinabiliter in suo ordine. Nam inscriptio semper primo fiat, ut talionem calumpniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et seculi leges hęc eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat equitas, quatinus accusationis et iudicii ac testimonii mercedem per veritatem consequi valeant. Scriptum est enim: 'Abhominatio Domini labia^f dolosa.'

a) *fehlt C.*

b) *fehlt C.*

c) *instructi K.*

d) *folgt nochmals Quoniam - auctoritas R.*

e) *audiatur M.*

f) *lingua K.*

31. Universis episcopis per Italię provintias constitutis Damasus episcopus in Domino salutem.

Relatum est ad sedem apostolicam vos accusationes fratrum per scripturas suscipere absque legitimo^a accusatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri apostolica auctoritate prohibemus, et quod nuper factum est, absque ulla retardatione corrigere rogamus nec umquam prius per scripta eorum, qui accusantur^b, causas discutere, quam per querelantium institutiones vocati canonice ad synodum veniant et presens qui presentem agnoscat veraciter et intelligat, quę ei obiciuntur. Quod bene et per sapientiam Salomonis dicitur: 'Antequam scruteris, non reprehendas.' Intellige prius et tunc increpa. Antequam audieris, ne respondeas. Et licet apertissime sit contrariorum reprehensio, verumtamen oportet his qui clari sunt, ad eorum examinationem ordinem servari ab his, qui seculum^c scrutari deputati sunt, quatinus ita cum oratione cooperante^d inveniamus et confessorem Deum, qui dicit: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.' Nam et dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat; non est presentialiter accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos ullo modo agere oportet, quod^e ille^f noluit facere. Leges enim seculi accusatores presentes exigunt et non per scripta absentes. Unde canonica patrum constituta non semel^g sed sepissime clamant nec accusationes nec testimonia ullum per scripta posse proferre, ne de aliis negotiis quicumque testimonium dicant nisi de his, quę sub presentia eorum esse noscuntur. Similiter et qui accusare alium elegerit, presens per se et non per alium accuset, inscriptione videlicet promissa^h. Neque ullus umquam iudicetur, antequam legitimos accusatores presentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandumⁱ quoque est, ne ira quempiam^j subripiat faciatque citius omne, quod non licet^l.

a) *folgt ac M.*

b) *folgt nachgetr. eorum K.*

c) *secundum K.*

d) *cooperantem C.*

e) *folgt ipse vel C.*

f) *illi C.*

g) *simul K.*

h) *premissa CR.*

i)-i) *fehlt M.*

j) *quemquam K.*

32. Gelasius.

Placuit etiam, ut semper primo in accusatione clericorum fides et vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet precedere, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant aut non recte conversationis vitam deducunt, quoniam tales facile et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes, ideo suspitio eorum discutienda est primo et corrigenda. Sancta synodus Romana dixit: Hęc sunt que deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam et ecclesiasticos^a indifferenter seviunt viros conservari firmissime volumus in secula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ab eis caritative convictus^b fuerit^b, ut ipsam causam emendari^c debeat et eam corrigere voluerit^d, non olim, sed tunc ad summos primates^c causa eius canonicę deferatur, qui congruo loco infra ipsam provintiam tempore in canonibus prefixo Niceni^f concilii^f, canonicę convocare debebunt, ita ut ab omnibus eius provincię episcopis in ea audiatur, in qua et ipse canonicę convocetur. Si eum aut infirmitas aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit, quia ultra provincię terminos accusandi ante^g licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit rebus expoliatus aut, quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a propria sede deiectus aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonicę, antequam in primo restituatur honore et sua omnia, que ab insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerint, redintegrentur^h, convocari nec diiudicari debet, nisi ipse pro sua necessitate, minime tamen diiudicandiⁱ advenire sponte elegerit. Nec omnino a quoquam respondere rogetur^j, antequam integerrimę omnia, que super^k suggestiones^l inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio redintegrentur et presul prius statui pristino reddatur et ipse dispositis ordinatisque libere ac secure suis, tunc canonicę <id^m est infra IIIIⁿ aut^o V aut VII menses^p, iuxta quod fuerit possibilitas^m> canonicę^f convocatus ad tempus synodo in legitima et canonica veniat ad causam, et si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hęc omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causę eius exitus appareat, nulli christiano videri iure potest. Quodsi egrotans fuerit episcopus aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, per se legatum ad synodum mittat. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicium^s die statuta litteris evocatus minime occurrerit^t, hoc est nisi alia preoccupaverit necessitas, infra spatium duorum vel trium mensium vel eo amplius, prout causa dictaverit. Quodsi ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, querendum est in iudicio, cuius sint conversationis et fidei atque suspensionis accusatores aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent, nisi bonę vitę clareant neque infames existant. Quodsi accusatorum personę in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. Infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente vero adversario, non audiatur accusator nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam^u obtinebit firmitatem. Neque absens per alium accusare potest nec affinis testis admittatur^v. Nemini ergo exhiberi de provincia ad provintiam vel ad comitatum oportet nisi ad relationem iudicis, ad quem fuerit appellatus, id est ut actor^w rei forum sequatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioceseos aut apud Constantinopolitanę civitatis sedem agat iudicium, et reliqua. Accusationis^x ordinem dudum canonicis institutum decretis servare^y iubemus, ut si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit, non statim reus estimetur, qui accusari^z potuit, nec subiectam^a innocentiam^a facta^b. Sed si quis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem habitam, tamen dignitatis estimationem^c patiat nec sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumpniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Si quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones nec estimet eum accusator suus^d alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. Ille^e vero qui

pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare, salvo Romanę ecclesię in omnibus primatē^f. Manifestum est quod illa, quę sunt per unamquamque provinciam, ipsius provincię synodus dispenset, sicut Niceno constat decretum esse concilio. Ultra provincię terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra provinciã audiatur et a comprovincialibus terminetur. Accusationes et accusatores atque eorum^g negotia, quę seculares non asciscunt leges, divina ac synodica funditus a clericis repellere auctoritate^h censemus, quia indignum est superioresⁱ pati ab inferioribus, quę inferiores ab eis uti^j despiciunt. Prudentissime iustissimeque Nicena sive Affricana decreta finierunt^k quęcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda^l, maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suę provincię vel etiam universale^m provocare. Placuit episcopos eiectos atque suis rebus expoliatos ecclesias proprias primo recipiⁿ et suas eis res reddi et postea eos, si quis accusare velit, equo periculo facere, iudices esse decernentes episcopos, recta sapientes, in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur. Nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritę erunt, immo etiam causam in synodo pro facto dabunt, nec reliquorum aliquis episcoporum suorum sacerdotum causas audiat, si non presentia clericorum confirmetur. Primo semper vita et persona accusantium diligenter inquiretur et postea, quę obiciuntur, fideliter pertractentur, quia nichil aliter fieri debet, nisi impetitorum vita prius discutiatur. Hii qui non sunt bonę conversationis vel quorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare nec viles personę in accusationem eorum admittantur. Hii qui in aliquibus criminibus irretiti sunt vel qui sunt suspiciosi, vocem adversus maiores natu non habent accusandi, sed hii qui omni suspitione careant. Nullus episcopus alterius parrochianum presumat retinere aut ordinare absque eius voluntate vel iudicare, quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita^o et^o diiudicatio, quoniam censemus nullius^p alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare^q non potuit, nec iudicare nullatenus^r poterit. Peregrina^s iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ab externis ut iudicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices. Nullus^t episcopus extra suam^u provinciã ad iudicium devocetur, sed vocato eo canonicę in loco omnibus congruo tempore synodali ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam, quia si hoc minoribus tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis servare convenit. Nam si ipse metropolitanus aut iudices suspectos habuerit aut infestos senserit aut^v primatem dioceseos^w, apud Romanę sedis pontificem iudicetur. Placuit ut nullus servus, nullus, libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset^x. Omnes vero infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant, et omnes qui^y culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt, quoniam sicut maiores a minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt. Placuit ut nullus episcoporum quemquam clericorum iudicare aut dampnare presumat, nisi accusatus legitimos accusatores presentes habeat locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Placuit ut, si episcopus accusatus appellaverit Romanum pontificem, ad^z statuendum, quod ipse censuerit. Si quis episcopus presbiter aut diaconus vel quilibet ex clero apud episcopos, quia alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit sive ille sublimis vir honoris sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferri^a. Si quis ergo contra huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamię sustinere, ut dampno pudoris, existimationis dispendio discat sibi alienę verecundię insidiari saltim de cetero non licere, sed qualem fratri paraverit dampnationem, talem in se suscipiat. Nullus archiepiscoporum nisi qui primas sedes tenuerit, appelletur primas aut princeps sacerdotum aut summus sacerdos vel aliquid huiusmodi, sed tantum ille, qui in metropoli sedet, aut metropolitanus aut archiepiscopus vocetur et suum in canonibus prefixum non excedens teneat cum humilitate modum, et ille, qui primam sedem retinet, tantummodo primę sedis appelletur episcopus, salva semper in omnibus auctoritate beati Petri apostoli. Iudicantem oportet cuncta^b rimari et ordinem rerum^c plena^c inquisitione discutere interrogandi ac proponendi adiciendique patientia debita ab eo, ut ibi actio partium liminata^d

sit pleniter, nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipse peractis omnibus iam nichil amplius habuerint in questione, quod proponant, et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas inveniatur. Frequenter ergo interrogari oportet, ne aliquid^e pretermissum forte remaneat, quod adnecti conveniat. Sunt nonnulli, qui indiscusso^f, potestate tyrannica, non canonica auctoritate dampnant, et sicut nonnullos gratia favoris sublimat, ita quosdam hodie invidiaque permoti humiliant et levi oppiniones^g aura condempnant, quorum crimina non approbant. Ideoque communi decreto censemus, ut quandocumque aliquis^h episcoporum criminaturⁱ, congregatis omnibus eiusdem provincie episcopis causa eius audiatur, ut non occulte iudicetur vel condempnetur, quia ab aliis iudicari prius non potest nisi ab his, quibus ordinari potuit. Quodsi aliter factum fuerit, nullas vires habebit. Si clericus vel laicus habuerit causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum aut episcopus adversus quemquam, apud synodum provincie iudicetur. Quodsi adversus eiusdem provincie metropolitanum episcopus vel clericus habuerit querelam, petat primatem dioceseos et apud ipsum iudicetur aut apud sedem apostolicam. Si^j quis episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur vel iudicetur, qui sunt in provincia, episcopis^k. Si quis episcopus iudicaverit vel ordinaverit alterius parochianum sine consilio et voluntate episcopi sui, oportet eum non sine increpatione in communi concilio admitti, ita ut ecclesiasticum ultra non solvat canonem.

- a) *folgt* et *K*.
- b) fuerit convictus *K*.
- c) *korr. in* emendare *C*.
- d) noluerit *C*.
- e) *korr. aus* primatis *R*.
- f) nicenis concilium *K*.
- g) *folgt erst nach* est *MC*.
- h) redintegretentur *M*.
- i) diiudicandus *C*.
- j) cogatur *C*.
- k) *korr. in* per *M*; per *K*; *fehlt* *CR*.
- l) suggestionem *C*.
- m)-m) *am Rand* *M*; *fehlt* *K*.
- n) III *C*; I *R*.
- o) vel *M*.
- p) mensium (*am Rand*;) de spatium *C*; mensis *R*.
- q) possibile *C*; possib (*Lücke*) *R*.
- r) *fehlt* *C*.
- s) iudicium *K*.
- t) occurrit *R*.
- u) illam *K*.
- v) admittantur *R*.
- w) auctor *C*.
- x) *Absatz* *CR*.
- y) servari *CR*.
- z) accusare *K*.
- a') subiecta innocentia *R*.
- b') factam *C*.
- c') estimatione *K*.
- d') s(ui)s *M*.
- e') Illi *C*.
- f') prima *K*.
- g') earum *K*.
- h') actoritate *M*.

- i') superioribus *K*.
- j') *korr. in pati C*.
- k') finierint *MR*.
- l') fruenda *K*.
- m') universalia *C*.
- n') recipere *CR*.
- o') et ita *M*; ita *CR*.
- p') nullum *K*.
- q') ordinari *M*.
- r') ullatenus *CR*.
- s') *am Rand* Fabianus papa *M*.
- t') *am Rand* Julius papa *M*.
- u') sua *R*.
- v') *folgt nachgetr. apud C*.
- w') *folgt aut K; folgt nachgetr. aut C*.
- x') *korr. aus* accusent *M*; accusent *CR*.
- y') quę *M*.
- z') id *CR*.
- a'') inferre *CR*.
- b'') *fehlt M*.
- c'') *korr. in plena rerum C*.
- d'') limata *CR*.
- e'') aliquod *CR*.
- f'') indiscussos *CR*.
- g'') opinionis *CR*.
- h'') *folgt eorum K*.
- i'') criminantur *K*.
- j'')-j'') *fehlt K*.

33. Pelagius papa Romanus episcopis omnibus.

Scitote certam provinciam esse, quę habet X vel XI civitates et unum regem et totidem minores potestates sub se et unum metropolitanum aliosque suffraganeos X vel XI episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes causę episcoporum et reliquorum sacerdotum ac civitatum causę referantur, ut ab his omnibus iustę^a consona voce discernatur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his, qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut degradetur vel dehonoretur unaquaque provincia, sed apud semetipsam habeat iudices sacerdotes et episcopos singulos, videlicet iuxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit, a suis iudicibus^b iudicetur et non ab alienis, id est a suę iustis iudicibus provincię et non ab externis, nisi, ut iam prelibatum est, a iudicandis fuerit appellatum.

a) *folgt* et *CR*.

b) *fehlt* *CR*.

34. Iohannes urbis Romę episcopus Zacharię archiepiscopo salutem.

Oves, quę pastori suo commissę fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit^a, debent nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam rectae reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris^b repperimus quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione et aliquos ex certa ratione, et idcirco quosdam suis rebus esse expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprovincialem posse convocare^c nec aliquo iudicare^d, antequam cuncta, quę eis ablata sunt, potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari et ęcclesias, quę sibi sublatae sunt, cum omni privilegio suo restitui et postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, antequam ad synodum convocentur, ut^e ab omnibus^f suę provincię episcopis audiantur. Nam convocari^g nec^g ad causam nec diiudicari possit expoliatus vel expulsus, quia non est privilegium, quo expoliari^h iam nudatus. Unde et antiquitus decretum est: Omnes possessiones et omnia sibi sublata atque fructusⁱ cunctos ante litem contestatam preceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, universa in statu, quo fuerant, recipiat, et quę possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis et regum edictis legitur statutum: Redintegrandam sunt omnia expoliatis vel eiectis episcopis presentialiter ordinatione pontificum et in eorum, unde abscesserunt, funditus^j revocanda, quęcumque^k conditione temporis aut dolo aut captivitate aut virtute maiorum aut per quascumque iniustas causas res ęcclesię^l vel proprias aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem aut regularem ad synodum vocationem eorum, et reliqua.

- a) exorbitaverint *K*.
- b) nostris *R*.
- c) convocari *CR*.
- d) iudicari *CR*.
- e) et *K*.
- f) *folgt* quisque *K*.
- g) nec convocari *CR*.
- h) *folgt* possit *CR*.
- i) fructos *M*.
- j) funditur *R*.
- k) *scheint korr. in* quacumque *C*.
- l) ęcclesiasticas *C*.

35. Reverentissimis fratribus Gelasius in Domino salutem.

Sanctorum patrum statuta sequentes synodali auctoritate omnes, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores infames esse censemus. Horum igitur^a vitiorum auctores vel patratores non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi, quoniam iubent canonica decreta patrum, ut accusatio vel testimonium eorum, qui odio quoslibet secuntur vel qui inimici aut suspecti habentur^b, nullo modo recipiantur. Quorum statuta et nos firmantes eadem in omnibus inviolabiliter futuris temporibus tenere censemus. Quicquid autem super hac causa patres nostri discernendum^c duxere dignum, ut condecet, necesse est, cum labefactari vel infirmari ceperit, apostolica^d denuo auctoritate firmari fratribusque dari ac renovari.

a) *fehlt K.*

b) *habent M; korr. aus habeat R.*

c) *discernendum C.*

d) *aplica M.*

36. Gregorius Iohanni defensori inter^a cetera^a. In epistola XLV^b lib. XIII.

Quia igitur Stephanus episcopus in odio suo quędam ficta^c et de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condempnatum, diligenter querendum est, primum si suum iudicium rationabiliter est habitum, aut si alii accusatores et alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit, aut si eo presente sub iureiurando contra eius^d testimonium dictum est seu scriptis actum^e est vel ipse licentiam respondendi et defendendi se habuit; sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est, cuius conditionis cuiusve opinionis, autne inopes sint autne forte aliquas contra predictum episcopum inimicitias habuissent, et utrum ex auditu testimonium dixerint^f aut certe specialiter se scire testati sunt vel si scriptis iudicatum est et partibus presentibus sententia recitata est. Quodsi forte haec sollempniter acta non sunt neque causa probata est, quę exilio vel depositione digna sit, in ecclesia^g sua^g modis omnibus revocetur. Hii vero, qui eum contra Dei timorem et statuta canonum condempnaverunt, excommunicati in monasterium ad agendam penitentiam in sex mensibus sunt mittendi, ita sane ut, si cuiquam eorum partis^h contigerit imminere discrimen, viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum eius temerarie ambiit, privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur atque eidem dilectissimo filio et fratri coepiscopo nostro tradatur, ut eumⁱ ecclesiastico iudicio aut ipse ad nos transmittat aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare^j presumpserunt^j vel perverse^k ordinationi ipsius prebuere consensum, communione privati in sex mensibus ad agendam penitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in preiudicio condempnationis vel depositionis memorati Stephani metum^l iudicis consensisse ac talia fecisse non sua sponte professi fuerint, tempus eius^m abbreviandum est et modus penitentię temperandus.

- a) *erst hinter XIII K.*
- b) *folgt in MR.*
- c) *facta M.*
- d) *eum C.*
- e) *auctum C.*
- f) *duxerint C.*
- g) *ecclesiam suam C.*
- h) *parcis C.*
- i) *folgt cum M.*
- j) *presumpserunt ordinare C.*
- k) *per se R.*
- l) *metu CR.*
- m) *eis C.*

37. Gregorius Romano defensori Sicilię. In epistola XXIII lib. X.^a

Pervenit ad nos, quod si quis contra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quodsi ita est, valde esse constat incongruum. Sed hac tibi auctoritate precipimus, ut hoc denuo facere non presumas. Sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit^b, episcopum ipsius adeat, ut aut ipse cognoscat aut certe ab ipso iudices deputentur, aut si fortasse^c ad arbitros eundum est^d, partes ad eligendos iudices ab ipso executio^e deputata compellat. Si quis vero clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas aut certe te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per vos^f, per quos ecclesiasticus custodiri illic ordo debuit, confundatur^g, et cetera.

- a) III. *CR*.
- b) habuit *C*.
- c) forte *C*.
- d) *fehlt R*.
- e) executio *MK*; exsecutio *C*.
- f) illos *K*.
- g) confundantur *K*.

38. Gregorius Antemio subdiacono Campanię. In^a epistola L lib. XI.^a

Cum fortius punienda sint crimina, quę insontibus et maxime sacratis ordinibus ingeruntur, quam sitis^b culpabiles omnes, qui in causa^c Iohannis diaconi resedistis, atende, ut Ylarium criminatorem ipsius nulla ex diffinitione vestra pęna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram credatis esse idoneum, quod vobis quasi iudicare volentibus solus frater et coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius uni a multis rationabiliter suaderi quam^d multi ab uno poterant sine causa differri. Quia ergo tantę nequitę malum sine digna non debet ultione^e transire, suprascriptum fratrem nostrum Paschasium volumus ammoneri, ut eundem Ylarium subdiaconatus prius, quo indignus fungitur, privet offitio atque verberibus publice^f castigatum faciat in exilium deportari, ut unius pęna multorum possit esse correctio.

a)-a) *nochmals als Rubrik M.; III (statt XI) C.*

b) *satis R.*

c) *culpa K.*

d) *qua C.*

e) *davor ein Buchst. rad. M.*

f) *folgt verberatum K.*

39. Adrianus papa.

Placuit eorum accusandi sacerdotes et testificandi in eos vocem constituere, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quia vocem funestam potius interdici quam audiri oportet. Placuit ut accusatio, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare, quia non oportet negari audientiam rogandi^a. Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se^b prius^b probaverint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet rei adversus^c quęcumque^d professionem^e. Si quis iudicem adversus^f sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, ut cum ei confessum^g fuerit integrum negotium, apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri. Clericus sive^h laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, non alicubi quam in foro suo provocatus audiatur. Appellanti non debet afflictio ulla aut carceris aut detentionis iniuriare custodia, et liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedioⁱ sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec appellandi vox denegetur, quem in supplitio^j sententiam^k destinarit. In criminalibus causis nec accusator, nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur. Constitutiones contra canones et decreta presulum Romanorum vel bonos mores nullius sunt momenti. In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut ne quemquam eorum sententia non a suo iudice dicta constringat. Omnis qui aliis falsa intulerit, puniatur et falsitate^l ferat infamiam. Ut^m provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romę episcopi, si ipse decreverit. De his, qui in accusationeⁿ maioris natu venerint, et ut episcopum nulli criminoso liceat accusare. Si quando in causa capitali vel causa status interpellatum fuerit, exploratores sed ipsos est agendum. Placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur. Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine concilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquod agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit, irritum habeatur et vacuum. Sed quicquid de provincialium coepiscoporum causis suarumque ecclesiarum et clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordia^o amministrazione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare, et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parrochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore sancta glorificetur trinitas in secula. Quod in alterius famam publico^p scripturam aut verba contumeliosa confixerit et repertus scripta non probaverit, flagelletur. Et qui eam prius invenerit, rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere. Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, convitium non est pro accusatione abendum, sed permissio tractandi spatii id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens post iracundiam, quę dixit, iterare ac scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Qui crimen obicit, scribat se probaturum, revera ut ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Ut qui non probaverit, quod obiecit, penam, quam intulerit^q, ipse patiatur. Caveant iudices ecclesię, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in synodo pro facto dabunt. Eius, qui frequenter litigat et ad accusandum^r est facilis, accusationem nemo absque grandi examine recipiat. De accusationibus episcoporum Constantinus imperator inter^s cetera sic ait^s: Vestrę quędam accusationes tempus, inquit, habebunt proprium, id est diem magni iudicii. Iudicem vero illum, qui tunc futurus est, omnibus iudicare. Michi ergo^t homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere adiutorium, sacerdotum scilicet accusantium et simul accusatorum, quos minime convenit tales debere monstrari, qui vel iudicentur ab aliis, cum ab ipso Domino magis ipsi sunt iudicandi, de quibus ait propheta: 'Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deus^u discernit.' Neque possunt humano condempnari examine, quos Deus suo reservavit iudicio, et reliqua talia et his similia. Neque presul summus a quoquam iudicabitur, quia dicente Domino non est discipulus super magistrum. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse confiteatur aut per innocentes testes vincatur. Irritam esse iniustam^v

episcoporum dampnationem idcirco synodo retractandam, ut ne quis, dum in ea durare^w poterit^x, qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, et non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat, et ut pulsatus, quotiens appellaverit, inducias habeat. Si quis contra suam professionem vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur, si laicus, anathematizetur. Si quis episcopum aut presbiterum vel diaconem falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine ei^y dandum^z esse communionem. Si qui^a inventi fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur. Ut nullus episcopus vel infra positus die dominico causas iudicare presumat. Et^b si quis potentum quemlibet expoliaverit et admonente episcopo non redderit^c, excommunicetur. Ut nullus clericus ab episcopo suo recedat et ad alium se transferat. Homicidae malefici fures sacrilegi raptores venefici adulteri et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint seu qui ad sortilogos^d magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi. Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuit^e criminis, quia periculosum est et admitti non debet^f rei adversus quemcumque^g professio^h. Occurrere quisque fidelium erumpnisⁱ miserorum debet subsidio, quo valet, et revelatione^j alienę vindictę a se Dei removeere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. Maius periculum est iudicantis^k quam eius, qui iudicatur. Unde unicuique providendum est, ne aliquem iniuste iudicet aut puniat. Accusatores adversus doctorem nemo suscipiat, quia non potest humano condempnari examine, quem Deus suo iudicio reservavit. Presbiter non adversus episcopum, diaconus non adversus presbiterum, non acolitus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolitum, non lector adversus exorcistam, non hostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et^l non dampnabitur presul nisi^m in LXX duobus. Neque presul^m summusⁿ a quoquam iudicatur, quia scriptum est: 'Non est discipulus super magistrum.' Presbiter autem^o in cardine constitutus non^p nisi in LXIII testibus dampnabitur, diaconus^q cardine constitutus^p urbis Romę nisi in XXVIII^r non^s condempnabitur, subdiaconus acolitus exorcista lector nisi, sicut scriptum est, in septem testibus non condempnabitur. Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores et filios^t habentes et omnino Christum predicantes. Testimonium clerici adversus laicum nemo suscipiat, nemo enim clericum quemlibet in publico examinare presumat nisi in ecclesia, et reliqua. Episcopi pontifici, a quo consecrari probantur, preiudicium inferre^u nullum^u possunt. Quod si presumptum fuerit, viribus carere non dubium est nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censi. Non licet imperatori vel cuiquam pietatem^v custodiendi^w aliquid contra mandata divina presumere. Providendum est, ne in aliquo apostolica aut decreta canonica violentur^x. Iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat^y. Sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur. Item generali decreto constituimus, ut execrandum anathema fiat et velud prevaricator catholicę fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam^z.

- a) roganti *C*; rogant *R*.
- b) prius se *C*.
- c) quod adversus *K*.
- d) quemcumque *CR*.
- e) professio *CR*.
- f) adversum *CR*.
- g) concessum *M*; concessum *CR*.
- h) vel *C*.
- i) remedia (?) *R*.
- j) supplicium *C*.
- k) sententia *CR*.
- l) falsitatis *C*.
- m) Et *M*.
- n) accusationem *C*.

- o) concordia *M*.
- p) publicam *C*.
- q) intulerat *C*.
- r) cusandum *MR*.
- s)-s) *korr. aus sic ait inter cetera M*.
- t) autem *C*.
- u) deos *K*.
- v) iniuste tendenti *K*.
- w) *korr. aus dura M; dura KC*.
- x) patitur *KC*.
- y) *fehlt M*.
- z) dandam *CR*.
- a') quis *MR*.
- b') Ut *CR*.
- c') reddiderit *K*.
- d') sordilogos *M*.
- e') fuerit *C*.
- f) debent *K*.
- g') cuiuscumque *K*; quecumque *C*.
- h') professionem *K*.
- i') criminis *M*.
- j') *korr. in relevatione K*.
- k') iudicandis *M*.
- l') Ut *M*.
- m')-m') *fehlt K*.
- n') *folgt si K*.
- o') *fehlt K*.
- p')-p') *fehlt K*.
- q') *folgt in C*.
- r') XXVI *K*; XXX^{ia} tribus *C*; XXX tribus *R*.
- s') *fehlt C*.
- t') *folgt non K*.
- u') nullum ferre *C*.
- v') pietate *CR*.
- w') custodienti *K*.
- x') violent *M*.
- y') violentur *K*.
- z') violendam *C*.

40.

Plerique autem boni christiani propterea tacent et sufferunt aliorum peccata, quę noverunt, quod documentis sepe deseruntur, ut ea, quę ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis vera sint quędam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrantur. Nos vero a communionem quemquam prohibere non possumus, quamvis hęc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum aut in laico sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum^a. Quisquis^b enim utrumque^c sibi audet assumere, ut quique^d ipse sit et accusator et iudex?

- a) convinctum *C*.
- b) Quis *CR*.
- c) utruque *M*.
- d) *fehlt CR*.

41. Anacletus papa.

Accusatio quoque episcoporum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet, quia Dominus sacri sui corporis tractatores a vilibus et reprobis ac non idoneis personis infamari noluit nec calumpniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit. Unde liquet, quod summi sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt iudicandi, non ab humanis aut prave vitę hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus^a fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum et non per alium vendentes et ementes eiecit de templo et mensas nummulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello, et eiecit de templo, et sicut alibi legitur: `Deus stetit^b in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.'

a) hominibus C.

b) *folgt* in medio K.

42. Stephanus papa.

Repellantur^a cohabitantes inimici et omnes laici, quia infestationem blasphemie affectio amicitie incitare solet. Nec illi, videlicet laici, in vestra sunt recipiendi accusatione, qui vos in sua nolunt accipere infamatione.

a) Depellantur *K*.

43. Eusebius.

Neganda est accusatis licentia^a criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, quia non credendum est contra alios eorum confessioni, qui criminibus impliciti^b sunt, nisi se^c prius^c probaverint innocentes, quoniam periculosa est et admitti non debet rei adversus quemcumque^d confessio. Familiares vero et sponte confessi atque sceleribus irretiti non debent admitti nec hi, qui hesternae^e aut perhendie aut ante fuerunt inimici.

a) *folgt nochmals* licentia *M*.

b) implicati *K*.

c) prius se *C*.

d) quemcumque *KR*.

e) esterno *C*.

44.

Nulli umquam infamiam^a atque sacrilego de quocumque negotio licet adversus religiosum christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere nec de qualibet re^b actione vel inscriptione christianum impetere. Omnibus quoque similiter causandi vel testificandi licentia denegetur, qui christianę religionis et nominis dignitatem et suę legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus, ut nullę causę a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quę legibus non continentur, quia omnes, qui pię volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur.

a) infami *C*; *korr. in* infami *R*.

b) rei *CR*.

45. Ex^a concilio Africano.

Item placuit, quotienscumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur et unum ex ipsis, de quo prius egerant, probare non valuerint, ad cetera non admittantur.

a) *Inskr. fehlt hier, steht beim nächsten Kap.; Rubrikatorhinweis jedoch an diesem Kap. K.*

46. Gregorius^a papa^a.

De^b presbitero vel quolibet clerico a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato veritatem dicant, iusiurandum erit in medio et illum testem proferat de innocentie sue puritate, cui nuda et aperta sunt^c, sicque maneat in proprio gradu.

a) *Steht erst bei V 1,47, statt dessen hier Inskr. von V 1,45 K.*

b) *fehlt C.*

c) *folgt omnia C.*

47. Idem Constantio^a episcopo Mediolanensi. In epistola XI lib. X.

Relictis^b epistolis, quas ad nos per Marianum latorem presentium transmisistis, gratam nobis sollicitudinem vestram fuisse rescripsimus, quod^c ea, quę ad vos de fratre et coepiscopo nostro Pompeio^d, qui adhuc ita a nobis est nominandus, pervenerit^e, dissimulare minime pertulistis. Sed si, qualis fuit^f in requisitione cura, talis fuisset in discussione subtilitas, nichil ex hoc, quod de eo dictum est, fuisset ambiguum, sed utrum verum an esset compositum, patuisset, quia iam contra ipsum dudum in Sicilia apud reverendę fratrem nostrum Maximianum episcopum talis quęstio, ut cognovimus, morta^g est. Sed quia causa ipsius subtili omnino investigatione quesita est, inventus est innocens, qui fuerat accusatus in crimine. Nunc igitur quoniam illa, quę contra eum dicta sunt, non sub illa, quę decuit, districtione quęstita sunt et gesta, quę exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt, neque ad condemnationem neque ad absolutionem eius^h probantur posse sufficere, levis res agitur, ut incaute vel in transcurso debeat definiri. Nam grave est satis et indecens, ut in re dubia certa dicatur sententia. Et hęc quidem gesta esse poterant ad definiendum idonea, si accusati ea confessio sequeretur, si tamen eandem confessionem subtilitas examinis ex occultis eiceret et non afflictio vehemens extorqueret, quę frequenter hoc agit, ut noxios se fateri etiam cogantur innoxii. Nam postquam prefatus episcopus, ut dicitur, cruciari custodia cremarique se fame asserit, scire debetis, si ita est, utrum noceatⁱ, si sic fuerit extorta confessio. Numquid quando sententiam tales cause suscipiunt et sedes apostolica appellatur, nonne^j persona, quę iudicatur, presens est, ut distinctissime atque ab omni latere veritas quęrat, utrum si^k debeat manere sententia necne decernatur? Et si predictus episcopus sedem apostolicam appellare voluerit, causa ipsius interius^l et cum omni diligentia perscrutanda et ideo, postquam persona absens est et gesta, quę ad nos transmisisti, nobis, sicut prefati sumus, idonea esse^m satisfacere non videntur, temere aliquid de episcopi persona decernere non debemus nec possumus, ne, quod absit, reprehensibiles inveniamur in nostris, quibus aliorum iure competit retractare sententias, et cetera.

- a) constantino *K*.
- b) Delatis *M*; Relectis *C*; *korr. in* Relectis *R*.
- c) qui *C*.
- d) pomptio *R*.
- e) pervenerint *C*.
- f) fuerit *CR*.
- g) mota *CR*.
- h) ei *R*.
- i) *korr. in* nocescat *C*.
- j) et minime *C*.
- k) sic *C*.
- l) interim *CR*.
- m) *folgt* et *C*.

48. Gaius Felici episcopo.

Si quis accusaverit episcopum, presbiterum aut diaconum vel quemlibet clericum apud episcopos, quia alibi non oportet, et non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamię sustinere.

49. Fabianus.

Omnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos apostolus commemorat dicens: 'Cum his nec cibum sumere', et ante satisfactionem ecclesie non sunt suscipiendi.

50. Ex concilio Africano VII.

Definimus eum rite ad accusationem non admitti, qui postea, quam excommunicatus fuerit, in ipsa excommunicatione constitutus, sive sit clericus sive^a laicus, accusare voluerit.

a) *folgt* sit C.

51. Ex^a eodem.

Item placuit, quotienscumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur et unum ex ipsis, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera non admittantur.

a) *davor vacat M; das ganze Kap. fehlt K.*

52. De^a eodem.

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti precepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem^b intra annos^c XIII^c ætatis sue non admittantur^d.

a) Ex *K*.

b) *fehlt K*.

c) annos XIII *M*; XIII^{cim} annos *C*.

d) admittatur *M*.

53. Clemens.

Infames sunt omnes presbiteri, diaconi et subdiaconi omnesque principes tam maioris ordinis quam inferioris atque reliqui populi, tribus et linguę, qui non obtemperaverint episcopis.

54. Stephanus sanctę apostolicę et universalis Romanę ecclesię episcopus omnibus episcopis.

Accusatores vero et accusationes, quas seculi leges non recipiunt, et antecessores nostri prohibuerunt et nos submovemus. Nullus enim alienigena aut accusator eorum fiat aut iudex. Unde et de Loth scriptum est: Ingressus es ut advena, numquid ut iudices? Accusator autem vestrorum nullus sit servus aut libertus, nulla suspecta aut infamis persona.

55. Dilectissimis fratribus^a universis episcopis per Campaniam et Tusciam constitutis Eusebius.

Constituimus iterum cum omnibus, qui nobiscum sunt, episcopis, sicut dudum decretum repperimus, ut homicide malefici fures sacrilegi raptores adulteri incesti venefici suspecti criminosi domestici periuri et qui raptum fecerint^b vel qui falsum testimonium dixerint seu qui^c ad sortilogos divinosque concurrerint similesque eorum nullatenus ad accusationem vel ad testimonium sunt admittendi, quia infames sunt et iuste reppellendi, quia funesta est vox eorum.

a) *fehlt K.*

b) *fecer(unt) KC.*

c) *q(uia) R.*

56.

Similiter et in prefixa synodo est decretum, ne suspecti aut infames aut criminosi aut gratiosi aut calumniatores vel affines aut scelerati aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni careant suspitione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit nec a quibuscumque agitari. Similiter prefata statuit synodus, ut nullum sententia non a suo iudice dicta constringat.

57. Reverentissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio et universis Eꝑgyptiorum Thebaidorum Libiorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix alme Romanę urbis et universalis eꝑclesię episcopis et sancta synodus, quę in urbem Romam convenit in Domino salutem.

Ut^a accusandi vel testificandi licentia denegetur, qui christianę religionis et nominis dignitatem et suę legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint^b.

a) t *M.*

b) neglexerit *C.*

58. Ex decretis^a Silvestri^b.

In civilibus vero vel in criminalibus causis probationum copia nulla alia, nisi quę in veteri novoque testamento legitur, requirenda est, id est tres ingenui et veridici testes uno sermone veridicum testimonium proferentes. Nam et in accusatione Susannę duorum^c presbiterorum^c testimonium quamvis perversum obiectum est. In novo testamento ipse Dei filius omne verbi testimonium in ore duorum vel trium testium stare perhibuit. In omni autem negotio non plus quam duorum vel trium testium una veritas exprimatur. Si quis autem aliter sibi testes adhibere voluerit, non solum dominicis preceptis reus efficiatur, sed etiam communione privetur.

a) decreto *C.*

b) *folgt* pape *M.*

c) presbiterorum duorum *C.*

59. Ex^a octava synodo Cartaginensi.

Item placuit, ut accusatus vel accusator in eo loco, unde est ille qui accusatur vel qui accusat, audiatur. Si metuit aliquam vim temerarię multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes perducere, ibi causa finiatur.

a) *Inskr. gestr. C.*

II.^a De vocatione accusatorum ad iudicium vel ad sinodum.

1. Iulius papa.

Nullus episcopus extra suam provinciam ad iudicium devocetur, sed vocato eo canonice in loco omnibus congruo tempore synodali ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur, quia concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam, quia si minoribus tam de clericis quam^b de^b laicis^b concessum est, quanto magis de episcopis servari convenit. Nam si ipse metropolitanum aut iudices suspectos habuerit^c aut infestos senserit, apud primatem dioceseos aut apud Romanę sedis pontificem iudicetur.

- a) *Zahl fehlt MR.*
- b) *erst hinter est C.*
- c) *habuit C.*

2. Damasus papa.

Vocatio enim ad synodum iuxta decreta patrum canonica eius, qui impetitur, rationabilibus scriptis per spatium fieri debet congruum atque canonicum, quia nisi canonicę vocatus fuerit suo tempore et canonica ordinatione, licet venerit ad conventum, in quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus, quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divineę.

3. Bonifatius papa.

Nullus episcopus neque pro civili neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militare[m] producatu[r] vel exhibeatur. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli condempnatione plectetur.

III.^a De induciis criminorum, qui ad synodum vel ad satisfactionem vocantur.

1. Felix almę^b Romę^b episcopus Athanasio ceterisque episcopis.

De indutiis vero episcoporum, super quibus consuluistis, diversas a patribus regulas^c invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda^d imperitorum machinamenta et suas preparandas responsiones et testes confirmandos et concilia episcoporum atque inimicorum querenda annum et VI menses mandaverunt concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero^e quam VI menses non repperi, quia et laicis hec^f indulta sunt, quanto magis Domini^g sacerdotibus. Nam et a nostris antecessoribus atque reliquis sanctis patribus multotiens inibitum est, ne quis Domini sacerdotes detractionibus non ex radice caritatis prolatis vexet.

a) *Zahl fehlt MKR.*

b) *korr. aus Romę almę M.*

c) *regula M.*

d) *repellanda M.*

e) *autem C.*

f) *fehlt C.*

g) *dominis M.*

2. Idem^a.

Indutię namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendę sunt, ut accusati se preparare et universos communicatores in provinciis positos convenire et testes preparare atque contra insidiatores se pleniter armare valeant.

a) *fehlt K.*

3. Silvester papa.

Constituimus et presenti decreto censemus, ut in primis paternaliter vocentur et per VII^a dies expectentur, nullius ecclesiasticę rei interdicta licentia. Huic vero expectationi iterum addantur dies septem, interdicta^b licentia ecclesiam intrandi et omnia divina officia audiendi. Post vero adiciantur duo^c dies a pace et a communione sanctę ecclesię suspensis. Deinde vero iterum aliis duobus diebus sub eadem expectatione deportentur. Quibus uno die superaddito, omni expectatione veluti iam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur^d.

- a) VI^{ex} C.
- b) *folgt eis C.*
- c) duos *M.*
- d) *es folgt V 4,3 K.*

[IV.]^{ab} De his qui se studiose absentant.

1. Bonifatius^c episcopus Patroclo Remigio et ceteris episcopis per Galliam constitutis.

Valentinę civitatis clerici nos adierunt proponentes per libellum crimina, quę Maximum teste tota provincia asserunt commisisse, <delegata^d totiens cognitione illum constituta semper subterfugisse iudicia nec confusum^e conscientia festinasse, ut si esset innocens, examinatis omnibus purgaretur, quę totiens decreta ex nostrarum cartarum instructione cognovimus^d.> Qui^f e contrario probavit vera esse de se illa, quę dicta sunt, quia^g ad ea confutanda adesse^h minime^h voluit^h, cum essetⁱ innumera, a^j decessoribus meis provinciali^k delegata cognitio. Conventus etiam evitasse^l dicitur^l et adesse minime voluisse. Sed astuta cavillatio eorum, qui versutiosis agendum credunt esse conciliis, numquam innocentię nomen accipiet^m. Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. <Itemⁿ. Qui adiendus hic, ne convinci forsitan ab accusantibus se clericis possit, digna tandem presentatus aliquando episcopali iudicio pronuntiationis congrue feriri sententiaⁿ.> Decrevimus^o vestrum debere intra provinciam esse iudicium et congregari synodum ante diem novembrium kalendarum, ut si adesse voluerit presens, si confidit, ad obiecta respondeat. Quodsi adesse neglexerit, dilationem sententię de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum, qui indulto et^p legato^q iudicio purgandi se occasione non utitur. Nichil enim interest, utrum in presenti examine omnia, quę dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque professione procurata totiens constet absentia.

- a) *Zahl fehlt MKR; III C.*
- b) *davor De iudiciis et C.*
- c) *ferner Ex concilio Cartagiensi (III R) CR.*
- d)-d) *fehlt KR.*
- e) *korr. in confisum C.*
- f) *Quod C; Que R.*
- g) *qui M.*
- h) *fehlt M; adesse minime vult R.*
- i) *essent M.*
- j) *fehlt R.*
- k) *korr. in provintialis C.*
- l) *dicitur evitasse M.*
- m) *korr. aus acceptet M.*
- n)-n) *fehlt KR.*
- o) *davor Item C.*
- p) *folgt totiens M.*
- q) *legato CR.*

2. Iulius episcopus Eusebio Theognio^a Theodoro Berintho^b et ceteris orientalibus episcopis.

Nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens, ut absolvatur, querit^c. Nec suspitione caret, qui alium calumniis derogat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium, ut probet quę intulit, evocatus venire distulerit.

- a) *fehlt C.*
- b) *Bernitho KR.*
- c) *queritur C.*

3.^a Aurelius episcopus dixit. Ex concilio Cartaginensi^b cap.^c VI.^c

Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem provincie ipsius causam deferat accusator. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum vel prime sedis litteris evocatus die statuta minime occurrerit, hoc est intra spatium mensis ex ea die, qua eum litteras accepisse constiterit. Quodsi aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causam suam dicendam inter alium^d mensem integram habeat facultatem. Verumtamen post mensem secundum non^e communicet^f, donec purgetur. Si autem nec ad concilium universale anniversarium occurrere voluerit, ut vel ibi causa eius terminetur, ipse in se sententiam damnationis dixisse iudicetur. Tempore sane, quo non communicat, nec in sua ecclesia vel parrochia communicet. Accusator autem eius, si numquam diebus cause dicendam defuerit^g, a communione non removeatur. Si vero aliquando defuerit, subtrahens se restituto in communione episcopo, ipse removeatur a communione, ita tamen ut nec ipsi adimatur facultas causam peragendam, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse probaverit. Illud vero providendum est, ut cum agere ceperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi^h proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit.

- a) *dieses Kap. nach V 3,3 K.*
- b) *careg M; folgt III MR.*
- c) *fehlt K.*
- d) *alterum KR.*
- e) *fehlt M.*
- f) *comunicat C; comunicat R.*
- g) *fuerit C.*
- h) *ni K.*

[V.]^a De iudiciis.

1. Victor papa Theophilo episcopo.

Placuit ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolice sedis pontificem, qui aut per se aut per suos vicarios eius retractari negotium procuret, et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus in loco eius ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam comprovincialibus episcopis accusati causa^b pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum est.

a) *Zahl fehlt MKCR; Titel fehlt C.*

b) *causam C.*

2. Zephirinus Romanę^a urbis archiepiscopus omnibus^a episcopis.

Patriarchę vel primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant finitam^b, quam apostolica fuerint fulti auctoritate, aut per se ipse confiteatur aut per innocentes et regulariter examinatos convincatur testes. Qui nimirum testes minori non sint numero quam illi discipuli fuerunt, quos Dominus^c adiumentum apostolorum elegit, id est LXXII.

a)-a) *fehlt K.*

b) finitivam *CR.*

c) *folgt ad C.*

3. Zephirinus Romane urbis archiepiscopus omnibus episcopis.

Duodecim iudices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste^a iudicetur. Nec prius audiatur aut excommunicetur, quam ipsi per se eligantur et regulariter vocatus ad suorum primo conventum episcoporum per eos eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero eius cause ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur, nec antea finiatur, quam eius auctoritate fulciatur.

a) *fehlt M.*

4. Fabianus Romanę ecclesię episcopus omnibus episcopis.

Statuimus, ne episcopi a propriis sedibus aut ecclesiis sine auctoritate Romani pontificis eiciantur. Quod si quomodo presumptum fuerit, antequam proprius locus et sua omnia eis legibus redintegrentur^a, nullatenus a quoquam accusentur aut crimentur. Et nisi sponte elegerint, nulli pro talibus respondeatur, sed postquam restituta fuerint et sua omnia eis legibus^a redintegrata, dispositis ordinatisque suis magnum spatium tractandi causam eis concedatur, et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati veniant ad causam, et si iustę visum fuerit, accusantium propositionibus per sustentationem fratrum respondeant. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel ecclesię atque res ab emulis aut a quibuscumque detinentur, ut aliquid illis obici debeat. Nec^b quicquam potest eis quilibet maiorum vel minorum obicere, dum ecclesiis vel rebus aut potestatibus carent suis.

a)-a) *fehlt MK.*

b) *Ne MCR.*

5. Felix almę Romanę ęcclesię archiepiscopus omnibus episcopis.

Quotiens pastor vel rector ęcclesię super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iustę et canonicę recipi debeant, legitima in synodo suo tempore constituta ab omnibus canonicę audiatur, qui sunt in provincia, episcopis. Quodsi legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur accusatus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum, nec illi, qui throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis debent turbari, sed libere Christo domino famulari.

6. Felix episcopus episcopis omnibus.

Si accusatus episcopus et accusatores eius ad causam dicendam invitati venerint, quia unus absque altero audiri non debet, querendum est in iudicio, cuius sint conversationis et fidei atque suspitionis accusatores aut qua intentione hoc faciant, quia ad hoc non debent admitti, nisi bonę conversationis et rectę fidei viri, hii videlicet, qui omni suspitione careant et bonę vitę fama clareant neque infames existant. Quodsi accusatorum personę in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas voluerint.

7. Felix almę^a Romanę ecclesię episcopus Athanasio ceterisque episcopis.

Si quis episcopus legitime accusatus ad concilium canonicę^b convocatus^b fuerit, absque ulla trepidatione ire debebit. Et si ire non poterit, pro se legationem ad synodum mittat. Accusatus autem non prohibeatur a communione, nisi ad electorum iudicium canonicę convocatus infra^c tres^c aut sex vel^d plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quodsi probare potuerit, quod non^e noluerit^e, sed non potuerit venire, nichil ei nocebit. Ille vero qui vi aut timore a sede pulsus aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur, et tandiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus suis carere visus et rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit^f, ei pętentię^g a patribus^h constitutęⁱ absque impedimento concedantur et iudices a se electi tribuantur.

a) *fehlt K.*

b) convocatus canonicę *C.*

c) in fir(atre)s *MKR.*

d) aut *CR.*

e) voluerit *C.*

f) *folgt* et necesse fuerit, inducię *R.*

g) *korr. aus* potenti *MK.*

h) *folgt* inducię *C.*

i) constituta *K.*

8. Marcellinus episcopus episcopis omnibus.

Omne quod inreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non ergo licet imperatori vel cuiquam pietatem custodienti^a aliquid contra mandata divina presumere nec cuiquam, quod evangelicis propheticisque et apostolicis regulis obviatur, agere. Iniustum iudicium et definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat.

a) custodiendi *M*.

9. Bonifacius papa.

Si inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerit de ecclesiastico iure vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem iudicet, et si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc primas alius^a regionis item^b ipsos^c audiat, et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris consentaneum sit, hoc definiat et nulla^d pars valeat calculo eius contradicere.

- a) aliis *M*.
- b) litem *CR*; *folgt* ipsam vel inter *R*.
- c) ipse *korr. in* ipsam *C*.
- d) nullam *M*.

10. Iulius urbis Romę episcopus Eusebio ceterisque episcopis.

Iudices alii esse non debent, nisi^a quos ipse, qui impetitur, elegerit aut quos suo consensu hęc sancta Romana sedes aut primates eius auctoritate huius sedis delegaverint.

a) nis *K*.

11. Damasus papa Stephano archiepiscopo.

Accusatores et iudices non idem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordine ordinabiliter. Nam inscriptio primo^a semper^a fiat, ut talionem calumpniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et seculi leges hæc eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat æquitas, quatinus et accusationis et iudicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant.

a) semper primo *M*.

12. Gregorius Domitiano episcopo metropolitano.

Sicut sine iudicio quemquam nolumus condempnari, ita^a, quæ^a stultę diffinita sunt, nulla patimur excusatione differri.

a) itaque *R.*

13. Iulius papa universis episcopis.

Non oportet quemquam^a iudicare aut dampnare, antequam suos accusatores presentes habeat locumque defendendi atque spatiosum ad abluenda crimina.

a) quequam *K*.

14. Damasus papa Stephano archiepiscopo.

Discutere episcopos et summas ecclesiarum causas negotiorum metropolitanos una cum omnibus suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit et omnes singulorum concordent negotiis, licet, sed diffinire eorum atque ecclesiarum summas querelas causarum vel dampnare episcopos absque huius sancte sedis auctoritate minime licet, quoniam omnes appellare, si necesse fuerit, et eius fulciri auxilio oportet. Nam ut nostis, synodum sine eius auctoritate fieri non est catholicum nec episcopus nisi legitima synodo et suo tempore apostolica vocatione congregata diffinite dampnari potest, neque ulla concilia umquam rata leguntur, que apostolica non fuerint fulta auctoritate.

15. Innocentius Rufo Gerontio^a Soffronio Flaviano Macedonio Prosdocio et Aristeo episcopis per Macedoniam constitutis.

Grave non oportuit videri mentibus vestris piissimis cuiuscumque retractare^b iudicium, quia veritas sepius exagitata magis splendescet in luce et perniciēs revocata in iudicium gravius et sine^c pēnitentia condempnatur. Nam fructus divinus est, in iusticiam sepius recenseri^d, fratres karissimi.

- a) gerentio *C*.
- b) retractari *CR*.
- c) sive *R*.
- d) recensiri *M*.

16. Eleutherius papa.

Non prius iudex litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus nichil habeant in questione^a, quod proponant. Et tamdiu actio^b ventiletur^b, quousque ad^c rei veritatem perveniatur. Frequenter enim interrogari oportet, ne aliquid pretermissum forte remaneat, quod adnecti conveniat. Inducię enim non modicę ad inquirendum dandę sunt, ne aliquod^d prepropere^e agi a quacumque partę videatur, quia per supreptionem^f multa proveniunt.

- a) questionem *C*.
- b) ventiletur actio *C*; ventiletur *R*.
- c) *fehlt K*.
- d) aliquid *CR*.
- e) prepere (*korr.*) *C*; perpropere *R*.
- f) subreptionem *R*.

17. Adrianus papa.

Iudex crimosum discutiens non ante sententiam proferat finitivam, quam aut reus ipse confiteatur aut per testes idoneos vincatur.

18. Idem.

Caveant iudices ecclesie, ne absente eo, cuius^a causa^a ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in synodo pro^b facto^b dabunt.

a) causa cuius *M*.

b) profecto *K*.

19. Ex^a dictis Augustini in libro de civitate Dei.

Omnes causę primitus per auctoritatem veritatis ventilandę sunt, quę^b sint, cuius^c sint, quomodo^d sint, quales sint, docte aut indocte, parvę an^e magnę, note sint aut^f ignote, longi temporis an parvi^g, aut antiqui hostis consuetudinis reperte sint. Hęc omnia iudex cum equalitate discernere debet.

- a) *Inskr. fehlt M; Inskr. am Rand C.*
- b) *Absatz M.*
- c) *quomodo C.*
- d) *cuius C.*
- e) *aut C.*
- f) *an K.*
- g) *pravi C.*

20. Ex^a concilio Cartaginensi^b.

Si autem presbiteri vel diacones fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, una secum in presbiteri nomine episcopi sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum et dilationum et a communionemotionum et discussione personarum inter accusatores et eos, qui accusantur, forma servata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

a) *Inskr. fehlt M.*

b) *folgt Cap. III C; folgt III R.*

21. De eodem.

Hoc etiam placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit^a soluta sententia, si^b convinci^b non potuerint vel inimico animo iudicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciori numero, quam constitutum est, non liceat provocari.

a) *folgt nochmals* provocatum - quorum *M*.

b) sicut vinci *K*.

22. Ex VII. libro codicis Iustiniani^a.

Cessante^b quoque causa peremptorii^c edicti adversus eos, qui ammoniti iudicio adesse noluerunt, sententiam ab iudice posse ferri^d certum est.

- a) iustinioni *M.*
- b) Cesante *M.*
- c) pretorii *R.*
- d) fieri *K.*

23. De^a eodem.

Si^b, ut proponis, preses^c provincię certum locum causę cognoscendę dedisset, alibi per^d correptionem aditus sententia^e adversus te absentem^f protulit, quod ita gestum est, ad effectum iuris expectare minime oportet.

- a) *Inskr. fehlt M.*
- b) *i M.*
- c) *folgt locum K.*
- d) *p R.*
- e) *sententiam C.*
- f) *absente C.*

24. Ex eodem.

Ea, quę statuuntur adversus absentes, non per contumaciam, scilicet denuntiationibus, nequaquam ex more conventos^a, iudicatę rei firmitatem^b non optinere certum est.

a) conventis *C.*

b) firmitate *M.*

25. De^a eodem.

Cum^a non voluntatis tuę arbitrio, sed necessitate profectus es, quicquid contra absentem statutum fuerit, quando absentię necessaria causa sit, officere tibi iuris ratio non permittit.

- a) *Inskr. fehlt M.*
- b) *um M.*

26. Ex eodem.

Cum presentibus partibus litem inchoatam^a proponas, si postea quam contra te licet absentem pronuntiatum est, intra prefinitum diem non appellasti, latam sententiam rescindi postulanti multę sacre constitutiones refragantur.

a) inoboatam *R.*

27. De eodem.

Constitit in quacumque causa sive privata sive publica sive fiscali, ut cuicumque data fuerit pecunia vel iudici vel adversario, amittat actionem^a is^b, qui diffidentia iustę sententię in pecunię corruptelas spem negotii reposuerit.

a) actione *K*.

b) his *MC*.

28. Ex eodem.

Neque suam neque decessoris sui sententiam quemquam posse revocare, in dubium non venit. Nec necesse est^a ab huiusmodi decreto interponere provocationem, explorati iuris est.

a) esse *C*.

29. De eodem.

Sententia, quę dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententię habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis sollemnitas requiratur.

30. Ex eodem.

De eo qui pretio depravatus vel gratia perperam iudicaverit, ei^a vindicta, quem leserit, non solum estimationis dispendii, sed etiam litis discriminis prebeatur.

a) *folgt vic K.*

31. Gregorius.

Omnes itaque causę, quę vel pretorio iure vel civili tractantur negotio, episcoporum sententiis terminatę perpetua stabilitate permaneant. Nec liceat ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententiis fuerit definitum^a.

a) diffinitum C.

32. Ex concilio Antioceno.

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, episcopis exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius^a iudicari non poterit, sed quę ab omnibus prolata est^b sententia, firma et rata permaneat.

a) ultius *M.*

b) con *K.*

33.^a

Incerta nemo umquam pontificum iudicare presumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quę manifestis indiciis^b comprobantur, nisi^c quę manifesto iudicio^c convincuntur, nisi^d quę iudiciario ordine publicantur.

a) *kein Absatz zu V 5,32 C.*

b) *iudiciis KR.*

c)-c) *et K.*

d) *et K.*

34. Ex Sardicensi concilio.

Osius episcopus dixit: Providendum est, ut si in aliqua provincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, unus e duobus ex alia provincia non advocet episcopos ad iudicium.

35.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententię, quam plena sanctitate protulistis, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter^a in eius cathedra post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata^b.

a) *folgt* episcopus *C*.

b) determinetur *M*; determinetur *korr. in* determineta *C*.

[VI.]^a De monomachia.

1. Nicholaus papa Lothario.

Monomachiam vero in lege non adsumimus, quam preceptam fuisse non reperimus. Quam licet quosdam inisse legamus, sicut secundum David et Goliath sacra^b prodidit hystoria, nusquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hæc et huiuscemodi sectantes Deum solummodo temptare videantur.

a) *Zahl fehlt M; V. KCR.*

b) *fehlt K.*

[VII.]^a Quod sententia potest corrigi vel in melius mutari^b.

1. Innocentius.

Veniam nunc ad Maximum quasi ad quoddam thema Fotinum^c, et quod mihi anxium est ac difficillimum. Maiorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto, ut etiam ipsi commeministis, aliquid utique gravius constitutum. Verum quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi et elicium per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos hinc in^d tantum vobis^e annitentibus^f post condemnationem more apostolico subrogamus tantisque vestris assertionibus vobisque tam bonis, tam caris non dare consensum omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres karissimi, et sententia ac postulatione episcopum Photinum^g habetote. Licitum est ita constituere, ut deprecamini, et nostram in melius conversam sententiam labore vel testimonio vestro compotem vobis suscipite atque Eustasium a me sepiissime comprobatum nolite^h expectare, ut diaconii gratia expolietur. Sollicitos enim vosⁱ pro salute libenter audio, contra caput^j etiam, si faciendum est, non^k libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo, cui porrigo, mecum porrigite.

- a) *Zahl fehlt MK; VI. CR.*
- b) *commutari C.*
- c) *fonium C.*
- d) *fehlt C.*
- e) *nobis MR.*
- f) *admittentibus C.*
- g) *fotium (korr.) C.*
- h) *folgt nochmals comprobatum nolite M.*
- i) *nos R.*
- j) *capitulum C.*
- k) *vos C.*

2. Ex epistola Nicholai pape^a ad regem^b Carolum^b.

Nam sedis^c apostolicę^c sententia^c tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientię maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur^d, nec immutari necessarium ducatur, nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit^e vel immutanda secundum premisse tenorem conditionis existat.

a) *fehlt M.*

b) Karolum regem *K.*

c) sententia sedis apostolice *C.*

d) *folgt* ut *KC.*

e) *fehlt R.*

[VIII.]^a Quod pro uno adversus plures non sit facile ferenda sententia.

1. Augustinus in tercio libro de baptismo.

Fieri potuit, ut in obscurissima questione verius pluribus unus paucive^b sentirent, sed non facile pro uno vel paucis adversus innumerabiles religionis et unitatis viros et magno ingenio et uberi^c doctrina peditos nisi pertractatis pro viribus ac perspectis^d rebus ferenda^e sententia est.

a) *Zahl fehlt MK; VII. C.*

b) *paci ve K.*

c) *verbi C.*

d) *prospectis C.*

e) *folgt nochmals ferenda R.*

[IX.]^a Quando adversariis respondendum sit, quando minime.

1. Augustinus in libro II. de civitate Dei.

Qui vel non possunt intelligere, quod dicitur, vel tam duri sunt adversitate mentis, ut etiam si intellexerint, non obediunt, respondent, ut^b scriptum est, et locuntur iniquitatem atque infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta contraria, si totiens velimus refellere, quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare, quid dicant, dum quocumque modo nostris disputationibus contradicant, quam sit infinitum et erumnosum et infructuosum, vides.

a) *Zahl fehlt MK; VIII. CR.*

b) quod *C.*

2. Idem in secundo^a libro de sermone Domini in monte.

Qui novit, quid respondeat, debet^b respondere vel propter alios, quibus desperatio suboritur, si propositam quæstionem solvi non posse crediderint, et hoc de rebus utilibus et^c ad instructionem salutis pertinentibus. Multa sunt enim, quæ inquiri ab otiosis possunt, et supervacua et inania et plerumque noxia. De quibus tamen non nichil dicendum est, sed hoc ipsum aperiendum et explicandum, cur inquiri talia non oporteat. De rebus vero utilibus aliquando ad id respondendum est, quod interrogamur, sicut Dominus fecit, cum eum Saducei de muliere, quæ VII viros habuit, cuius eorum in resurrectione futura esset. Respondit enim, quod in resurrectione neque nubent neque uxores ducent, sed erunt sicut angeli in cælis. Aliquando autem ille, qui interrogat, interrogandus est aliud; quod tamen si dixerit^d, ipse sibi ad id, quod interrogavit, respondeat. Si autem dicere noluerit^e, non videatur his, qui adsunt, iniustum, si et ipse, quod interrogavit, non audiat. Nam et illi, qui interrogaverunt, temptantes, utrum reddendum esset tributum, interrogati sunt aliud, id est cuius haberet nummus imaginem, qui ab ipsis prolatus est; et quia dixerunt, quod interrogati erant, id est cæsaris imaginem habere nummum, ipsi sibi^f quodammodo responderunt idem, quod Dominum interrogaverant. Itaque ille ex eorum responsione ita conclusit: Reddite ergo, quæ sunt cæsaris, cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Cum autem principes sacerdotum et seniores populi interrogassent, in qua potestate illa faceret, interrogavit eos de baptismo Iohannis, et cum nolent dicere, quod contra se videbant dici, de Iohanne autem nichil mali dicere auderent propter circumstantes: Nec ego, inquit, vobis dicam, in qua potestate hæc^g facio. Quod iustissimum apparuit circumstantibus. Hoc enim se dixerunt nescire, quod non nesciebant, sed dicere volebant. Et revera iustum erat, ut qui sibi volebant responderi, quod interrogaverant, prius ipsi facerent, quod erga se fieri postulabant. Quod si fecissent, ipsi sibi utique respondissent.

Explicit^h liber^h V.^h

- a) I^o C.
- b) de quibus K.
- c) *fehlt* C.
- d) *folgt* ille K.
- e) noluerint R.
- f) qui R.
- g) h(oc) C.
- h) *fehlt* KR.

Incipit liber VI.

[I.]^a De imperatoribus et principibus et reliquis laicis eorumque ministerio.

1. Clemens papa.

Omnes principes terrę et cunctos homines episcopis obędire et capita sua submittere eorumque adiutores existere precipiebat sanctus Petrus, ut^b omnes pariter fideles et cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: `Confundentur et erubescunt omnes qui pugnant adversum te, et erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quęres eos et non inuenies eos viros rebelles tuos: Erunt quasi non sint et veluti consumptio hominis bellantis adversum te'. Omnes ergo, qui eis^c contraeunt^d, ita dampnatos et infames usque ad satisfactionem monstrabat, et ut, nisi converterentur, a liminibus eęclesię alienos esse precipiebat.

a) *Zahl fehlt MKCR.*

b) *et M.*

c) *eos C.*

d) *korr. in contradicunt R.*

2. Pius^a papa^a.

Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus.

a) *am Rand nachgetragen C.*

3. Urbanus papa.

Karissimi^a, monemus, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum in eis que Dominum veneritis^b et eos ut animas vestras diligatis et illi^c, quibus non communicant, non communicetis et, quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste aliquem liget, quod tamen sumopere precavere debemus.

- a) *ohne Absatz C.*
- b) *veneritis KR.*
- c) *korr. in illis R.*

4. Alexander^a papa^a.

Si quis laicus erga episcopum^b vel actores^c ecclesie quamlibet se querelam habere iustam crediderit, non prius primates aut alios adeat iudices, quam ipsos, a quibus se lesum existimat, conveniat familiariter. Non semel, sed sepissime, ut ab eis aut suam iusticiam accipiat aut excusationem. Sin autem secus egerit, ab ipsis et ab aliis communione privetur, tamquam apostolorum patrumque contemptor.

a) *fehlt C.*

b) *Christum R.*

c) *auctores KC.*

5. Stephanus episcopus omnibus orthodoxis.

Laicis quamvis religiosi sint, nullis tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur umquam attributa facultas neque deinceps fieri permittimus, sed omnino interdicentes prohibemus.

6. Symacus.

Non licet laico statuendi in ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.

7. Innocentius papa Exuperio episcopo cap.^a III.^a

Quesitum est etiam super his, qui post baptismum administraverunt et aut tormenta sola exercuerunt^b aut etiam capitale protulerunt^c sententiam. De his etiam nichil legimus a maioribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates^d has fuisse concessas et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et^e Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem^f. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo ita, ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.

a) *ferner rubriziert* Capitulo III. *M*; *fehlt R*.

b) *excreverunt R*.

c) *korr. in* *pertulerunt R*.

d) *potestas M*.

e) *ut M*.

f) *vindice C*.

8. Idem Exuperio episcopo. Cap. V.^a

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur utique post baptismi regenerationem a principibus poscere mortem alicui vel sanguinem de reatu. Quam rem principes numquam sine cognitione concedunt, sed ad^b iudices commissa ipsa crimina semper remittunt, ut causę cognitę vindicentur. Quę cum quęsitori fuerint delegata, aut absolutio aut dampnatio pro negotii qualitate profertur, et dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

a) *ferner rubriziert* Capitulo V. M.

b) a R.

9. Celestinus papa.

Docendus est populus, non sequendus; nosque^a, si nesciunt, quod liceat quodve non liceat, commonere, non his consensum prebere debemus. Quisquis vero conatus fuerit temptare prohibita, sentiet censuram canonicam minime defuturam.

a) eosque *M*.

10. Gregorius papa.

Si quis fecerit contra decretum episcopi, ab ecclesia abiciatur^a.

a) deiciatur C.

11. Idem in registro ad Ilpertum^a regem^b Francorum. In epistola XXXVI lib. XI.^b

Propter hoc omnipotens Deus bonos quosque ad populorum regimina perducit, ut per eos omnibus, quibus^c prelati fuerint, dona suę pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus, cui vestra gloria idcirco est preposita, ut per bona, quę vobis concessa sunt, etiam subiecte vobis genti superna beneficia prestarentur. Et ideo, gloriose fili, eam quam accepisti divinitus gratiam sollicita mente custodi, christianam fidem in populis tibi subditis extendere festina, zelum rectitudinis tuę in eorum conversatione^d multiplica, idolorum cultus insequere, phanorum ędificia ęverte, subditorum mores in magna vitę munditia exortando terrendo blandiendo corrigendo^e et boni operis exempla monstrando ędifica, ut illum retributorem invenias in cęlo, cuius nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipse enim vestre^f quoque glorię nomen etiam^g posteris gloriosius^h reddet, cuius vos honorem quęritis et reservatisⁱ in gentibus. Sic enim Constantinus quondam piissimus imperator Romanam rem publicam a perversis ydolorum cultibus revocans, omnipotenti Deo et domino nostro Iesu Christo secum subdidit seque cum subiectis populis tota ad eum mente convertit. Unde factum est, ut antiquorum principum nomen suis vir ille laudibus vinceret et tanto in opinione^j precessores^k suos quanto et in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gratia cognitionem unius Dei patris et filii et spiritus sancti regibus ac populis sibimet subiectis festinet infundere, ut antiquos^l gentis suę reges^m laudibus ac meritis transeat et quanto in subiectis suis etiam aliena peccata deterserit, tanto etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen securior fiat.

- a) Hilpertum *K*; hilbertum *C*; Ib(er)t(um) *R*.
- b)-b) *fehlt R*.
- c) *fehlt K*.
- d) conversione *R*.
- e) cocorrigendo *M*.
- f) nostrę *R*.
- g) et *M*.
- h) gloriosus *M*.
- i) servatis *M*.
- j) opinionem *C*.
- k) predecessores *C*; precesso sores (*Seitenwechsel*) *R*.
- l) antiquas *K*.
- m) leges *MK*.

12. Idem ex^a registro^a ad Brunichildam reginam Francorum. In epistola XLIII lib. XI.

Cum scriptum sit: "Iusticia elevat gentem, miseros autem populos facit peccatum", tunc regnum stabiliri creditur, cum culpa, quę cognoscitur, citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione^b pervenit, quod dicere sine afflictione cordis nimia non valemus, ita quosdam sacerdotes in illis partibus impudice ac nequiter conversari, ut^c et audire nobis obprobrium et lamentabile sit referre. Ne ergo, postquam huius nequitię hucusque se tendit opinio, aliena pravitas aut nostram animam aut vestrum regnum peccati^d sui^e iaculo feriat, ardentem ad hęc debemus ulciscenda consurgere, ne paucorum fames multorum possit esse perditio. Nam causa^f sunt ruine populi sacerdotes mali. Quis enim pro^g populi peccatis se intercessor obiciat, si sacerdos, qui exorare debuerat, graviora committat? Sed quoniam eos, quorum hęc locutio est, insequi nec sollicitudo ad requisitionem nec zelus excitat ad vindictam, scripta ad nos vestra discurrant, ut personam, si precipitis, cum vestre^h auctoritatis assensu transmittamus, quę una cum aliis sacerdotibus hęc et subtiliter querere et secundum Dominum debeat emendare. Nec enim dissimulanda sunt, quę dicimusⁱ, quia qui emendare potest et negligit, participem se proculdubio delicti constituit. Providete ergo anime vestre, providete nepotibus, quos cupitis regnare feliciter, providete provinciis, et priusquam creator noster manum suam^j ad feriendum excutiat, de correctione^k huius sceleris studiosissime cogitate, ne tanto postmodum acrius feriat, quanto modo diutius et clementer expectat. Scitote autem, quia^l magnum Deo nostro sacrificium placationis^m offertis, si tanti labem facinoris de vestris cicibus amputatis.

- a) *folgt nach* Francorum CR.
- b) *revelatione M; eher* relatione K.
- c) *folgt* hoc C.
- d) *eher* peccata (?) M.
- e) *suo* KC.
- f) *cause M; korr. aus* cause C.
- g) *fehlt* R.
- h) *nostrę* R.
- i) *korr. aus* ducimus R.
- j) *fehlt* K.
- k) *correctione C; corruptione* R.
- l) *qua* C.
- m) *placatiois* R.

13. Idem in epistola LV lib. XI.

Preterea pervenit ad nos, quod quidam clericorum te illic posito a laicis teneantur. Quod si ita est, tuę hoc^a culpę noveris reputari, quia hoc fieri, si homo esses^b, non debuit. Et ideo decetero sollicitudinem te habere necesse est, ut hoc fieri non permittas. Sed si quis contra aliquem clericorum causam habuerit, episcopum ipsius adeat. Qui si forte suspectus fuerit, executor vel ab ipso aut, si et hoc auctor refugerit^c, a tua est^d experientia deputandus, qui partes^e sibi mutuo consensu iudices compellat eligere, a quibus quicquid fuerit definitum, ita vel tua vel episcopi sollicitudine servata lege modis omnibus compleatur, ut non sit, unde se possint litigiis fatigare.

a) *fehlt K.*

b) *esse M.*

c) *folgt nochmals* vel *ab - refugerit R.*

d) *fehlt R.*

e) *patres R.*

<13a.^a Idem in^b epistola^b LV.^b lib. XI.

Pervenit ad nos quod, si quis contra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde eam causam constat esse incongruam, hac tibi auctoritate precipimus, ut hoc facere^c denuo^c non presumas. Sed^d si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adead, ut aut ipse cognoscat aut certe ab ipso iudices deputentur aut, si fortasse ad arbitros eundum est, partes ad eligendos iudices ab ipso executio deputata compellat. Si quis vero vel clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipse cognoscas aut certe te ammonente sibi iudices eligant. Nam si sua unicuique episcopo iurisdictio non servatur, quid aliud agitur nisi ut per te, per quem ecclesiasticus custodiri illic ordo debuit, confundatur? Ita nobis nuntiatum est, quia quosdam clericos, qui a reverentissimo fratre nostro Iohanne episcopo exigente culpa in penitentia comissi sunt, nesciente eo tua exinde^e illos^e auctoritate eieceris. Quod si verum est, rem te omnino inhonestam et non leviter increpandam fecisse cognoscas. Eosdem ergo clericos episcopo suo sine mora restitue et hoc decetero cave committere^f. Quia^g si neglexeris, nostros te noveris non mediocriter motus incurrere.>

a) ganze Kap. fehlt MK.

b) fehlt C.

c) denuo facere R.

d) nachgetragen C.

e) illos exinde R.

f) korr. aus onmittere C.

g) Quod C.

14. Idem ex^a registro^a. Romano^b defensori Sicilie. In epistola XXIII lib. X.^b

Prudentes viros, sicut estis, regibus adherere multorum solamen est. Nam dum prestari sibi locum ad animę datum utilitatem intellegunt, certum est quia mercedis causas alias, ubi inveniunt, non preponunt.

a) *fehlt K.*

b)-b) *davor nochmals Idem M; fehlt R.*

15. Adrianus papa.

Non liceat imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divinitatis presumere nec^a quicquam, quo evangelicis propheticisque seu apostolicis regulis obvietur, agere. Iniustum enim iudicium et definitio iniusta regio metu vel iussu a iudicibus ordinata non valeat. Nec quicquam, quod contra evangelicam et propheticam aut apostolicam doctrinam constitutionemque eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit, et quod ab infidelibus aut hereticis factum fuerit, omnino cassabitur.

a) ne *K*; *korr. aus* ne *C*.

16. Augustinus.

Ammoneo vos, dilectissimi, Deum timere, sacerdotes honorare, reddentes eis debitum sanctitatis, ut vobis adiuvantibus ipsi inconturbati valeant atque securi salutaria predicare, regulam atque vigorem ecclesiasticum^a conservare, ita ut clerici omnes suis subiaceant episcopis et ab illis doceantur. Preceptum quippe est a Domino: "Reddite quę sunt Cęsaris Cęsari et quę sunt Dei Deo." Apostolicum preceptum vobis mando, ut nullus secularis clericum in suum habeat obsequium, sed illi, cuius signaculum in^b capite^b habeat^b, mente deserviat et corde educatus in his, quę a suo precipiuntur episcopo. Detestabile est enim et iniquum opus clericum in ludis inveniri aut cum accipitribus vel venationibus degere^c vitam tantisque scenicis causis sauciatum ad episcopatum aut presbiterium vel quibuslibet sacerdotalibus officiis accedere, non bonis moribus, sed malis vitiis plenum. Scriptum namque est: "Qui diligitis Dominum, odite malum." Nam exhortamur christianitatem vestram, ut iuxta sanctorum canonum instituta nec in ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbiter suscipiatur, nisi a vestre ecclesię fuerit episcopo consecratus^d, ut ab eo per commendaticias litteras suscipiatur. Multi enim sibimet ipsis mendaces multotiens servi^e cuiusquam fugam arripientes dominis suis semetipsos quasi consecratos presbiteros annuntiant^f, dum^f non sint. Sunt enim ministri diaboli et non Dei, et qui eos suscipiunt, similiter, quia scriptum est: "Videbas furem et currebas cum eo" et cetera.

- a) ecclesiasticum *M*.
- b) habet in capite *C*; in capite habet *R*.
- c) *eh*er elegere *M*.
- d) ordinatus *K*.
- e) *fehlt* *K*.
- f) annuntiandum *R*.

17. Isidorus.

Qui recte utitur regni potestate, ita suis preesse debet, ut quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet, proponens sibi exemplum humilitatis David, qui suis meritis non timuit, sed humiliter sese deiciens dixit: "Vilis incedam et vilis apparebo ante Deum, qui elegit me." Qui recte utitur regni potestate, formam iusticie factis^a magis quam verbis instituet. Iste nulla^b prosperitate erigitur, nulla adversitate turbatur, non innititur^c propriis viribus nec a Domino recedit cor eius, regni fastigio humili presidet animo, non eum delectat iniquitas, non inflammat^d cupiditas, sine fraudatione alicuius ex paupere divitem facit, et quod iusta potestate a populis extorquere poterat, sepe misericordie clementia donat. Dedit Deus^e principibus presulatum pro regimine populorum et illis eos preesse voluit, cum quibus una est eis nascendi moriendique conditio. Prodesse ergo debet populis principatus, non nocere nec dominando premendo, sed condiscernendo consulere, ut vere sit utile hoc potestatis insigne et dono Dei pro tuitione utantur membrorum Christi. Membra^f enim Christi fideles sunt populi, quos dum ea potestate, quam accipiunt, optime regunt, bonam utique vicissitudinem Deo largitori restituunt. Domus^g regis^g facilius ad iusticiam a delicto regreditur, quam de iusticia ad delictum transferatur, ut noveris^h esse casum, illic propositum. In proposito eius esse debet numquam egredi a veritate, quamⁱ et si casu titubare contigerit, mox resurgere.

- a) facis *M*.
- b) nulle (*korr.*) *C*.
- c) ininitur *MK*.
- d) in flamma *K*.
- e) *fehlt* *MK*.
- f) Memembra *C*.
- g) Bonus rex *C*.
- h) *folgt* hic *CR*.
- i) quod *CR*.

18. Idem.

Plerumque princeps iustus etiam malorum errores dissimulare novit, non quod iniquitati^a eorum consentiat, sed cum^b aptum tempus correptionis^c expectet, quando eorum vitia vel emendare valeat vel punire. Multi adversus principes coniurationis crimine deteguntur, sed probare volens clementiam Deus principum illos male cogitare permittit, istos non deserit. De illorum malo bene istis facit, dum culpas, quas illi agunt^d, isti mira patientia indulgent. Reddere malum pro malo vicissitudo est iusticię, sed qui^e clementiam addit iusticię, non malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malo offensis^f impertit.

- a) iniquitate *K*.
- b) quod *C*.
- c) correptionis *M*.
- d) agant *C*.
- e) quid *M*.
- f) offensus *C*.

19. Idem.

Difficile est principem regredi ad melius, si vitiis fuerit implicatus. Populi enim peccantes iudices metuunt^a, reges autem nisi solo Dei timore metuque gehenne coercentur, liberi in preceps prouunt^b et per abruptum^c licentię in omne facinus vitiorum labuntur. Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori conversatur periculo, et quanto splendoris honore quisque celsior est, tanto, si delinquat, peccator maior est. 'Potentes enim potenter tormenta paciuntur'. Cui^d enim plus committitur, plus ab eo exigitur etiam cum mensura pęnarum. Reges vitam subditorum facile exemplis suis vel ędificant vel subvertunt. Ideo^e principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati eius impunita licentia. Nam rex, qui ruit in vitiis^f, cito viam^g ostendit erroris, sicut^h legitur de Ioroboam, qui peccavit et peccare fecit Israel. Illius autem culpę ascribitur, quicquid exemplo eius a subditis perpetratur. Sicut nonnulli bonorum principum Deo placitaⁱ factaⁱ secuntur, ita^j facile multi pravorum exempla sectantur^l. Plerique autem apud iniquos principes necessitate^k magis quam voto mali existunt, dum imperiis eorum obędiunt. Nonnulli autem sicut prompti sunt sequi reges in malum, sic pigri sunt imitari illos in bonum. Sepe unde mali reges peccant, inde boni iustificantur, dum precedentium cupiditatem et malitiam corrigunt. Nam re vera peccatis eorum communicant, si^l quod illi diripuerunt, isti retentant. Cuius peccatum quisque sequitur, necesse est ut eius pęnam sequatur. Neque enim erit impar supplitio, cuius errori quisque par est et^m vitio.

- a) *folgt* et a malo suo legibus coercentur (coercentur R) CR.
- b) corruunt C.
- c) abruptum K.
- d) Cum M.
- e) Ido M.
- f) vit(us) M.
- g) veniam MK.
- h) sic C.
- i) facta placita C.
- j)-j) *fehlt* K.
- k) necessitatem M.
- l) sed MC.
- m) *fehlt* K.

20. Idem.

Iustum est principem legibus optemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reverentiam prebet. Principes legibus teneri suis nec in se posse damnare iura, quę in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non paciantur. Sub regiminis disciplina^a seculi potestates subiectę sunt, et quamvis culmine regni sint^b preediti, vinculo tamen fidei tenentur astricti, ut fidem Christi suis legibus predicent et ipsam fidei predicationem moribus bonis conservent.

a) *folgt nochmals* disciplina K.

b) sunt C.

21. Idem.

Principes seculi nonumquam intra ecclesiam potestatis adeptę culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessarię non essent nisi ut quod non prevalet sacerdos efficere^a per doctrine sermonem, potestas hoc imperet per discipline terrorem. Sepe per regnum terrenum celestę^b regnum^b proficit, ut^c qui^d intra ecclesiam positi contra fidem^e et disciplinam^f agunt^g, rigore principum conterantur ipsamque disciplinam^g, quam ecclesię utilitas vel humanitas^h exercere non prevalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat, etⁱ sicⁱ bene rationem meretur^j, virtute potestatis^k impertiat. Cognoscant principes seculi Deo debere reddere^l se^l rationem propter ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augetur^m pax et disciplina ecclesię per fideles principes sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam ecclesiamⁿ credidit.

- a) edificare vel efficere *C*; ędificare *R*.
- b) celesti regno *R*.
- c) et *MK*.
- d) *steht erst nach* positi *R*.
- e) fidem *R*.
- f) *folgt* ecclesię *R*.
- g)-g) *fehlt M*.
- h) humilitas *K*.
- i) vel *CR*.
- j)-j) *fehlt CR*.
- k) potestis *K*.
- l) se *nachgetragen K*; se reddere *C*.
- m) augeatur *CR*.
- n) *fehlt K*.

22. Eiusdem.

Qui intra seculum bene temporaliter imperavit^a, sine fine in perpetuum regnat et de gloria seculi huius ad æternam transmeat gloriam. Qui vero prave regnum exercent, post vestem fulgentem et lumina lapillorum nudi et miseri ad inferna torquendi descendunt. Reges a recte agendo vocati sunt, ideoque recte faciendo regis nomen tenetur, peccando ammittitur. Nam et viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis, eo quod recte agant sensusque proprios bene regant et motus his resistentes sibi rationabili discretione componant. Recte^b igitur illi reges vocantur^b, qui tam semetipsos quam subiectos bene regendo modificare noverunt. Quidam ipsum nomen regiminis ad immanitatem transegerunt crudelitatis, dumque ad culmen potestatis venerint, in apostasiam statim labuntur tantoque se tumore cordis extollunt, ut cunctos subditos in sui comparatione despiciunt^c eosque, quibus preesse contigit, non agnoscant. Quibus congrue per Ecclesiasten dicitur: "Ducem te constitui, noli extolli". Dum mundi reges se ceteris sublimiores sentiunt, mortales tamen se esse cognoscant. Nec regni gloriam, qui^d in^e seculo sublimantur, aspiciant, sed opus, quod secum ad inferos deportant, intendant. Si ergo carebunt huius temporis gloria, illa agant, quæ post finem sine fine possideant. Dum apostolus dicat: "Non est potestas nisi a Deo", quomodo per prophetam de^f quibusdam potestatibus dicitur: "Ipsi regnaverunt, sed non ex me"? Quasi diceret: non me propitio, sed me irato. Unde inferius per eundem prophetam dicit: "Dabo, inquit, tibi regem in furore meo". Quo manifestius elucet^g bonam malamque potestatem a Deo ordinari, sed bonam propitius, malam iratus. Reges, quando boni sunt, muneris esse Dei, quando vero mali, sceleris esse populi. Secundum meritum^h enim^h plebium disponitur vita rectorum, testante Iob: "Qui regnare facit ypocritam propter peccata populi". Irascente enim Deo talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnumquam pro malicia plebis etiam reges mutantur, et qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui.

- a) imperat *CR*.
- b)-b) *fehlt MK*.
- c) despiciant *C*.
- d) qua *C*; *fehlt R*.
- e) *folgt hoc K*.
- f) *fehlt K*.
- g) ducet *R*.
- h) enim meritum *C*.

23. Ex Tolletano^a concilio^a.

Si quis potestati regię, quę non est iuxta^b apostolum nisi a Deo, contumaci et inflato spiritu contradicere vel resistere presumpserit et eius iustis et rationabilibus imperiis secundum Deum^c et auctoritatem ecclesiasticam obtemperare noluerit, anathematizetur.

- a) concilio Toletano *M.*
- b) iusta *C.*
- c) *fehlt K.*

24. Ex Aureliano^a concilio.

Ut iudices aut potestates, qui pauperes opprimunt, si commoniti a pontifice suo non emendaverint, excommunicentur.

a) Aureliani *KR*.

25. Ex Africano^a IIII.^b

Laicus presentibus clericis nisi ipsis probantibus docere non audeat^c.

a) Asticano concilio *M*; *folgt* capitulo *C*.

b) *fehlt M*.

c) *folgt Titel VI 2 getilgt M*; *audet K*.

26. Gregorius in registro Petro subdiacono Campanię.

Violentes laicos cohercere non contra legem agere, sed legi ferre subsidium.

II.^a De obediendo rei^b publicę^c utilitatibus.

1. Gregorius universis militibus Neapolim^d.

Summa militię laus inter^e alia bona merita est obędientię^f rei publice utilitatibus exhibere, quicquid sibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare, sicut et nunc devotionem vestram fecisse didicimus, quę epistolis vestris^g, quibus magnificum virum Constantium tribunum custodie civitatis deputavimus, preesse paravit^h et congruam militaris devotionisⁱ obędientiam demonstravit. Unde scriptis vos presentibus curavimus ammonendos, uti predicto magnifico viro tribuno, sicut et fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum utilitate vel conservanda civitate obędientiam exhibere, quatenus quicquid a vobis hactenus bene gestum agnoscitur, per presentem temporis vigilantiam ac sollicitudinem augmentetis.

a) *Zahl fehlt MK.*

b) *fehlt, am Rand regi M.*

c) *p̄p̄ M.*

d) *ineapolim MK; in neapoli C.*

e) *folgt omnia C.*

f) *obedientiam C.*

g) *MKCR.*

h) *claruit CR.*

i) *devovionis K.*

III.^a De honorandis clericis vel^b laicis, qui sunt^c in temptatione^d fideles^d, et senibus et pauperibus ecclesie.

1. Concilium Cartaginense IIII. cap. XLII.

Clericum inter temptationes ab officio suo incubantem gradibus sublimandum^e. In^f eodem cap.^g XLIII.^f Christianum catholicum, qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore a sacerdotibus honorandum, etiam cotidianus victus ei ministretur.

a) *Zahl fehlt MKR.*

b) *et C.*

c) *fehlt C.*

d) *temptant fidelibus C.*

e) *sublimantem M.*

f)-f) *fehlt, statt dessen nachgetragen Ex concilio Cartaginensi M; Absatz R.*

g) *capitula R.*

2.^a In eodem capitulo LXXXIII.^b

Pauperes et senes ecclesię plus ceteris honorandos.

a) *ohne Absatz zu VI 3,1 C.*

b) LXXXIII *M.*

3. Ieronimus super Matheum.

Honor in scripturis non tantum in salutationibus et offitiis deferendis quantum in helemosinis ac munerum oblatione sentitur. 'Honora, inquit apostolus, viduas, quę vere viduę sunt.' Hic honor donum intelligitur; et in alio loco: 'Presbiteri duplici honore honorandi, maxime qui laborant in verbo et doctrina, et per hoc mandatum iubemur, ut bovi^a trituranti os non claudamus et dignus sit operarius mercede sua.

a) boni *R.*

IV.^a De coniugiis vel^b matrimonio et^c consanguinitate^c et de separatione^d.

1. Evaristus omnibus episcopis.

Aliter legitimum non fit^e coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habent et a quibus custoditur uxor, petatur et a parentibus propinquioribus sponsetur et legibus detur et suo tempore sacerdotaliter cum precibus et oblationibus benedicatur et a paranimphis custodita et sociata a proximis congruo tempore detur et sollempniter accipiat et biduo vel triduo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bone soboles generentur et Domino in suis actibus placeant. Taliter enim et Domino placebunt et filios non spurios, sed legitimos et hereditabiles generabunt. Quapropter, filii karissimi, ita peracta legitima scitote esse coniugia. Aliter vero presumpta non coniugia, sed aut adulteria aut contubernia aut supra^f vel fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas suffragaverit propria et vota succurrerint legitima.

a) *Zahl fehlt MK.*

b) et *CR.*

c) ex sanguinitate *M.*

d) *folgt* et de gradibus propinquitatis *C.*

e) sit *K.*

f) strupra *M;* strupa *C.*

2. Fabianus papa.

Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separentur^a.

a) separetur *C*.

3. Eusebius papa.

Desponsatam puellam non licet parentibus^a dare^b alio^b viro^b, et tamen licet ei monasterium eligere, si voluerit.

a) *fehlt K.*

b) alio viro dare *K*; dare alii viro *R*.

4. Innocentius Exuperio episcopo capitulo VI.

De his etiam^a requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii^b se matrimonio copulaverint. Quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam heę personeę, quibus tales coniuncti sunt, et ipse^c adulterium commisisse^d videantur secundum illud, quod legimus in evangelio: 'Qui dimiserit uxorem suam et duxerit aliam, mechatur.' Et ideo omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut propinquis eorum nichil tale potest statui, nisi intentores^e illiciti consortii fuisse videantur.

a) *folgt* quę *K*.

b) alio *K*.

c) ipsi *C*.

d) commissi se *K*.

e) in (*Lücke*) tores *M*; intentores *KR*.

5. Innocentius papa.

Relictam patris uxoris suę, relictam fratris uxoris suę, relictam filii uxoris suę nemo sibi in matrimonium sumat.

6. Item.

Si qua mulier ad secundas nuptias transierit et filios sive filias ad^a secundum^a maritum^a genuerit, non debere eas nepotibus prioris mariti coniungi sancta Romana synodus prorsus inhibuit.

a) a secundo marito C.

7. Ex^a decretis Sotheris papae.

Ut sponsus ac sponsa cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicantur et legibus sponsetur^b ac donetur^c et a paranimphis custodiatur^d et publice sollempniterque accipiantur^e. Biduo etiam ac triduo abstineant se et doceantur, ut castitatem inter se custodiant certisque temporibus nubant, ut filios non spurios, sed hereditarios Deo et seculo generent.

- a) *Inskr. fehlt M.*
- b) sponsetur C.
- c) donentur C.
- d) custodiantur C.
- e) accipiantur C.

8. Iulius papa.

Si quis ancillam suam libertate donaverit et in matrimonio sociaverit, dubitabatur apud quosdam, utrum huiusmodi nuptiæ legitime esse videantur an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes talia conubia esse legitima censuimus. Si enim ex affectu fiunt^a omnes nuptiæ et nichil impium et legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare predictas nuptias inhibendas estimaverimus? Omnibus vobis^b unus est pater in cælis et unusquisque dives et pauper, liber et servus equaliter^c pro se et pro animabus eorum rationem daturi sunt. Quapropter omnes, cuiuscumque conditionis sint, unam legem quantum ad Deum habere non dubitamus.

- a) fuerint *C*.
- b) nobis *C*; *fehlt R*.
- c) et qualiter *M*.

9. Idem.

Equaliter vir coniungatur in matrimonio consanguineis suis et consanguineis uxoris suę.

10. Syricius^a papa^b.

De coniugali autem violatione requisiti, si desponsatam alteri puellam alter in matrimonium possit accipere, hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturę sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

a) Circius C.

b) *am Rand rubr.* Cap. III. K; *ferner rubr.* De eodem C.

11. Leo episcopus Nicete Aquilegiensi episcopo.

Cum per bellicam cladem et per gravissimos hostilitatis incursus ita quædam sunt divisa contagia, ut abductis in captivitate viris^a femine eorum remanserint destitutę, quę viros suos aut interemptos putarent aut numquam a dominatione crederent liberandos, et in alienum coniugium solitudine cogente transierunt, si aliquando nonnulli eorum, qui putabantur perisse, remeaverint, necesse est, ut legitimarum fędera nuptiarum integranda credamus et remotis malis, quę hostilitas intulit, unicuique id, quod legitime habuit, reformetur^b. Nec culpabilis iudicetur et tamquam alieni iuris pervasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse estimabatur, assumpsit. Si autem^c mulieres ita posteriorum virorum amore sunt capte, ut malint^d his coerere quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandę, ita etiam ut ecclesiastica communione priventur, donec ad^e legitimum redeant coniugium.

a) *folgt* vel *M.*

b) *fehlt M; korr. aus* reformatur *C.*

c) aut *M.*

d) malis *MK.*

e) *fehlt M.*

12. Leo papa.

Qualis debeat esse uxor, quę habenda est secundum legem. Virgo casta et desponsata^a in virginitate et dotata legitime et a parentibus tradita et^b a sponso et a paranimphis accipienda et ita secundum legem et evangelium publicis nuptiis honeste in coniugium liquide sumenda et omnibus diebus vitę suę, nisi ex consensu et causa vacandi Deo, numquam propter hominem separanda et, si fornicata fuerit, dimittenda, sed illa vivente altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei^c non possidebunt, et penitentia illius per scripturam recipienda^d.

- a) desposata *M*.
- b) *folgt* qui *K*.
- c) *fehlt* *K*.
- d) recipiendam *MK*.

13. Idem.

Non omnis mulier viro coniuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem fēdera inter ingenuos sunt legitima et inter ēquales, multo prius hoc ipsum Domino constituyente quam initium Romani iuris^a existeret. Itaque aliud est uxor aliud concubina^b, sicut aliud est ancilla aliud libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam^c harum personarum discretionem testimonium ponit ex genesi, ubi dicitur Habrahę: "Eice ancillam et filium eius, non enim heres^d erit^d filius ancillę cum filio meo^e Ysaac^e." Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut preter sexuum coniunctionem quę^f haberet^g in se Christi et ēcclesię sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium^h. Igitur cuiuslibet loci laicus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederitⁱ, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata videatur, quia paterno arbitrio viris coniunctę carent culpa, si mulieres, quę a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt^j, quia aliud est nupta aliud concubina.

- a) *fehlt K.*
- b) *conubia K.*
- c) *manifestandum MC.*
- d) *erit heres KC.*
- e) *korr. in libere C.*
- f) *fehlt C.*
- g) *korr. in habeat C; habet R.*
- h) *coniugium C.*
- i) *tradiderit C.*
- j) *fuerint CR.*

<13a.^a

Iter Domino facit, qui inter ceteras continentię virtutes matrimonii limitem non excedit nec coniugium post scriptum terminum adulterina permixtione commaculat. Sunt enim nonnulli qui, cum legibus uxores duxerint, contra divinitatis legem sibi sociant concubinas, non intelligentes quod contrahendo matrimonium^b propriis se vinculis constrinxerunt. Qui enim legibus ducit uxorem, profitetur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis: "Uxorem non habeo, ideo mihi ancillulam sociavi." Audi quid dicat scriptura ad Habraham^c: "Eice^d ancillam et filium eius^d, non enim heres^e erit^e filius ancillę cum filio libere." Si igitur ancillę filius heres non est, ergo nec filius est. Cur autem quęritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successionis possit heres esse nec^f sanguinis? Nec enim habere^g potest^g hereditatis^g consortium, qui non habet originis privilegium. Cur inquam quęritur tale contubernium, de quo nati non filii sunt matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur huiusmodi suscipiuntur adulteri^h, qui patri pudorisⁱ sint^j, non honori? Dicit^k scriptura: `Filii adulterorum in consumatione erunt et ab iniquo thoro semen exterminabitur^l. Mulier igitur tua, si talibus moribus predata est, ut mereatur consortium, mereatur et nomen uxoris. Presta concubinę tuę libertatem et nomen uxoris, ne tu adulter sis potius quam maritus.>

- a) *dieses Kap. fehlt KR.*
- b) *matrimoni M.*
- c) *korr. aus Habraam M.*
- d)-d) *fehlt C.*
- e) *erit heres C.*
- f) *heç M.*
- g) *hereditatis habere potest C.*
- h) *korr. in filii adulterii C.*
- i) *pudori C.*
- j) *sunt C.*
- k) *folgt enim C.*
- l) *extminabitur M.*

14. Hormisda papa.

Ne quisquam amplius^a duas accipiat uxores, quia iam tertia superflua est.

a) *folgt nachgetr. quam C.*

15. Iohannes papa Anselmo Lemozinę ecclesię episcopo.

Ad limina apostolorum beati^a Petri et Pauli principum apostolorum hic presens homo nomine Stephanus orationis causa veniens nostro presulatu suggerendo innotuit, quod filium suum in^b extremo vite positum necdum baptismatis unda lotum, absentia scilicet sacerdotum necessaria^c cogente, baptizavit^d eumque ipse propriis manibus retinendo suscepisset; atque pro^e cuius^f rei^g negotio notitię^h tuę^h patefacto reverentię tuęⁱ quasi zelo rectitudinis flagrans^j prefatum hominem placuit a sua coniuge esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura a Domino iunctam esse viro uxorem, et `quos Deus coniunxit, homo non separet'. Unde et Dominus in evangelio non^k dimittere posse uxorem suam nisi causa fornicationis apertissime iubet. Et nos tantę auctoritatis precipua freti iussione dicimus non^l dimittendam^m esse et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem, si necesse fuerit, facere libere conceditur. Unde et si predictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam morte perpetua pereuntem dimitteret, sacri unda baptismiⁿ lavit, ut eum de potestate auctoris mortis et tenebrarum eriperet et in regnum Christi iam regnaturum sine dubitatione mitteret, bene fecisse laudatur et idcirco suę uxoris^o sibi iam olim legitime sociatę^p impune, quamdiu vixerit, iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc contra prefatas auctoritates divinas aliquatenus separari^q debere.

- a) *fehlt C.*
- b) *fehlt R.*
- c) *necessitate C.*
- d) *korr. in baptizasset C.*
- e) *fehlt C.*
- f) *huius C.*
- g) *regi M.*
- h) *fehlt C.*
- i) *folgt übergeschrieben tibi C.*
- j) *korr. in flagranti C.*
- k) *korr. in neminem C.*
- l) *fehlt M.*
- m) *dimittendum M.*
- n) *baptismatis K.*
- o) *uxori C.*
- p) *korr. (aus societate?) C; societate R.*
- q) *separarę C; korr. R.*

16. Hormisda^a papa.

Ut nullus fidelis cuiuscumque conditionis sit, occultę nuptias faciat, sed benedictione a sacerdote accepta publice nubat in Domino.

a) Idem C.

17. Gregorius.

De his autem requisisti, qui ob^a causam frigide nature se dicunt operum carnis dantes non posse invicem^b commisseri. Iste autem si non potest ea uti pro uxore, habeat quasi sororem. Quodsi retinaculum iugale volunt^c rescindere, maneant utrique^d innupti. Nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conveniet? Igitur si vir aliam vult accipere uxorem, manifesta ratio patet, quia succedente diabolo^e odii fomitem^f exosam eam habuit et idcirco eam dimittere mendacii falsitati molitur. Quodsi mulier causatur et dicit: Volo mater esse^g, filios procreare, uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iure iurando dicat^h, ut numquam per commixtionemⁱ coniuncti una caro effecti fuissent. Tunc videtur^j mulierem^k secundas nuptias posse contrahere. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigide nature est, maneat sine coniuge. Quodsi et ille aliam copulam acceperit, tunc hi^l, qui iuraverunt, periurii crimine rei teneantur et paenitentia peracta priora cogantur accipere conubia.

- a) *folgt* hanc *K*; *folgt getilgt* hanc *C*.
- b) *invice* *M*.
- c) *voluerit* *C*.
- d) *utrimque* *K*.
- e) *diabolici* *CR*.
- f) *fomite* *CR*.
- g) *familias esse* *C*; *esse familias* *R*.
- h) *dicant* *C*.
- i) *folgt* carnis *CR*.
- j) *videt* *M*.
- k) *mulier* *M*.
- l) *fehlt* *C*.

18. Gregorius Theotistę^a patricię^b.

Sunt quidam qui dicunt religionis causa coniugia debere solvi. Verum sciendum est quia, si^c hoc lex humana concessit^d, lex tamen divina prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quos^e Deus coniunxit, homo non separet. Qui etiam ait: 'Non licet dimittere uxorem excepta fornicationis causa.' Quis ergo huic cęlestis legis^f latori contradicat? Scimus quia scriptum est: 'Erunt duo in carne una'. Si igitur vir et uxor una caro sunt et religionis causa vir dimittit uxorem vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad illicita migrantem, quę est ista conversio, in qua una eademque caro et ex parte transit ad continentiam et ex parte remanet in^g pollutione? Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Si vero continentiam, quam vir appetit, uxor non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, dividi coniugium non licet, quia scriptum est: 'Mulier sui corporis non habet potestatem, sed vir. Similiter et vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier'.^h

- a) theodotiste C; Theodotistę R.
- b) *ferner* In ep. XXVIII lib. XI. (*s. nächstes Kap.*) C.
- c) etsi M.
- d) consensit C.
- e) Quod C.
- f) regis K.
- g) im MR.
- h) vir R.

19. Gregorius Adriano Panormitano notario. In epistola XXVIII^a lib. XI.^b

Agathosa^c mulier questa est virum suum contra voluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conversum. Quod quia ad^d eiusdem abbatis culpam et invidiam non est dubium pertinere, experientię tuę precipimus, ut diligenti inquisitione discutiatur, ne forte cum eius voluntate conversus sit vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc reppererit, et illum in monasterio permanere provideat et hanc, sicut^e promisit, mutare compellat. Si vero nichil horum est nec quoddam fornicationis crimen, propter quod viro licet uxorem dimittere, predictam mulierem commisisse cognoveris, ne illius conversione uxori relictę in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi, etiam si iam tonsoratus est reddere debeas omni excusatione cesante, quia et si mundana lex precipit conversionis gratia utrolibet invito solvi posse coniugium, divina tamen lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla ratione^f concedit, quia postquam copulatione coniugii viri atque^g mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte in seculo remanere.

- a) XLII. C.
- b) II. (*s. nächstes Kap.*) C.
- c) *korr. aus gathosa M.*
- d) *über d. Zeile nachgetr. M.*
- e) *sic M.*
- f) *korr. in ratio R.*
- g) *folgt nochmals atque C.*

20. Gregorius Felici Sepontino^a episcopo. In epistola XLII lib. III.

Pervenit ad nos, quod Felix nepos tuus Evagrii diaconi^b tui^b filiam^c stupro decepit. Quod si verum est, quamvis esset gravi de lege^d p̄na plectendus, nos tamen aliquatenus legis duriciam mollientes huiusmodi duximus disponendum^e, ut aut quam stupravit uxorem habeat aut certe, si renuendum putaverit, districtus^f ac corporaliter castigatus excommunicatusque in monasterio, in quo p̄nitentiam peragat, retrudatur, de quo ei nulla sit egrediendi^g sine preceptione licentia.

- a) Sipontino *M.*
- b) tui diaconi *C.*
- c) *folgt* in *CR.*
- d) legis *C.*
- e) *Endung korr. M.*
- f) distinctus *K.*
- g) egredi *K.*

21. Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

Quędam terrena lex in Romana re publica permisit, ut sive fratris et sororis sive duorum fratrum germanorum vel duarum sororum filius et filia misceantur^a. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda^b, quam prediximus, omnibus modis debet abstinere. Addis etiam quod in Anglorum gente novercis et cognatis libere misceantur, sed sancta lex prohibet cognationis^c turpitudinem revelare. Cum noverca autem commiseri grave est facinus, quia in lege scriptum est: 'Turpitudinem patris tui non revelabis.' Neque enim patris turpitudinem filius revelare potest, sed quia scriptum est: 'Erunt duo in carne una', qui turpitudinem noverce, quę una caro cum patre fuit, revelare presumpserit, profecto patris turpitudinem revelat. Cum cognata quoque commiseri prohibetur, quia per coniunctionem priorem caro fratris fuerat^d facta. Pro qua re etiam Iohannes baptista capite truncatus est et sancto martyrio consumatus. Cui non est dictum, ut Christum^e negaret^e, nec pro Christi confessione occisus est, sed quia hisdem dominus noster Iesus^f dixerat^g: 'Ego sum veritas', quia^h pro veritate Iohannes occisus est, videlicet pro Christo sanguinem fudit. Quia vero sunt multi in Anglorum gente qui, dum adhuc in fide positi essent, huic nefandorum coniugio dicuntur admixti, ad fidem venientes admonendi sunt, ut se abstineant et grave hoc esse peccatum agnoscant, tremendum super se Dei iudicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta ęterni cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re sacri corporis et sanguinisⁱ communionem privandi sunt, ne in eis illa ulcisci videantur, in quibus se per ignorantiam ante lavacrum baptismatis astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ęcclesia quedam^j per fervorem corrigit, quedam per mansuetudinem tolerat^j, quedam per considerationem^k dissimulat atque^l ita portat et dissimulat^l, ut sepe malum, quod adversatur, portando^m et dissimulando^m compescat. Omnes autem, qui ad fidem veniunt, admonendi sunt, ne tale aliquid perpetrare audeant. Si qui autem perpetraverint, corporis et sanguinis Domini communionem privandi sunt, quia sicut hii, quiⁿ ignorantia^o fecerunt culpam, aliquatenus tollerandi sunt, ita et^p in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo prevaricare.

- a) misceatur *M*.
- b) sancta *M*.
- c) cognatis *KR*.
- d) fuit *K*.
- e) *unleserlich M*.
- f) *folgt Christus CR*.
- g) *folgt quia C*.
- h) *fehlt CR*.
- i) *fehlt C*.
- j)-j) quedam - tolerat *fehlt MK*.
- k) siderationem *K*; consuetudinem *C*.
- l)-l) *fehlt C*.
- m)-m) dissimulando et portando *K*.
- n) *folgt nachgetr. per R*.
- o) ignorantiam *R*.
- p) *korr. aus eet M*.

22. Gregorius Felici Mesane civitatis episcopo inter cetera.

Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet meo, ut recordator es tu, de sanguinis coniunctione et ipsi Anglorum genti, quę nuper ad fidem venerat^a, ne a bono, quod ceperat, metuendo austeriora recederet, specialiter ceteris me scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis Romana civitas testis existit nec ea intentione illis scripta mandavi, ut postquam firma radice^b fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non^c separentur aut infra^d affinitatis^d lineam, id^e est^e usque ad septimam generationem, iungantur, sed adhuc illos neophitos existentes sepissime eos prius^f illicita docere et verbis ac exemplis instruere, et quę post de talibus egerit^g, rationabiliter et fideliter excludere oportet. Nam iuxta apostolum, qui ait: 'Lac vobis potum dedi, non escam', ista illis modo, non posteris, ut prefixum est, temporibus ponenda indulcissimus^h, ne bonum, quod adhuc in infirma radice plantatum erat, exureretur, sed aliquantulum firmaretur et usque ad perfectionem custodiretur.

- a) vena(n)t *R*.
- b) *folgt* in *K*; *folgt* in fide *CR*.
- c) *fehlt* *MK*.
- d) affinitas infra *MK*.
- e) id̄ *M*.
- f) *fehlt* *K*.
- g) egerint *CR*.
- h) indulcissimus *M*.

23. Gregorius servus servorum Dei Venerio Caralitano.

Fraternitatis tuę studiosę sagacitati, frater amande, quia debeo, refero grates. Quoniam quesisti quę debuisti, iocundum me reddidisti. Unde placide ad inquisita respondeo. Sedem apostolicam consulere decrevisti, si mulier copula nuptiali extraneo viro iuncta cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat eadem vel si sub alio cognationis vocabula dissolvantur vel si susceptę^a soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam^b. Est enim verbum Domini validum et forte, est^c durable, est perseverabile et immutabile, non momentaneum, non transitorium. Ait autem^d per se ipsam^e veritas, quę^f Deus^f est^f, verbum Dei^g: "Cęlum et terra transibunt, verba autem mea non transient^h." Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit eiⁱ Adam: "Quamobrem relinquet homo patrem et matrem suam et adheret uxori suę et erunt duo in carne una". Cui non contradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in^j terra^j et visibilis in humanitate aparuit, interrogatum est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod probans^k vetuit fieri, preter^l fornicatio sola excluderet copulam maritalem. Unde protulit statim in medio eandem ipsam sententiam, quam ante secula manens cum patre verbum inspiraverat in Adam, ipse confirmans quod primus homo protulit: "Quamobrem relinquet^m homo patrem et matremⁿ et adheret uxori suę et erunt duo in carne una". Si una caro fiunt^o, quomodo potest aliquis eorum propinquus pertinere uni, si non pertineat alteri? Quod minime fieri posse credendum est. Nam uno defuncto in superstite affinitas non deletur. Nec alia copula coniugalis affinitatem prioris copule solvere valet^p. Sed neque aliis coniunctionis sobolem placet ad ipsius affinitatis, prioris siquidem, transire consortium, pro eo quod verbum Domini validum est et forte, et ut inquisiens dixit propheta: "Verbum^q Domini stabit in ęternum", et ut alius propheta: "Quoniam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt". Statuit ea in^r ęternum^r et^r in seculum seculi, preceptum posuit et non preteribit. Nam post^s verbum suum atque preceptum efficere duo^t carnem unam, id est masculinum et feminam, qui innumeram^u multitudinem sexus^v utriusque non destitit secum facere unum, sicut per se veritas dixit: "Non pro his tantum rogo, sed pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me, et^w unum^x sunt^y, sicut tu pater in me et^x ego in te et^z ipsi^z sint^a unum". Si quis temerario ausu et sacrilego in defuncto quęrit propinquitatem vel sub altero affinitatis vocabula dissipare vel susceptam sobolem alterius copule credens^b legitime^c sociari propinquitati priori, hic negat Dei verbum validum esse vel forte. Et qui tam facile vel tam velociter quęrit^d dissolvere, hic non credit verbum^e Domini^e in ęternum manere. Confice terram ex quatuor locis a se distantibus magna intercapedine et confectam et conglutinatam finge, cuiuscumque figure vel dimensitatis volueris corpus: numquid erit humanum ingenium, quod ipsas IIII^{or} partes ab invicem valeat segregare, ut unaqueque per se possit agnosci? Sic a IIII^{or} avis duo conficiuntur, de duobus fit congregatio una. Hanc similitudinem de IIII^{or} elementis, unde homo concretus est, potes colligere, si eorum unaqueque species, quoniam in multas divisiones partita^f est^f, discretas inter se conferas partes aliquas. Fit idem in metallis, hoc etiam in liquoribus, probat etiam in coloribus pictor^g, qui sequitur arte naturam, fucis^h miscendo colores ex invisibilibus corpora fingesⁱ. Sed ne Domini constitutio vel iussio cassaretur et ne tellus a proprio vacaret ornatu, spiritu sancto reflante posuit terminum constitutio sancta sanctorum. Ait autem preceptio sancta divina: "Crescite et multiplicamini et replete terram." Posuit enim terminos causis, ętatibus seculi finem statuit, compaginibus membrorum hominum posuit^j numerum lex ęcclesię regulaque^k sanctorum, cognatio^l mortalium agnatis^m atque affnibus terminum reciprocationis instituit. Quod valde metuendum exterminare sancimus. Quicumque exterminare non metuit, catholicus non esse convincitur.

a) *übergeschrieben* su- M; scepte K.

b) *bereits nach* viri C.

c) *fehlt* M.

d) enim C.

e) ipsa CR.

- f) quę est Deus *korr. in est quę Deus K.*
- g) *fehlt K.*
- h) transibunt *K.*
- i) *rad. C.*
- j) nostra *K;* in terram *C.*
- k) *korr. in reprobans C.*
- l) *folgt si C; nachgetr. si R.*
- m) relinquat *C.*
- n) matre *K.*
- o) fuerit *C.*
- p) valeat *R.*
- q) *folgt autem C.*
- r) *fehlt K.*
- s) *korr. in potest CR.*
- t) *korr. in duos C.*
- u) innumerabilem *K.*
- v) secus *R.*
- w) *korr. in ut C.*
- x)-x) *fehlt K.*
- y) sint *CR.*
- z) *korr. in ut et ipsi in nobis C.*
- a') sunt *M; korr. aus sunt C.*
- b') *korr. in credat C.*
- c') *fehlt M.*
- d') quęri *K.*
- e') Dei verbum *K.*
- f) partitas *K.*
- g') *korr. aus pictorum M; pictorum K.*
- h') *folgt übergeschrieben albos C.*
- i') fingens *KC.*
- j') posui *K.*
- k') regulamque *K.*
- l') *korr. in cognationi M.*
- m') a generatis *MK; agnatis R.*

24. Deus dedit sanctę Romanę et^a apostolicę ęcclesię episcopus Gordiano Hispaniensis ęcclesię coepiscopo et fratri dilectissimo.

Pervenit ad nos diaconus vester vestre sanctitatis epistolam inferens, quod quidam etiam^b et mulieres preterito sabbato paschali die pro magno populorum incursu nescientes filios suos suscepissent ex lavacro. Cupis etenim scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri et mulieres ad suum proprium usum redire an non. Nos enim ex hac tristitia mesti inquisivimus priorum nostrorum dicta. Invenimus autem in archivo huius^c apostolicę sedis iam talia contigisse in ęcclesia Hisaurie et Ephesiorum simulque Hierusolimę etiam aliarum ęcclesiarum episcopis et aliarum civitatum ab hac sede volentibus scire, si viri et mulieres redirent ad proprium thorum. Beatę memorię sanctissimi patres Iulius, Innocentius et Cęlestinus cum episcoporum plurimorum et sacerdotum conventu in ęcclesia beatorum apostolorum principis prohibentes talia perscripserunt^d et confirmaverunt, ut nullo modo se coniugio reciperent mulieres aut viri, qui per quamcumque causam^e susciperent natos, sed separarent se, ne suadente diabolo talis^f vitium^g peccati^g inolescat per mundum et universorum error accrescat. Scitis quia, quomodo sunt VII dona spiritus^h sancti^h, ita sunt VII dona baptismi, quę a primo pabulo sacrati salis et ingressu sanctę ęcclesię usque ad consumationem sancti spiritus per chrismaⁱ. Primum^j donum baptismi est introductio in ęcclesiam. Secundum et tertium et IIII illa tria maiora symbola, quę ęcelebrantur ante dominicam de palma, scilicet IIII^a feria^k, VI^a ^l et sabbato. Quintum est exorcismus, qui fit ex puto et oleo exorcizato sabbato sancto ante baptismum. Sextum baptismus. Septimum confirmatio episcopi per chrisma^l. Ab hoc spiritus sancti dono usque ad septimum nullus christianus suam commatrem in coniugio recipere debet, et qui presumpserit, anathematis vinculo ligetur^m in perpetuum, nisi digne egerit penitentiam. Mulieres vero cum separate fuerint hacⁿ pro illicita actione a propriis viris^o, totam precipimus^p recipere^q dotem, quam in die nuptiali susceperunt et post expletum annum recipiant alium virum, si voluerint, similiter et vir^r uxorem^r.

- a) *fehlt K.*
- b) *viri (Endung korr.) C.*
- c) *folgt sanctę K.*
- d) *prescripserunt C.*
- e) *folgt non necessariam C.*
- f) *tale C.*
- g) *vitii peccatum K.*
- h) *sancti spiritus C.*
- i) *folgt donantur C.*
- j)-j) *Primum donum - per chrisma am Rand nachgetr. M; fehlt K.*
- k) *folgt nachgetr. et C.*
- l) *V. M.*
- m) *korr. M; ligaretur R.*
- n) *ac C.*
- o) *folgt disiuncte C.*
- p) *korr. aus precepimus M.*
- q) *fehlt K.*
- r) *viri uxores C.*

25. Gregorius.

Quod autem interrogasti me de his, qui in matrimonio iuncti sunt et nubere non possunt, si ille aliam vel illa alium ducere possit. Quibus scriptum est: Vir et mulier si se coniunxerint et postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum illa, si potest probare per verum iudicium, quod verum sit, accipiat alium; si autem ille alteram acceperit, separentur.

26.^a Nicholaus papa^b.

Si qui matrimonium sani contraxerint et uni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. Similiter sciendum de his, qui ab adversariis excecantur aut membra^c detruncantur.

a) *dieses Kap. nach VI 4, 27 R.*

b) *episcopus M.*

c) *membris C.*

27.^a Nicholaus papa.

Scrisit nobis Thiebisga^b regina regia se velle dignitate seu copula exui et sola privata vita esse contenta^c desiderare^d. Cui nos scripsimus non^e hoc^e aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit^f.

a) *dieses Kap. vor VI 4,26 R.*

b) *threbisga C.*

c) *contentam C.*

d) *desiderat, folgt getilgt desiderare R.*

e) *hoc non C.*

f) *degerit M.*

28. Gregorius.

Hi^a vero, qui uxores suas in adulterio deprehendunt^b, non licebit nec eum nec illam aliam uxorem accipere vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir eius, si vult, nubat, tantum in Domino; adultera vero numquam, etiam si mortuus fuerit vir eius, omnibus tamen^c diebus vitę suę acerrima paenitentiae lamenta persolvat.

a) H *auf Rasur M; korr. aus Si C.*

b) deprehenderint *K.*

c) *fehlt C.*

29. Zacharias episcopus servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo fratri Theodoro episcopo ecclesie^a Ticinensis^a.

Pitacium quod^b nobis tua veneranda fraternitas obtulit, per quod nos sciscitari curasti, si liceat filium, cuius pater alterius filiam ex sacro baptisate suscepit, id^c est^c spiritualem eiusdem patris filiam, quod dici crudele est, in matrimonium suscipere, quod apud te enormiter reserasti contigisse. Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quid Dominus per Moysen precipiat dicens: 'Turpitudinem patris tui non revelabis, turpitudinem matris tuę non revelabis, turpitudinem sororis tuę non revelabis. Filia enim patris tui turpitudinis tua est.' Turpitudinem enim non revelari dicitur, dum a propria consanguinitate precipitur abstinere. Multo magis igitur^d a spiritali patris nostri filia omnimodo^e omni^e occasione aut argumento seposito sub nimia districtione nos^f cavere convenit, ne in iram divini examinis incidat, si quis tali facinore mixtus minime restrinxerit frena luxurię. Unde et omnes omnino cavendę sunt talis sceleris commixtiones, ne incautus in ęternum pereat. Sed et eum, qui eius pernitiöse temeritatis auctor est^g, animę suę salutem despiciens impiissimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare et pęnitentię digne submittere, quatenus ab ęterna erutus dampnatione animam eius lucretis^h ipso prestante Dominoⁱ Deo et salvatore nostro Iesu Christo.

- a) Ticinensis ecclesie K.
- b) *fehlt MK; korr. (aus quem?) C.*
- c) *id M.*
- d) *enim K.*
- e) *omnimoda C.*
- f) *vos (?) M.*
- g) *folgt nachgetr. et C.*
- h) *lucretis CR.*
- i) *fehlt C.*

30. Felici^a Mesane civitatis episcopo.

Nam et hæc salubriter precavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis, usque quo affinitatis^b liniamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio sibi desideret copulare, sed sicut a maioribus nostris definitum est, ita modis omnibus observetur, quoniam usque ad septenarium numerum parentelę nulli umquam copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre et matre consanguinitatis parentela descendunt. Qui autem^c in quarto vel^d in quinto gradu coniuncti fuerint, separentur, quoniam scriptum est: 'Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet^e turpitudinem eius', et iterum: 'Anima quę fecerit^f quippiam^f ex istis, peribit de medio populi sui'. Sane quibus interdicitur illicita coniunctio, habebunt ineundi melioris^g coniugii libertatem.

- a) *Inskr. fehlt, statt dessen nachgetr.* Et infra *M*; *davor nachgetr.* Gregorius *C*.
- b) *affinitas M.*
- c) *folgt et KR.*
- d) *et K.*
- e) *reveletur K.*
- f) *quippiam fecerit K.*
- g) *fehlt M.*

31.

Solius fornicationis causa licet uxorem adulteram dimittere, sed illa vivente non licet alteram ducere. Et^a vos^b, femine^b, nec illos viros, a quibus per repudium discesserunt uxores eorum, maritos habere non licet. Adulterina sunt ista^c coniugia^c.

- a) *davor* Sed *CR*.
- b) *vobis feminis CR*.
- c) *coniugia ista C*.

32. Ex concilio Calcedonensi.

Eos^a, qui rapiunt puellas sive mulieres sub nomine simul habitantes^b, cooperantes aut cohibentes raptoribus^c sancta synodus^d ut, si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio, si vero laici, anathematizentur.

- a) Hos *K*.
- b) habitandi *C*.
- c) *folgt* decrevit *CR*.
- d) *folgt übergeschrieben* sanxit *M*.

33. Augustinus ad Iulianam de continentia^a viduali.

Damnatio quidem non timetur in coniugali vinculo, si pudicitia conservatur^b. Sed in viduali et virginali continentia excellentia muneris amplioris^c expetitur, qua ex petita et electa et voti debito oblata iam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Nam ut hoc demonstraret, apostolus non ait, cum^d in deliciis egerint^e, in Christo nubunt, sed nubere volunt, habentes inquit damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, sed si^f non nubendo, tamen volendo. Non quia ipse nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta^g voti fides, damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina a bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius^h inierunt, sed quia continentie primam fidem irritam fecerunt. Etⁱ infra^l: Proinde qui dicunt talium nuptias nuptias non esse, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare, quid dicant. Fallit eos quippe similitudo veritatis. Quia enim coniugium Christi dicuntur eligere, quæ christiana sanctitate non nubunt, hinc argumentantur quidam dicentes: Si viro suo vivo quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in evangelio definivit. Vivo ergo Christo, cui mors ultra non dominabitur, quæ^j coniugium eius elegerat, si^k homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acute quidem moventur, sed parum attendunt, hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam vivente viro ex eius consensu continentiam femina Christo voveat, iam secundum istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum, quod sentire nefas est, adulteram^l faciat, cui vivente viro nubit.

- a) constantia *K*.
- b) servatur *K*.
- c) *fehlt K*.
- d) *folgt nochmals cum K*.
- e) *korr. in degerint C*.
- f) *fehlt K*.
- g) facta *K*.
- h) posteris *C*.
- i) *fehlt, statt dessen Lücke M*.
- j) qui *C*.
- k) sibi *K*.
- l) adulterium *K*; adulterum *CR*.

34. Ex concilio Triburiensi a Iulio papa confirmato.

Si quis desponsavit uxorem et subarravit et tamen sive preveniente die mortis sive irruentibus quibusdam aliis causis minime eam cognovit, neque superstes frater eius neque ullus de consanguineis eius eandem sibi tollat uxorem ullo umquam in^a tempore.

a) *fehlt M.*

35.

Lex^a illa preteritorum principum ibi raptum dixit^b esse^b commissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nichil actum fuerit, videatur abducta.

a) ex *MK*; Sex *R*.

b) esse dixit *K*.

36. Gregorius papa^a.

Progeniem suam unumquemque ad septimam observare^b decernimus^b generationem, et quamdiu se agnoscunt^c affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

a) *ferner nachgetr.* Gregorius episcopis Galliarum *M.*

b) decernimus observare *K.*

c) cognoscunt *K.*

37. Zacharias et Deusdedit pap(e).

Non oportet filiam, quam de sacro fonte susceperit, filio suo in matrimonium^a tradere, quia in divina sententia germani esse inveniuntur. Si quis tali facinore commixtus minime restrinxerit frena luxurię, ab ecclesia catholica abhominabitur. Sed si conversus fuerit, post separationem, VII annis pęnitentiam gerat. Consciis simul cum auctore sit ita^b conditio, id^c est^c simul cum^d operatoribus et consentientibus pęniteat.

- a) matrimonio *C.*
- b) ista *C.*
- c) id̄ *M.*
- d) co- *R.*

38.^a Ambrosius in libro de^b patriarchis^b.

Si qua mulier ammisso cito^c marito laqueum infirmitatis suę timet incidere, si vult nubere, nubat, tantum in Domino, ut electionem mariti parentibus deferat, ne appetentię existimetur auctor^d, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet; expetita magis debet videri a viro quam ipsa virum expetisse.

- a) *dieses Kap. nach VI 4,39 M.*
- b) *patriarcharum M.*
- c) *suo C.*
- d) *actor K.*

39.^a Ambrosius.

Cum^b initiatur coniugium, tunc coniugii nomen acciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum viri amixtione cognoscitur.

a) *dieses Kap. vor VI 4,38 M.*

b) *Dum K.*

40. Ex dictis Basilii.

Si quis coniugatus vult converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illa^a vivente illo^b per incontinentiam alteri nupserit, proculdubio adultera erit, nec recipitur apud Dominum eiusdem viri conversio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa secuntur Christum relicto seculo, si habeant ex^c pari^c voluntate consensum^d.

- a) illo *C*.
- b) illa *C*.
- c) expiari *K*.
- d) consensu *K*; concessum *C*.

41. Ieronimus.

Ubi fuerit numerus maritorum, ibi vir proprius unus esse desistit^a.

a) *fehlt K.*

42.^a Ieronimus^b in^c apologetico^c.

Malo octogames^d quam fornicatores.

a) *ohne Absatz zu VI 4,41 C; dieses Kap. nach VI 4,44 R.*

b) *Idem MC.*

c) *fehlt M.*

d) *octogamos C.*

43.^a Idem.

Maritus licet sit adulter, licet sit^b sodomita, licet flagiciis omnibus coopertus et ab uxore propter hæc scelera derelictus, maritus est reputandus. Cui alterum virum accipere non licet. Non hoc apostolus a^c propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente Christi verba sectatus est, qui ait in evangelio: "Qui dimittit uxorem suam excepto^d causa fornicationis, facit eam mechari, et qui dimissam acceperat^e, adulter est." Sive ipsa dimiserit virum sive a viro dimissa sit, adulter est qui eam accipit. Unde et apostoli gravem coniugii sarcinam intelligentes, `si ita est, inquit, non expedit homini uxorem accipere'. Ad quod Dominus: `Qui potest, inquit, capere, capiat'^f. Statimque sub exemplo trium eunuchorum^g virginitatis^h infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege retinetur. Neque satis animadvertere potuiⁱ, quid sit quod dicere voluit alio viro per vim accepto. Congregata videlicet multitudine nolentem rapuit et virum postea non^j raptorem rapta^k dimisit. Legat libros Moysi et inveniet desponsatam viro, si in civitate fuerit oppressam^l et non clamaverit, puniri quasi adulteram. Vi autem in agro oppressam innoxiam esse a scelere et violentibus^m legibus subiacere. Ergo et ista soror, quæ, ut dicit, vim passa est, utⁿ adultero iungeretur, si vult Christi corpus accipere et non adultera^o reputari, agat penitentiam, ita dumtaxat ut secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, a tempore penitentię non copuletur. Quod si ei durum videtur et semel dilectum non potest derelinquere neque preferre Dominum voluptati, audiat apostolum clamantem: "Non potestis calicem Domini bibere et calicem demoniorum. Non potestis mensę Domini communicare et mensę demoniorum". Et in alio loco: "Quę communicatio luci ad tenebras? Quis consensus Christi ad Bellial?"^p Rem novam loquor, immo non novam, sed veterem, quę veteris testamenti auctoritate formatur^q. Si reliquerit secundum virum et reconciliari priori^r voluerit, non potest. Scriptum est enim in deuteronomio: `Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, non invenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam feđitatem. Scribat libellum repudii, et dabit^s ei, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa^t adultera maritum duxerit et ille quoque oderit eam dederitque^u ei^v libellum repudii et dimiserit^v de domo sua aut certe mortuus fuerit, non poterit eam prior maritus recipere in^w uxorem, quoniam polluta est et abhominabilis facta est^x coram Domino^y, ne peccare facias terram, quam Deus^z tuus tibi tradidit possidendam.'

- a) kein Absatz zu VI 4,42 CR.
- b) folgt s M; si C.
- c) rad. C.
- d) excepta CR.
- e) korr. in acceperit M; duxerit CR.
- f) cap(er)iat R.
- g) Endung korr. M.
- h) virginitas K.
- i) potuit K.
- j) rad. M.
- k) folgt übergeschrieben non M.
- l) oppressa KC.
- m) korr. in violentum M; korr. in violentes C.
- n) übergeschrieben M.
- o) adulteri R.
- p) belliat R.
- q) firmatur KC.
- r) fehlt K.
- s) daß MC; korr. aus dabis K.
- t) fehlt K.
- u) deditque CR.
- v) dinisit C.
- w) fehlt K.

- x) *fehlt C.*
- y) *Deo K.*
- z) *dominus C.*

44. Ex concilio Africano.

Placuit ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint^a, ad penitentiam redigantur^b.

a) contempserit *M*.

b) *folgt Kap. VI 4,42 R; folgt rad. VI 4,42 C.*

45. Augustinus^a.

Apostolus Paulus dicit: 'His qui sunt in coniugio, precipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere; quodsi discesserit^b, manere inuuptam aut viro suo reconciliari'. Potest enim fieri, ut discedat ea causa, qua Dominus permisit; aut si femine licet virum dimittere etiam propter causam fornicationis, quid^c respondebimus de hoc, quod dicit posterius: 'Et vir uxorem non dimittat?' Quare non addit: excepta^d causa fornicationis, quod Dominus permittit, nisi quia similem formam vult intellegi, ut si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore aut reconcilietur uxori? Et^e post^e pauca^e: Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti, sed quia permisit, non iussit.

- a) *fehlt C.*
- b) *decesserit C.*
- c) *quidem K.*
- d) *folgt fornicationis K.*
- e) *fehlt C.*

46. Idem^a ad Iulianam.

Quidam putant, lapsarum a sancto proposito feminarum, si nupserint, non esse coniugia. Non parvum malum, ut^b a maritis separentur uxores, quasi adulterę sint, non uxores. Et cum volunt eas separatas reddere continentię, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis alteras duxerint. Quapropter non possum dicere a proposito meliore lapsas si nupserint feminas, adulteria esse, non coniugia. Sed plane non dubitaverim dicere lapsas a castitate sanctiore^c, quę vovetur Deo, adulteris esse peiores. Si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non servat marito, quanto gravius offenditur, cum illi non servatur fides in eo, quod exigit^d oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit, quod non imperio impulsus, sed consilio commonitus vovit, tanto magis fraudati voti auget^e iniquitatem, quanto minus^f habuit^g vovendi necessitatem.

- a) *folgt* Augustinus *K*; Augustinus *CR*.
- b) aut *M*.
- c) sanciore *M*.
- d) exiit *K*.
- e) aget *C*.
- f) magis *K*.
- g) habuerit *C*.

47. Augustinus.

Cum ad peccatum admittendum adhibetur fides, mirum, si fides appellanda est. Verumtamen qualiscumque sit, si et contra ipsam fit^a, nisi cum propterea deseritur^b, ut ad veram ac legitimam redeatur, id est ut peccatum emendetur voluntatis pravitate correcta. Tamen si quisquam cum hominem^c solus spoliare non possit, inveniatur socium iniquitatis et cum eo paciscatur, ut simul id faciant spoliūque parciantur, quo facinore commisso totum solus auferat, dolet quidem ille et fidem sibi servatam non esse conqueritur, verum in ipsa sua quærela cogitare debet potius in bona vita ipsi humanæ societati fidem^d fuisse servatam, ne preda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi peccati societate^e servata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus profecto scelerator iudicandus est. Ac^f si id, quod male fecerat, ei displicuisset et propterea cum particeps facinoris predam dividere nolisset^g, ut homini, cui ablata fuerat, redderetur, eum perfidum nec perfidus diceret. Ita mulier, si fide coniugali violata fidem servet adultero, utique mala est, sed si nec adultero, peior est. Porro si eam flagitii peniteat et ad castitatem rediens coniugalem pacta ac placita adulterina rescindat, miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit. Solet etiam queri cum masculus^h et femina, nec ille maritus nec illa uxor alterius sibimet non filiorum procreandorum, sed propter incontinentiam solius concubituⁱ causa copulantur, ea fide media ut nec ille cum altera nec illa cum altero id faciat^j, utrum nuptiæ hæc sunt^k vocandæ^l. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari conobium^m, si usque alicuius eorum ad mortem id inter eos placuerit et prolis generationem, quamvis nonⁿ ea causa coniuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios vel etiam opere aliquo^o malo^o agant, ne nascantur. Ceterum si utrumque vel unum^p horum desit, non inuenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus suis inveniatur, quam comparem ducat, ipso animo adulter est nec cum illa, quam cupit invenire, sed cum ista, cum qua sic^q cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. Unde ipsa hoc sciens ac volens impudice utique miscetur ei, cum quo non habet fedus uxorum^r. Verumtamen si ei thori fidem observet et ille uxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet atque a tali prorsus opere continere se preparet. Adulteram quidem fortassis facile appellari non audeam, non peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cuius uxor non est, misceri sciat? Iam vero si ex illo concubitu^s, quantum ad ipsam attinet, non nisi filios velit et quicquid ultra causam procreandi patitur, invita^t patiatur^t, multis quidem ista matronis anteponenda est.

- a) sit *CR*.
- b) *eher* deseri(n)t *MKR*; *Endung korr. C*.
- c) homine *M*.
- d) *fehlt K*.
- e) societati *M*.
- f) *korr. in At C*.
- g) voluisset *R*.
- h) masculis *MC*.
- i) concubitus *C*; *korr. in concubitus R*.
- j) faciant *K*.
- k) *fehlt C*.
- l) *folgt übergeschrieben sint C*.
- m) conobium *M*.
- n) *steht nach* coniuncti *K*.
- o) malo aliquo *K*.
- p) *fehlt K*.
- q) si *M*.
- r) uxorium *C*.
- s) concubito *K*.
- t) *fehlt M*.

48.^a Augustinus in libro de bono coniugali.

Nec concubineꝝ ad tempus adhibiteꝝ, si filiorum causa concubant^b, iustum faciunt concubinatum, nec coniugate, si cum maritis lasciviant, nuptiali ordini crimen imponunt. Posse saneꝝ fieri nuptias ex male coniunctis honesto^c postea placito consequenter manifestum est. Semel autem initum coniugium in civitate Dei, ubi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam^d sacramentum nuptieꝝ gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum^e morte dissolvi. Manet^f enim vinculum nuptiarum, etiam si proles, cuius causa initum est^g, manifesta sterilitate non subsequetur, ita ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros separare se tamen vel ipsa causa filiorum atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committunt.

- a) *Rubrik* De concubinis *C*.
- b) concubant *KC*.
- c) honesta *R*.
- d) quidam *C*.
- e) *fehlt K*.
- f) *Absatz CR*.
- g) *fehlt K*.

49. Idem ad Iulianam viduam.

De tertiis et de quartis et de ultra pluribus nuptiis solent homines movere quætionem. Unde ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo^a damnare nec eis verecundiam numerositatis auferre.

a) audeam C.

50. Pascasius^a papa II. ad episcopum Reginum.

Porro duorum consobrinorum coniuges quamvis diversis temporibus viro^b uni altera post alterius obitum nubere ipsa preter^c auctoritatem canonicam publice^d honestatis iusticia contradicit, et novit prudentia tua, quia ita ab uxoris sicut a viri consanguineis abstinendum est.

- a) Paschalis *CR*.
- b) *folgt* tamen *K*.
- c) propter *K*.
- d) *fehlt* *M*.

51. Augustinus in libro de fide et operibus^a.

Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, numquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam ex^b hoc incipit^c esse adultera, ex quo cum alieno sciens^d cubaverit. Sicut in iure prediorum tamdiu quisque bonę fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. Cum vero scierit nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur.

a) *folgt* innocentiis C.

b) *fehlt* M.

c) *inciperit* R.

d) *fehlt* K.

52. Innocentius^a.

Deinde ponitur non dici oportere^b digamum eum, qui cathecuminus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit^c aliam^e sortitus, eamque primam videri, quę novo homini copulata sit, quia illud coniugium^d per^{de} baptismi^d sacramentum cum ceteris criminibus^f sit ablutum^e. Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur. Quicquid^g bene gestum fuerit et secundum precepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula quia mandato Dei perficitur, non potest dici peccatum, et quod peccatum non est, solvi inter peccata omnino credi non debet. Eritque integrum estimare aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non^h dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

a) *folgt* papa *M*.

b) *fehlt* *K*.

c) *aliam fuerit* *K*.

d) *fehlt* *MK*.

e)-e) *fehlt* *R*.

f) *fehlt* *MK*.

g) *folgt* quid *M*; *davor* Quia *CR*.

h) *fehlt* *K*.

i) *folgt* (als eigenes Kap.) Talium enim coniunctiones - eis consentientes, *das in Wirklichkeit die Fortsetzung von VI 4,53 ist*. *C*.

53. Calixtus papa.

Coniunctiones consanguineorum fieri prohibite^a, eas et divinę et seculi prohibent leges. Leges ergo divinę hec agentes et eos, qui ex eis^c prodeunt, non solum eiciunt, sed et maledictos appellant. Leges vero seculi infames tales vocant et ab hereditate repellunt. Nos vero infamia eos notamus nec eos viros ad testimonium, quas^d leges seculi reiciunt, suscipere debemus. Eos vero consanguineos dicimus, quos divinę et imperatorum Romanorum atque Grecorum leges consanguineos^e appellant et in hereditatem suscipiunt nec repellere possunt.

- a) prohibete *CR*.
- b) que *korr. in* quia *C*.
- c) his *K*.
- d) quos *C*.
- e) *fehlt K*.

54.^a

Sane consanguinitas, que in proprio viro conservanda est, hęc^b minus^c in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est^b, quia constat eos duos fuisse in carne una.

a) *kein Absatz zu VI 4,53 C.*

b)-b) *nec (statt hęc) C; hęc - est fehlt R.*

c) *so statt nimirum.*

55. Gregorius in decretis.

De affinitate namque consanguinitatis per gradus cognationis^a placuit usque ad septimam generationem observare. Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum definitiones^b sancita usque ad septimum gradum pertendit heredum successionem^c. Non enim succederent, nisi eis de propagine^d cognationis deberetur. De his quoque, qui post^e mortuas uxores secundas trahere^f nuptias^f volunt^g, iuste et honeste et rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis usque ad IIII^{um} gradum genealogiæ abstineri. Hęc nos secundum indulgentiam sanctę matris ecclesię mitius prelibavimus. Cęterum iuxta secularium legum censuram dignis coercionibus^h gravibusque disciplinę invectionibus omnia hęc mala et illicita modis omnibus resecataⁱ sunt, ut furor Domini conquiescat.

- a) cognationis *M*.
- b) definitiones *C*.
- c) successionem *MK*; successione *C*.
- d) progenie *K*.
- e) *fehlt MK*.
- f) contrahere *C*; *korr. in* contrahere *R*.
- g) nolunt *R*.
- h) coercionibus *C*; coercionibus *R*.
- i) resecanda *CR*.

56. Idem in eodem.

De gradibus vero cognationum, qui infra VII^{mam} generationem in matrimonio sunt inventi, si nescienter fecerunt, etiam multa curricula annorum sunt revoluta, ita ut filios habeant in VI^{to}, qui inventi sunt, aut fortasse in V^{to}, huiusmodi non separentur, donec nos permittente Domino^a os ad os^b loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Qui^c vero de his duobus gradibus novas^d contraxisse nuptias videntur, id^e est^e infra anni coronam, modis omnibus separentur. Decetero vero generalia per omnem provinciam taliter percurrens^f statuta firmentur, ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare, et qui fecerint, sine retractationis misericordia acris puniti ultionibus separentur. Hi vero qui propinquas^g sanguinis uxoris suę in matrimonio sibi sociaverunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inventi sunt, separentur aut suspendatur eorum causa, usque dum nos insimul Domino auxiliante conveniamus^h.

a) deo *K*.

b) hos *R*.

c) Quod *K*.

d) nova *MK*.

e) id(em) *K*.

f) percurrentia *C*.

g) proquas *M*.

h) *es folgen zwei Kapp.*: Hysidorus de consanguinitate sic loquitur. Cuius series gradibus - gradibus terminetur *und*: Cum igitur genus - pudicitiam coningalem. *M*; *am Rand*: Hic deest capitulum de consanguinitate, quod sic incipit: Ysidorus de consanguinitate sic loquitur. Cuius series gradibus VII dirimitur, hoc modo filius et filia, quod est frater et soror sit ipse truncus etc.

57. Augustinus.

Secundum verba apostolica etiam si vir continere voluisset et tu noluiesses, debitum tibi reddere cogereetur et illi Deus imputaret continentiam, si^a non^a suę, sed tuę cedens infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis igitur compatiens infirmitati uxoris^b reddit, non exigit^c debitum, aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potius, quia sine uxore non potuit, quam gaudens, quia duxit, quisquis vendit quod novit, quia et si maneret, beatum non faceret, quisquis quod emit novit, quia transiet, et de his non presumit et fecit ex eo misericordiam cum non habentibus, securus expectat diem novissimum.

a) *korr. in* si fatiat non C.

b) *fehlt* K.

c) *exiit* K.

58. Augustinus.

Non propter vinculum cum talibus coniugale servandum, sed ut acquirantur Christo, recedi ab infidelibus coniugibus apostolus vetat. Multa sunt facienda non iubente lege, sed libera caritate. Unde prior ipse Dominus, cum se tributum non debere monstrasset, solvi tamen, ne scandalizasset eos, quibus eternam salutem gerens hominem, consulebat.

59. Idem in libro de bono coniugali^a.

Bonum nuptiarum per omnes gentes atque homines omnes in causa generandi est et in fide castitatis, quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti, per quam nefas est, etiam repudio discedente^b alteri nubere, dum vir eius vivit. Nec saltem ipsa causa pariendi, quæ cum sola sit, qua nuptiæ fiunt, nec ea re non^c subsequente, propter quam fiunt, solvitur vinculum coniugale, nisi coniugis morte. Quemadmodum si fiat ordinatio cleri^d ad plebem congregandam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis^e ordinationis sacramentum; et si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur, sacramento Domini semel imposito non carebit^f, quamvis ad iudicium permanente.

- a) coiugali *M*.
- b) discedentem *CR*.
- c) *fehlt R*.
- d) clerici *K*.
- e) illo *CR*.
- f) carebis *K*.

60. Ex concilio Ancirano^a.

Desponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit erui et his reddi, quibus fuerant antea^b desponsatę, etiam si eas a^c raptoribus florem pudoris amisisse^d constiterit.

- a) Amrano *M.*
- b) *fehlt K.*
- c) *fehlt C.*
- d) amissse *M.*

61.^a Alexander episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis et clericis necnon iudicibus per Italiam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Ad sedem apostolicam perlata est quęstio noviter exorta de gradibus^b consanguinitatis, quam quidam legum et canonum imperiti excitantes eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones et ecclesiasticum^c morem^d numerare nituntur, novo et inaudito errore affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum vel filię in quarta, nepotes vel neptes ipsorum in VI^{ta}, talique modo progeniem computantes et in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi prophanum errorem confirmandum in argumento assumunt seculares leges, quas Iustinianus imperator promulgavit de successione consanguineorum. Quibus confisi ostendere moliuntur fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in IIII^{toe}, nepotes in VI^{to}. Sic seriem genealogię terminantes numerationem sanctorum patrum et antiquam ecclesię computationem ad nos usque perductam perversa quadam^f calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente hanc quęstionem discutere curavimus in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus episcopis et clericis atque iudicibus diversarum provinciarum. Denique diu ventilatis legibus et sacris canonibus distincte invenimus ob aliam atque aliam causam alteram canonum alteram legum fieri computationem^e. In legibus siquidem ob nichil aliud ipsorum graduum mentio facta est, nisi ut hereditas vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, usque ad quotam^h generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi prescribiturⁱ, ut hereditas propinquis modo legitimo conferatur, hic vero, ut rite et canonicę inter fideles nuptię celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi usque ad sextum, in canonibus autem usque ad septimam distinguntur generationem. Hac igitur de^j causa, quia hereditates nequeunt deferri, nisi de una ad alteram personam, idcirco curavit secularis imperator in singulis personis singulos prefigere gradus. Quia vero nuptię sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Utramque tamen computationem, si attente ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse et eandem esse in sententia atque ad^k eundem terminum convenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non deffinivit. Canones vero ultra septimam nullam numerant generationem. Sexto quippe gradu determinato in ipsis legibus subintulit imperator. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere^l, quemadmodum ultiores gradus numerare debeamus. Generata quippe persona gradum adicit^m. Ecce in his verbis aperte ostenditur tales gradus, quales isti computant, non tantumⁿ usque ad sextum, verum etiam ultra numerari debere, quippe cum ultra sextum^o ultiores gradus numerandos esse decernat. Ubi enim ultiores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo^p esse gradus, sed sex finitis^q adhuc alios numerandos. Nec mirum cum in precedentibus ipse firmaverit imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum enim decimum nominat gradum, non esse^r tantummodo sex, luce clarius confitetur. Hic ergo evigilent et aciem mentis, si possunt^s, intendant, quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimvero ubi secundum leges^t inter agnatos vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est^u. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentele vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se teste Iustiniano in X^o gradu. Consanguinei igitur sibi sunt, qui sic sibi succedunt. Quodsi in X^o gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas, ut isti fatentur, in VI. tantummodo gradu^v. Quid igitur dicent^w? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finietur consanguinitas in VI^o gradu aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quę in X^o gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quodsi non finitur consanguinitas^x in huiusmodi VI^o gradu, falsidici erunt isti, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt false aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed ut veridicę leges et veraces sint canones, dicamus id, quod veritas habet, scilicet quod non terminatur consanguinitas^y in huiusmodi VI^o gradu et^z terminatur^y in VI^{mo}

secundum canones gradu. Utraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo^a gradus legales unum gradum canonicum efficiunt. Fratres itaque, qui secundum seculares leges dicuntur in secundo, iuxta canones numerantur^b in primo. Filii fratrum, qui illic numerantur in III^{to}, hic computantur in secundo. Nepotes vero, qui ibi in VI^{to}, istic numerantur in tercio. Sic deinceps qui in legibus scribuntur in octavo et X^{mo}, in canonibus definiuntur in III^{to} et V^{to}. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, ut qui secundum canones dicuntur in VI^{to} vel VII^{mo}, secundum leges accipiantur in XII^{mo} vel XIII^{mo}. Hanc computationem intellegens prudentissimus papa Gregorius, dum quæreretur, in quota^c generatione coniungi fideles debeant, ipsas seculares leges in testimonium advocans Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: "Quædam terrena lex in Romana re publica permittit, ut sive fratris et sororis seu duorum fratrum germanorum vel duarum sororum filius et filia misceantur^d. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prediximus, omnimodo debet abstinere." Ecce hic aperte monstratur filios et filias fratrum in secunda generatione numerari, et si fratrum filii vel filiarum numerantur in secunda, fieri non potest, ut ipsi fratres non sint in prima. Quodsi fratres computantur^e in prima, filii eorum in secunda, dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, sic et de reliquis usque ad septimam. Sed sunt quidam, qui ex his^f verbis sancti Gregorii, quibus ait, ut tertia vel quarta generatione copulenter fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse, quod tam prudentissimus doctor sua^g sententia definivit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nituntur, advertant in eiusdem patris sententiis non hoc generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Mesanæ Siciliæ presule requisitus, si hoc, quod Augustino mandaverat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset, apertissime firmavit non^h aliis^h hoc quam illi genti mandasse, ne bonum, quod ceperant, metuendo austeriora desererent. Sed et illis, postquam inⁱ fideⁱ essent firma radice solidati, et universali ecclesiæ censuit semper esse tenendum, ut nullam^j de propria consanguinitate vel affinitate infra septimam generationem aliquam sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est et^k ex verbis ipsius legis et auctoritate prudentissimi papæ Gregorii, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus, quamvis alia quoque ratio pari modo ipsos revincat adversarios. Nam si, ut ipsi fatentur, in illo VI^{to} gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret^l detruncari. Sed quia omnes, qui in predictæ arboris pictura numerantur, ex una parentela consistunt, numquam sine diminutione consanguinitatis a se poterunt separari, veluti non sine damno cuiusque personæ valent a proprio corpore manus aut pes seu aliquod membrum aliud detruncari. Illa quoque sacrorum preceptio canonum, quæ iubet a propria abstinere consanguinitate, quamdiu generatio recordatur aut in memoria retinetur, nec a predicta parentelâ discrepat computatione. Nam in VII gradibus, si canonicè et usualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos nec consanguinitas invenitur nec nomina graduum reperiuntur nec successio potest amplius prerogari nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne vero in hac consanguinitatis computatione aliqua dehinc ambiguitas^m valeat remanere, aliam, quam quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus discutiendam. Sunt enim quidam, qui non a fratribus, sed a filiis eorum, id est patruelibus vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt, dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo ceteri ramusculi oriantur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diversa. Isti enim, qui numerandi initium sumunt aⁿ filiisⁿ fratrum, non progrediuntur^o ultra sextam generationem, sed sicut totius mundi sex etates existunt et humanæ vitæ itidem sex, ita et in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas generationes. Quibus finitis novæ coniunctionis dicunt posse initium fieri, ut quasi fugientem possint revocare^p consanguinitatem. Hęc itaque computatio, quæ incipit a fratrum filiis et numerat usque ad sextam, tantumdem valet, quantum quæ incipit a fratribus et computat usque ad septimam, nec ulla in sensu existit diversitas, quamvis in

numero graduum varietas videatur. Ultima enim generatio, si a fratribus sumatur initium numerandi, septima invenitur, si a filiis fratrum, sexta reperitur. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis apostolica auctoritate^q vos^q monemus, fratres et filii, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis^r, quemadmodum sancti patres numerandam esse^r sanxerunt et antiquus mos sanctæ et universalis ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam si quis perversa et obstinata mente a recto tramite apostolicæ sedis deviare voluerit et aliter quam nos^s in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare temptaverit, primum pro sua temeritate cælesti pœna plectetur, postmodum vero gladio perpetui anathematis noverit se iugulandum.

- a) *davor Rubrik De (Et de R) connumeratione (conversazione C) graduum (gradium C) propinquitatis CR.*
- b) *gdibus M.*
- c) *Endung scheint korr. M.*
- d) *mores M.*
- e) *folgt filios eorum K.*
- f) *quandam K.*
- g) *conpunctionem K.*
- h) *quartam R.*
- i) *perscribitur C.*
- j) *fehlt K.*
- k) *fehlt K.*
- l) *intellege K.*
- m) *addicit K.*
- n) *tamen KR.*
- o) *folgt vel K.*
- p) *tantum M.*
- q) *finitus M.*
- r) *e(st) M.*
- s) *possint C.*
- t) *fehlt K.*
- u) *fehlt M.*
- v) *korr. aus gradum M.*
- w) *diceret K.*
- x) *consanguinita M.*
- y)-y) *fehlt C.*
- z) *sed R.*
- a') *fehlt C.*
- b') *nuntiantur K.*
- c') *quarta R.*
- d') *misceatur M.*
- e') *non cupantur R.*
- f) *ipsis K.*
- g') *fehlt K.*
- h') *fehlt K.*
- i') *fehlt K.*
- j') *nullum M; nullus C.*
- k') *ut M; fehlt K.*
- l') *oportet C.*
- m') *davor eine Oberlänge getilgt M.*
- n') *aliis K.*
- o') *progre grediuntur (Zeilenwechsel) C.*
- p') *revocari K.*

- q') vos auctoritate *C.*
- r')-r') intimetis - esse *fehlt K.*
- s') noss *M.*

62.^a

Quod autem frater sororve uxoris tuę cognati nomine dicuntur, equivocationis iure fit et necessitate vulgaris appellationis potius quam ulla causa cognationis. Uxor enim fratris fratrisa potius quam^b cognata vocatur, mariti frater levir^c dicitur, duorum autem fratrum uxores ianitrices vocantur, quasi eandem ianuam terentes^d vel per^e eandem ianuam iter habentes. Viri soror glos appellatur, sororis autem vir non habet speciale nomen nec uxoris frater.

a) *kein Absatz zu VI 4,61 K.*

b) *qua C.*

c) *levi K.*

d) *terrentes M.*

e) *fehlt K.*

63. Ex decretis Zacharię pape^a.

De gradibus propinquitatis^b, super quibus parvitatem meam vobis consulere placuit, quod ego cum omnibus orthodoxę fidei cultoribus sentio, ratum duxi paucis absolvere. Ab his omnino dissentio, qui perverse parentelę successiones^c supputantes gradus^d diducunt^e et de uno duos constituunt ac per hoc primum gradum secundum, secundum vero tertium efficiunt sicque ex omni parte seriem generationum corrumpunt, ut cum arborem, quę de parentela compingitur, ab ipsis abscisam conspicimus, corpus ut ita dicam truncatum suis artubus videatur^f. Igitur parentelę gradus a nobis taliter computatur^g. Siquidem ego et frater meus una generatio sumus primumque gradum efficimus nulloque gradu distamus. Rursus filius meus fratrisque mei filius secunda generatio sunt ac gradum^h secundum^h faciunt nec a se gradu aliquo separanturⁱ. Atque ad^j hunc modum cętere successiones numerandę sunt. Porro autem de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quę ad virum ex parte uxoris seu quę ex parte viri ad uxorem pertinet, manifestissima ratio^k est^k, quia si secundum divinam sententiam ego et uxor mea una caro sumus, profecto mihi et illi mea suaque parentela propinquitatis una efficitur. Quocirca ego et soror uxoris meę in uno et primo gradu erimus, filia vero eius secundo gradu, neptis vero tertio eoque^l modo utriusque^m in ceteris agendum est successionebus. Uxorem vero propinquiⁿ mei cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere^o, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua femina proprię^p propinquitatis sit^q. Quod^r nimirum uxori meę de propinquare suarum viris et cunctis cognationis gradibus convenit observare. Qui vero^s aliorum sentiunt, antichristi sunt.

- a) prophetę *R*.
- b) ppinquitatis *R*.
- c) succcecsiones *K*.
- d) gradus *K*.
- e) didicunt *K*; dicunt *R*.
- f) *fehlt C*.
- g) computabitur *C*.
- h) secundum gradum *C*.
- i) separentur *K*.
- j) in *K*.
- k) ratione *M*.
- l) eo *K*.
- m) utrinque *K*.
- n) ppinqui *R*.
- o) *teilweise auf Rasur M*.
- p) pprię *R*.
- q) *steht bereits nach femina C*.
- r) Quia *K*.
- s) autem *C*.

64. Fabianus papa.

Consanguineos extraneorum nullus accuset vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quos tota progenies pertinet, id est pater^a, mater^a, soror, frater, patruus, avunculus, amita, matertera et eorum procreatio. Si autem tota progenies defecerit, ab antiquioribus et veratioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, episcopus canonice requirat, et si inventa propinquitas fuerit, separentur.

a) mater pater C.

65. Sacramentum^a de^a parentela^a.

De illa parentela, quam dicunt esse inter illum scilicet^b N. et istam eius coniugem N., quicquid inde scis aut audisti a tuis vicinis aut a tuis antiquioribus propinquis, quod tu per nullum ingenium nec propter amorem nec propter timorem aut per^c pretium aut^d premium^e aut per consanguinitatem celabis episcopo tuo aut eius misso, sic te Deus adiuvet et iste sanctorum reliquię.

a) *Rubrik* De iuramento *M*; *Rubrik* Sacramentum parentele, *ferner* Sacramentum de parentela, quod facere debet propinquus qui computat *C*.

b) .s. *K*; *fehlt CR*.

c) *fehlt MC*.

d) *fehlt C*.

e) premio *MK*; *fehlt C*.

66.^a Iuramentum^b testium^b.

Istud^c sacramentum, quod iste iuravit de illa parentela, quę inter illum et eius coniugem N.^d computatur, quod^e illud observabis^f, in quantum sapis aut audisti, sic te Deus adiuvet^g et iste^h sanctorum reliquię^g.

a) *kein Absatz zu VI 4,65. C.*

b) *fehlt MC.*

c) *fehlt C.*

d) *fehlt C.*

e) *folgt tu KR; fehlt C.*

f) *observaberis R.*

g)-g) *fehlt C.*

h) *istorum K.*

67. Iuramentum^a de incestuoso discidio^a.

Ab isto die inantea quod tu per nullum ingenium te sociabis huic tuę consanguineę nec in coniugio nec in adulterio nec cum illa ad unam mensam manducabis et bibes aut sub uno tecto manebis nisi in ecclesia aut in aliquo publico loco^b, ubi nulla mala suspitio possit esse, ut ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini, nec aliam coniugem accipies, nisi forte post actam penitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo aut eius misso, sic te Deus adiuvet et iste sanctorum reliquę.

a)-a) *fehlt M; Rubrik Sacramentum, am Rand Sacramentum confirmatorum C.*

b) *fehlt K.*

68. Ex^a quinto libro codicis Iustiniani.

Iubemus ut, quicumque mulierem cum voluntate parentum aut, si parentes non habuerit, sua voluntate maritali affectione in matrimonio acceperit, etiam si dotalia instrumenta non intercesserint nec dos data fuerit, tamquam si cum instrumentis dotalibus tale matrimonium processisset, firmum coniugium^b eorum^b habeatur. Non enim dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur.

a) *Inskr. fehlt K.*

b) eorum coniugium *K.*

69. Item Ulpianus in L. libro Dig(estorum)^a.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

a) *fehlt M; digestorum KR; dig C.*

70. Nicholaus.

Sive de coniugii fēdere sive de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio^a patet Thyebirgam cum Lothario posse inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suę potestati et consanguineis propriis libere sociata. Inter quos etiam locus providendus est, in quo nulla vis multitudinis formidandum^b et non sit difficile testes producere vel ceteras personas, quę tam a sanctis canonibus quam a venerandis^c Romanis legibus in huiusmodi controversiis^d requiruntur.

- a) *korr. in ratione C.*
- b) *formidanda C.*
- c) *venerandę K.*
- d) *contraversis M.*

71. Iuramentum^a ad reconciliandam viro uxorem dimissam.

Ab isto die inantea istam coniugem illam, quam iniuste dimiseras, ita tenebis per rectum, sicut maritus suam debet habere coniugem in dilectione et debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis nec ea vivente aliam accipies, sic te Deus adiuvet.

a) *Rubrik fehlt M.*

72. Augustinus ad Pollentium^a in^b libro^b II.^b

Quod autem tibi durum videtur, ut^c post^c adulterium^c reconcilietur coniux, si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros vel quos credimus baptismate ablutos vel penitentia esse sanatos? Hęc crimina in veteri lege Dei nullis sacrificiis mundabantur, quę novi^d testamenti^d sine dubitatione mundantur, et ideo tunc omnino prohibitum est ab alio contaminatam accipere uxorem, quamvis David Saulis filiam, quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederit^e alteri, tamquam novi testamenti prefigurator sine cunctacione receperit. Nunc autem posteaquam Christus ait adulterę: "Nec ego te condemnabo, vade, deinceps noli peccare", quis non intelligat maritum debere ignoscere, quod^f videt ignovisse Deum amborum, nec iam se^g debere adulteram dicere, cuius penitentis crimen deletum est a Deo?

- a) Pollemium *M.*
- b) II. libro II. *M.*
- c) *fehlt M.*
- d) *korr. in novo testamento C.*
- e) dederat *C.*
- f) quia *K.*
- g) *fehlt C.*

73. Gregorius Mauritio imperatori, ob quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatam duxit uxorem.

Qui desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium, anathema sit ipse et omnes consentientes ei^a, quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam divinę legis mos^b est^b sponsas appellare coniuges^c, ut in evangelio: "Accipe Mariam coniugem tuam", et illud in deuteronomii: "Si quis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro vel in quolibet^d loco oppresserit vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia uxorem proximi sui violavit, non quę iam uxor erat, sed quę a^e parentibus^e uxor fieri debebat." Et infra: Sicut nulli christiano licet de sua consanguinitate, vel^f quam cognatus habuit^g, uxorem accipere, sic etiam nec licet cuiquam de consanguinitate^f uxoris suę vel quam cognatus eius habuit^h, in matrimonium assumere.

- a) sibi *K*.
- b) est mos *C*.
- c) coniugem *K*.
- d) aliquo *C*.
- e) apparentibus *C*.
- f)-f) vel - consanguinitate *fehlt K*.
- g) habuerit *C*.
- h) habuerit *C*.

74. Iohannes Crisostomus super Matheum.

Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas, et ideo non solvit illud separatio corporis, sed voluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam et aliam non accipit, adhuc maritus est. Nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit mechatur, sed qui alteram ducit^a.

a) *folgt ohne Absatz* Idem. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Consensus igitur si solus in nuptiis defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. C.

V.^a De tempore nuptiarum.

1. Ex^b concilio^b Billed^b.

Quod non oporteat a septuagesima usque in octavam pasche et tribus ebdomadibus^c ante festivitatem sancti Iohannis et ab adventu^d Domini usque post epyphaniam^e nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

- a) *Zahl fehlt MK.*
- b) *fehlt M.*
- c) *ebdomatibus M.*
- d) *aventu MR.*
- e) *epyphanam M.*

VI.^a De observatione compatris et commatris^b.

1. Innocentius Exuperio episcopo.

Si quis unus^c ex coniugio filium aut filiam alterius sacro fonte susceperit aut ad chrisma tenuerit vel ad christianitatis misterium, ambo vir et mulier compatres^d parentibus infantis facti sunt, quia vir et mulier^d una caro effecti sunt.

a) *Zahl fehlt M.*

b) *korr. aus matris M.*

c) *unius MC.*

d)-d) *compatres - mulier fehlt K.*

2. Ex^a concilio Triburiensi, cui interfuit Arnulfus rex.

Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lavacro sacri fontis accepit^b, et eius uxor commater non est, liceat ei defuncto compatre suo eius viduam ducere uxorem, si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Numquid non possunt coniungi^c, quos nulla proximitas carnalis^d vel in id generatio secernit spiritualis?

- a) *Rubrik erst vor dem nächsten Kap. MK.*
- b) *acceperit C.*
- c) *coniugi C.*
- d) *carnis K.*

3. Ex^a epistola Pascalis pape II.^b ad^c Reginum^c episcopum^c.

Post uxoris obitum cum commatre uxoris viri^d superstitis^d coniugio copulari nulla videtur ratio vel auctoritas prohibere. Neque enim cognationi carnis cognatio spiritus comparatur neque per carnis unitionem ad unitionem spiritus pertransitur^e. § Post susceptum vero de fonte filium vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel commatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt, quia leges seculi non emancipatos adoptivis^f prohibent copulari^g.

a) *davor Rubrik des vorhergehenden Kap. MK.*

b) *fehlt M.*

c) *am Rand M.*

d) *korr. in virum superstitem C.*

e) *pertransit? R.*

f) *folgt filiis C.*

g) *folgt Uxoris defuncte conmatrem superstitem virum habere uxorem ita intelligitur, si illa fecit sibi istam conmatrem, antequam se faceret (korr. aus fecerat) istius coniugem. C.*

VII.^a De muliere, quę ante mundum sanguinem ecclesiam^b intrat^c et que nupserit hoc tempore.

1. Ex penitentiali Theodori.

Mulier quę intrat ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, si masculum genuerat, XXXIII dies, si femina^d, LXVI^e, si autem presumpserit ante tempus prefinitum ecclesiam intrare, tot dies in pane et aqua peniteat, quot ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cum ea his diebus, X dies^f peniteat in pane et aqua.

- a) *Zahl fehlt MK.*
- b) *in ecclesia M.*
- c) *intrat ecclesiam K.*
- d) *feminam KC.*
- e) *folgt d(ies) K.*
- f) *fehlt R.*

2. Gregorius Augustino.

Cum enixa fuerit mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris perceptione^a didicisti, ut pro masculino diebus XXXIII, pro femina LXVI. Quod tamen sciendum est, quia in misterio accipitur. Nam si ora eadem, qua genuerit, actura^b gratias intret ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur^c. Voluptas carnis, non dolor, in culpa est. Et^d infra^d: Ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet, quoadusque qui gignitur ablactetur. Eis^e, quę filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierit, viri^f sui^f non^g debent^g admisceri^g, quippe quia et sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibentur, ita ut morte lex sacra feriat, si^h quis vir ad menstruatamⁱ mulierem accedat. Quę tamen mulier, dum consuetudinem menstruam patitur, ecclesiam intrare debet, quia naturę superfluitas in culpam non debet imputari, et per hoc, quod invita patitur, iustum non est, ut ab^j ingressu ecclesię privetur. Sanctę autem communionis misterium in hisdem diebus percipere non debet prohiberi. Vir autem cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua intrare ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Lex autem veteri populo precipit, ut mixtus^k vir^k mulieri et lavari aqua debeat et ante solis occasum ecclesiam^l non intrare. Quod^m amen intelligi spiritualiter potest. Etⁿ infraⁿ: Et quamvis de hac re diversi diversa sentiant, Romanorum tamen^o antiquioribus semper usus fuit post amixtionem^p proprię coniugis et lavacri purificationem querere et ab ingressu ecclesię paululum reverenter abstinere. Si quis vero sua coniuge non cupidine^q voluptatis^r raptus^r, sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste profecto sive de ingressu ecclesię seu de sumendo corpore Domini suo relinquendus est^s iudicio.

- a) preceptione CR.
- b) factura C.
- c) pregravatur K.
- d) *fehlt, statt dessen Lücke M.*
- e) Ei MK.
- f) viris suis K.
- g) admisceri non debent K.
- h) Sui K.
- i) menstruam K.
- j) *unleserlich M.*
- k) vir mixtus K; mixtus vix (*mit übergeschriebenem r*) R.
- l) *fehlt K.*
- m) Qui M; Quia K; *korr. (Qui in Quod?) R.*
- n) *fehlt, statt dessen Lücke M.*
- o) tantem C.
- p) admixtionem CR.
- q) *folgt sue C.*
- r) raptus voluntatis K.
- s) *fehlt K.*

VIII.^a De adulterio et incestu vel fornicatione raptuque feminarum et^b eorundem^c iudicii impositione.

1. Gregorius papa apostolicus ante corpus venerabilis Christi apostolorum principis inferens sententiam dixit:

Si^d quis presbiteram duxerit in coniugium, anathema sit. Si^e quis diaconam duxerit in coniugium, anathema sit. Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant, in coniugio^f duxerit, anathema sit. Si quis commatrem spiritualem in^g coniugium^g duxerit^g, anathema sit^h. Siⁱ quis sororem duxerit^j in^j coniugium^j, anathema^k. Si quis neptem duxerit^l in^l coniugium^l, anathema^m. Siⁿ quis novercam aut nurum suam duxerit in coniugium, anathema^o. Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit^p, duxerit uxorem^q, anathema sit. Si quis virginem, nisi desponsaverit^r, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, cum sibi faventibus anathema sit.

a) *Zahl fehlt MKR.*

b) *fehlt K.*

c) earum de C.

d) i M.

e) i M.

f) coniugium M.

g) duxerit in coniugio C; in coniugio duxerit R.

h) *fehlt M.*

i) i M.

j) in coniugio duxerit C.

k) *folgt sit KC.*

l) in coniugio duxerit C.

m) *folgt sit C.*

n) i M.

o) *folgt sit C.*

p) habuerit C.

q) in coniugium K.

r) desponsaverit M.

2. Idem^a.

Si quis viduam furatus^b fuerit^b in uxorem, vel consentiens^c ei, anathema sit. Et responderunt omnes tercio: Anathema sit.

a) *fehlt C*; Idem ex decreto Martini pape *R*.

b) fuerit furatus *C*.

c) consentientes *K*.

3. Ex^a decreto^b Martini pape^a.

Si qua mulier duos fratres aut si quis vir duas sorores duxerit, a communione separentur usque ad mortem. In morte pro misericordia viaticum accipiant.

a)-a) *fehlt M; steht bereits vor VI 8,2. R.*

b) *decretis K.*

4. Augustinus^a.

Audite, fratres karissimi, membra Christi et matris catholicę ecclēsię filii: quod dico competentibus, audiant fideles, quod dico fidelibus, audiant competentes, quod dico fidelibus et competentibus et^b penitentibus^b, audiant et cathecumini. Audiant omnes, timeant et nemo contempnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus. Competentibus dico: fornicari vobis non licet, sufficient uxores^c vobis^c, concubinas vobis non licet habere. Audiat^d Deus, si vos surdi estis, audiant angeli eius, si vos contempnit. Concubinas non licet vobis habere^d, et si non habetis uxores, tamen non licet habere concubinas, quas postea dimittatis et ducatis^e uxores. Tanto maior dampnatio vobis erit, si volueritis habere uxores et concubinas. Non licet vobis habere uxores, quarum priores mariti vivunt. Nec vobis feminis habere viros^f licet, quorum priores uxores vivunt. Adulteria^g sive incesta coniugia non sunt iure cęli, sed iure seculi. Nec illam feminam licet habere, quę per repudium discessit a marito. Solius causa fornicationis licet uxorem adulteram dimittere. Sed illa vivente non licet alteram ducere.

a) *fehlt MK.*

b) *fehlt K.*

c) vobis uxores *K.*

d)-d) Audiat - habere *fehlt K.*

e) contraducatis *C.*

f) *folgt getilgt non M; folgt non K.*

g) Adultera *C.*

5. Silvester papa^a.

Si quis filiam aut sororem ex sacro fonte vel chrismate in coniugio sociaverit, dividantur et agant penitentiam V annis^b.

a) *fehlt M.*

b) *annos R. - Hier bricht M ab, es fehlen 2 Blätter, dafür N benutzt.*

6. Ex synodo Calcedonensi sub Marciano principe habita et^a numero sexcentorum XXX sacerdotum.

Propter plerosque simplices minusque intelligentiæ capaces strictim breviterque replicanda pernecessarium duximus, ut qui legere multa nequiverint^b, saltem hec utpote defloraciuncula^c discant, videlicet quid^d agendum sit^e de his, qui incestis vel diversis^f commistionibus immittunt^g. Scilicet si genitor cum filia, si natus cum genitrice, si germanus cum germana, si patruus vel avunculus cum nepte, si nepos cum amita vel matertera, si consobrinus cum consobrina, si agnatus cum agnata, si cognatus cum cognata, si pater et^h filius aut duo fratres cum una muliere vel unus vir cum matre et filia aut duabus commatibus aut cum duabus sororibus, si cum diacona aut presbitera, si cum consecrata virgine vel sanctimoniali seu cum uxore alterius, si compater cum commatre vel frater cum sorore in Christo, si cum devota quæ est veste mutata, si cum electa vidua vel desponsata alterius aut cum Iudea vel pagana: sollicitè provisum est, ut per septem annos extra metas ipsius terræ exul fiat et diebus vite sue inermis cum fletu et luctu peniteat et eucharistiæ non communicet, nisi urgente die mortis periculo.

- a) ex *NC*.
- b) nequeunt *N*.
- c) defloraciuncula *K*.
- d) quod *K*.
- e) est *K*.
- f) diversi *N*.
- g) innituntur (*inni- korr.*) *C*.
- h) aut *K*.

7. Ex^a concilio^a Aurelianensi^a.

Qui dormierit cum duabus sororibus et una ex illis antea uxor fuit, neutram ex ipsis habeat nec ipsi^b adulteri umquam in coniugio copulentur.

a) *fehlt N.*

b) *fehlt C.*

8. Ex penitentiali Romano.

Si quis cuiuslibet animalis commixtione peccaverit, XV annos^a in humilitate subiaceat ad ecclesiam^b ianuam^b et post hos per alios V annos in orationis communione receptus penitentiam agat et sic gratiam sacramenti percipiat. Interrogentur autem alii^c de eo qui^d, qualem vitam in penitentiam egerit, et sic communionis misericordiam consequatur^e. Si quis autem post XX^{ti} annos habens uxorem huic peccato succubuerit, XXV annos humilitati subiaceat et V annos in orationibus et sic communicet.

- a) annis *N*.
- b) ianuam ecclesiam *N*.
- c) illi *K*.
- d) *getilgt C*.
- e) consequantur *R*.

9. Ex concilio Meldensi.

Si laicus cum laica femina, id est uterque absoluti a lege coniugii, concubuerit, III^a annos^a peniteat^a, et quanto sepius et negligentius ea peccata commiserit, tanto magis et tempus addatur et modus penitentie.

- a) III^{bus} peniteat annis *C*.
- b) commiserint *C*.

10. Leo nonus papa Petro Damiano.

Quo enim modo clericus^a possit esse vel nominari, qui proprio arbitrio non metuit inquinari manibus vel suis vel alienis virilia^b sua vel aliena contrectans aut inter femora vel in terga execrabili deformitate fornicans? De qualibus quia sancto furore permotus, que tibi videbantur, scripseras, apostolicam nostram interponimus^c auctoritatem^c, quatinus scrupulosam legentibus auferamus^d dubietatem^d. Et constet omnibus certum nostro iudicio placuisse, quecumque continet ipse libellus diabolico igni velut aqua appositus. Verum ne cenose libidinis inpunita licentia pervagetur, necesse est apostolicę severitatis^e congrua reprehensione refellatur et tamen aliquod temperamentum in austeritate ponatur. Ecce omnes illi^f qui^g, quamvis^h IIII^{or} generum fęditate polluuntur, prospecta equitatis censura ab omnibus immaculate ęcclesię gradibus tam sacrorum canonum quam nostro iudicio depellunturⁱ. Sed nos humanius agentes eos, qui vel propriis manibus vel invicem inter se egerunt semen vel etiam qui inter femora ceciderunt^j et non longo usu nec cum pluribus, si voluntates refrenaverint et digna penitudine probrosa commissa luerint^k, admitti ad eosdem gradus, in quibus in scelere manentes, non permanentes fuerant, divine^l miserationi^m confisi volumus atque etiam iubemus; ablata ab aliis spe recuperationis sui ordinis, quiⁿ longa tempora secum sive cum aliis, vel cum pluribus brevi^o licet^o tempore, quolibet duorum feditatis genere, que descripseras, maculati sunt, vel^p quod est horrendum dictu et auditu, in terga prolapsi sunt. Contra quod nostrum apostolice sanctionis decretum si quis ausus fuerit vel iudicare vel atemptare, ordinis sui se noverit periculo agere.

- a) d(eu)s *R.*
- b) virialia *C.*
- c) auctoritatem interponimus *C.*
- d) dubietatem auferamus *N.*
- e) se vitatis *R.*
- f) *fehlt N.*
- g) per *N.*
- h) quavis *KC.*
- i) repelluntur *N.*
- j) cediderunt *K.*
- k) abluerint *N.*
- l) *folgt ne N; divina C.*
- m) miseratione *C.*
- n) *folgt vel per NK.*
- o) licet brevi *C.*
- p) *fehlt N; ut K.*

11. Simacus papa^a.

Raptores igitur viduarum vel virginum ab inmanitate tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare temptaverint. Quos pro tam nefandissimi^b criminis atrocitate a communione suspendi precipimus.

a) *fehlt NK.*

b) *nefandi K.*

12. Innocentius.

Et illud desideratum^a est scire, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non convenient, cum econtra uxores in consortio adulterorum^b virorum manere videantur. Super hoc christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre^c consuerunt et ideo mulieribus prodito earum crimine communicatio denegatur. Virorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur, qui utique submovetur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante vindicte ratio conquiescit.

a) desiderandum *N*.

b) adulterorum *K*.

c) *fehlt N*.

13. Ex^a concilio Anciritano^b.

De his qui inrationabiliter versati sunt sive versantur, id^c est^c qui cum pecoribus et masculis se coinquinaverint, quotquot ante^d XX annos etatis tale crimen commiserint^e, XV annis exactis in penitentia communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communionem durantes^f, tunc demum oblationis sacramenta^g contingant. Discutiatur autem et vita eorum, qualis tempore penitudinis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quodsi inexplabiliter his hesere criminibus, ad agendam penitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem post XX^h annos etatis uxores habentes in hoc peccato prolapsi sunt, XXV annos penitentiam agentes ad orationis communionem recipiantur. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum plenam communionem et oblationis sacramenta percipiant. Quodsi uxores habentes et transcendentibus quinquagesimum annum etatis ita deliquerint, ad exitum vite communionis gratiam consequantur.

- a) *ganze Inskr. am Rand N; ganze Inskr. fehlt K.*
- b) *ancirano C.*
- c) *fehlt N.*
- d) *aut(em) KC; korr. aus aut(em) R.*
- e) *commiser(unt) N.*
- f) *perdurantes N.*
- g) *fehlt NK.*
- h) *XV R.*

14. De eodem.

De mulieribus, que fornicantur et partus suos necant, sed et^a his, que agunt secum, ut utero non^b receptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vite eas ab ecclesia removet. Humanius autem^c nunc definivimus, ut eis decem tempus annorum penitentia tribuatur.

a) *folgt über d. Zeile de C.*

b) *rad. C.*

c) *ant(e) R.*

15. Ex concilio Neocesariensi.

Presbiter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quodsi^a fornicatus fuerit vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abici et ad penitentiam inter laicos redigi oportet.

a) Qui *R.*

16. De^a eodem^a.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abici debere usque ad diem mortis, sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari^b oportet. Ita tamen ut, si forte^c sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto ad penitentiam admittatur. Quodsi defuncta fuerit mulier in huiusmodi consorcio constituta, difficilis erit penitentia remanentis. Que^d sententia tam viros quam mulieres tenere debebit^d.

- a) *fehlt K.*
- b) reconciliare *KR.*
- c) fortet *K.*
- d)-d) *fehlt K.*

17. Ambrosius in libro patriarcharum.

Disce, mulier, zelum deponere, qui sepe mulieres in furorem incitat. Sed et vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commisceri adulterino corpori. Qui enim se^a iungit^a meretrici, unum corpus est; nec dare hanc occasionem divorcii mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est, nec viro^b licet^b, quod mulieri non licet. Eadem a viro quę ab uxore debetur castimonia. Quicquid in eam^c, non que sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii dampnatur crimine.

- a) iungit se *C*.
- b) licet viro *N*.
- c) ea *N*.

18.^a Ex^b epistola Ormisdæ pape, similiter et Eugenii.

Si qua femina in fornicatione deprehensa fuerit cum episcopo aut presbitero vel diacono post acceptam leviticam benedictionem aut ipsa confessa aut ab aliis devicta, semel tantum lapsa est, placuit sinodo secundum antiquam et humaniorem diffinitionem V annos peniteat, III ex his in pane et aqua. Si autem semel tantum^c et iterum, VII annos^d, III ex his in pane et aqua. Si^e autem iterum atque iterum diuque perseveraverit, X annos peniteat, III ex his in pane et aqua^e, et corpori^f Christi non communicet ante actam penitentiam, nisi pervenerit^g dies mortis, licet ut^k supra scriptumⁱ secundum antiquam^j et^l humaniorem^j diffinitionem^k. Secundum tamen^l providentiam sacerdotis sollerter pensandum est^m, iuxta qualitatem vel quantitatem culpeⁿ iudiceturⁿ, et de illo loco expellere eam^o oportet, ubi tale commissum facile committere possit.

a) *davor ein neuer Titel VIII. De iudicii impositione C.*

b) *fehlt K.*

c) *t(ame)n KR.*

d) *annis N.*

e)-e) *Si - aqua fehlt N.*

f) *corpore(-e K) NK.*

g) *pervenerit R.*

h) *sic C.*

i) *folgt est NC.*

j) *antiquiorem N.*

k) *folgt et humaniorem N.*

l) *fehlt N.*

m) *folgt über d. Zeile ut C.*

n) *iudicetur culpe C.*

o) *eum N.*

19. Ex decreto Nicholai pape^a.

Si quis fuerit^b fornicatus^b cum duabus sororibus vel cum noverca sua, hoc est cum^c relicta patris sui, vel cum amita sive matertera sua vel cum filia patris sive^d avunculi vel cum filia amite sive matertere sue aut cum filia filii vel filie sue sive etiam cum ava^e sive^f etiam^g proava^h sua aut cum filia fratris sive sororis sue sive cum uxore fratris autⁱ filii sui, similiter si qua mulier per supradictos consanguinitatis^j gradus^j se fornicari permiserit, unusquisque eorum singillatim per se XIII annis in hunc modum peniteat: In primis quidem toto^k illo anno inclusus^l maneat ad ingressus domus Dei et eodem anno exceptis dominicis diebus et festis solummodo pane et aqua et sale utatur. Secundo anno ingrediatur quidem domum Dei, sed carnis et vino ac sicera minime utatur nisi festis et dominicis diebus. Postea vero aliis duobus sequentibus annis per totum anni circulum, quando carne vescitur, ab omni potu, quo inebriari potest, se contineat, et si potum biberit, minime^m carne^m vescatur infra ebdomadam, scilicet III. feria et V. et sabbato; alie autem ferie sint pure, id est II. etⁿ III. et VI., dominici vero dies sint absoluti. Deinde usque in finem X.^o anni III. ferias per tres quadragesimas legitime^p custodiat. VI. feriam quamdiu^q vixerit in pane et aqua observet. Arma non ferat nisi contra paganos, osculum nulli prebeat, sacrificium nisi pro viatico non accipiat, et si sine uxore est, minime accipiat, si vero coniugatus est, post V annorum penitentiam, non quidem penitus privetur coniugio. Qui autem in aliis gradibus usque ad VII. lineam incestum perpetraverit^r, X annis, sicut supradictum^s est, peniteat.

- a) *fehlt C.*
- b) fornicatus fuerit *NK.*
- c) *fehlt N.*
- d) vel *K.*
- e) avia *C.*
- f) vel *N.*
- g) *fehlt NC.*
- h) proavia *C.*
- i) *folgt nochmals* aut *K.*
- j) gradus consanguinitatis *K.*
- k) coto *R.*
- l) seclusus (*se- korr.*) *C.*
- m) carne minime *K.*
- n) *fehlt C.*
- o) decem *N.*
- p) legitimum *korr. in* legitimas *C.*
- q) quando diu *R.*
- r) perpetraverint *C.*
- s) superscriptum *C.*

20. Ex concilio Triburiensi capitulo^a X.^a

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit vir, diebus vite sue peniteat. Soror autem, que de alia sorore nescivit, licentiam habeat nubendi.

a) *fehlt KC.*

21. Ex eodem capitulo^a XI.^a

Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit et aliam publice accepit^l, non habeat mulierem umquam. Illa vero, que nescivit, accipiat^c maritum.

- a) *fehlt K.*
- b) *acceperit C.*
- c) *habeat K.*

IX.^a De homicidio.

1. Ex decretis Clementis pape.

Homicidarum vero tria genera esse dicebat^b et penam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita et detractores eorum eosque odientes homicidas esse manifestabat, quia et qui occidit et qui odit fratrem suum et qui detrahit, pariter homicide esse monstrantur. Omnes enim a carnalibus desideriis, quę militant adversus animam, abstinere et bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat.

a) VIII. *N*; *Zahl fehlt K*; X. *C*.

b) *korr. aus depeñant R*.

2. Pius papa.

Quicumque propriam uxorem absque lege vel sine causa et certa probatione interfecerit aliamque duxerit uxorem, armis depositis publicam agat penitentiam. Et si contumax fuerit et episcopo suo non obediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem^a lex erit illi, qui seniozem suum interfecit^b.

a) Eademque *N*.

b) interficit *N*.

3. Silvester papa.

Si quis hominem publice penitentem interfecerit, ut homicidium sponte commissum dupliciter peniteat, et nisi in finem non communicet.

4. Gregorius Bonifatio Maguntino archiepiscopo.

De his vero, qui patrem et^a matrem^b, fratrem aut sororem occiderunt^c decernimus, ut toto vite suę tempore corpus non suscipiant dominicum nisi in sui temporis exitu pro viatico. Abstineant autem se a carnis commestione et potu vini, donec vixerint. Ieiunent secundam^d et III^{am} et sextam feriam^d, ut sic possint^e deflentes^e diluere admissum scelus.

a) aut *NK*.

b) *folgt* aut *N*; *folgt* et *C*.

c) interfecerit *N*; occiderint *K*.

d)-d) secunda et III^a et VI^{ta} feria *C*.

e) deflentes possint *N*.

5. Idem in eodem.

Nec is^a quidem, qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra ministrum^b est. Siquidem lex ait de eo: quia dedit eum in manu eius. Manus ergo eius instrumenti modo divine ultioni ministerium prebuerunt. Levites igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui non ex dispositione, sed preter voluntatem fecerit homicidium, divine minister est ultionis. Illud quoque specta, quia cum interficitur impius, Christus infunditur, et ubi abhominatio aboletur, sanctificatio consecratur, quia Dominus dixit: In ea die, qua interfecero omne primogenitum Egipti, sanctificabo mihi^c omne primogenitum Israel.

- a) his *NC*.
- b) ministerium *C*.
- c) tibi *C*.

6. Nicholaus episcopus servus servorum Dei Raduldo reverentissimo episcopo sanctę Retensis^a.

Dum de universis mundi partibus credentium agmina^b principis^c apostolorum liminibus^d properarent, quidam vir nomine Tiothar vestre beatitudinis epistolam gerens, quam^e nostro contulit presulatu. Cuius paginam perlegentes matricidam illum esse^f cognovimus. Quo facto multis fletibus^g lacrimisque^g profusis valde doluimus. Idcirco precipimus et patrum almorum censuris statuimus, ut sub penitentię iugo^h permaneat, ita ut per unumⁱ annumⁱ ecclesiam non ingrediatur^j, sed ante fores basilice stans orans ac deprecans Deum perseveret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero^k anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet et nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis sacre communionis illi gratia concedatur. Oblationes vero non offerat, nisi postquam aliorum VII annorum curricula expleantur. In his autem omnibus annis^l atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere^m presumat^m exceptis festis diebus atque dominicis et a pascha usqueⁿ pentecosten. Et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur. Arma non^o sumat^o nisi^p contra paganos. Ieiunet autem tres dies per ebdomadam usque ad vesperam. A propria ac legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat. Quod ne fiat optamus^q. Si autem ante triennium^r annorum cursum finis vite illius appropinquaverit, corporis^s et sanguinis domini nostri Iesu Christi particeps fiat. Sin autem, ut supra statuimus, efficitur^t, tamen si illius conversionem^v et lacrimarum fonte^w in omnibus videritis floridis actionibus et optimis operibus pululare, humanius circa eum sollicitudo pervigil appareat mitisque omnibus demonstretur. Optamus vos in Christo bene valere.

- a) recens C.
- b) *folgt* ad C.
- c) *fehlt* N; *folgt* de NR.
- d) limina C.
- e) *getilgt* C.
- f) *fehlt* K.
- g) lacrimis fletibusque K.
- h) virgo R.
- i) annum unum N; unum *fehlt* C.
- j) ingrediatur K.
- k) autem K.
- l) *fehlt* K.
- m) presumat bibere N.
- n) *folgt* ad NC.
- o) *fehlt* N.
- p) *hier beginnt* M *wieder*.
- q) *korr. aus* obtamus M.
- r) trium C.
- s) *fehlt* R.
- t) ac N.
- u) efficiatur NC.
- v) conversationem K.
- w) fontem C.

7. Augustinus.

Periculose se^a decipiunt, qui existimant^b eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exortationem homines extinguuntur. Nam Iudei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt. Scriptum sic est: 'Non nobis licet interficere quemquam.' Sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua interfecerunt dicentes: 'Crucifige eum'. Unde unus evangelista dicit Dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta, quia Iudei crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit, Domino dicente: 'Maius peccatum habet, qui me tradidit tibi.' Unde psalmista: 'Filiis hominum, dentes eorum^c arma et sagittę et lingua eorum gladius acutus.' Subiciant ergo se penitentię quorum consilio sanguis^d funditur, si veram misericordiam promereri voluerint.

a) *fehlt K.*

b) *extimant CR.*

c) *fehlt R.*

d) *sanguinis M.*

8. Ex synodo congregata^a Constantinopolin sub CL patribus et Theodosio imperatore.

Si^b voluntarię genitorem suum aut genitricem^c occiderit, extra patriam VII annos exul fiat. Tunc demum usque ad mortem cum fletu et luctu peniteat. Si autem nolens accidit^d, X annos peniteat iudicium^e sacerdoti^f. Qui voluntarię filium suum aut filiam^g vel germanum aut germanam suam occiderit, V annos extra metam exul fiat ipsius^h terre^h, deinceps XX annos inermis cum fletu et luctu peniteat. Si vero nolens, VII annos peniteat. Qui vero voluntarię avum suum autⁱ avamⁱ suamⁱ seu nepotem aut^j neptem^k suam vel patruum aut avunculum seu amitam^l seu^m materteram suam aut filiam vel filium germani sui aut germanę seu consobrinum suum sive consobrinam occiderit, XII annos inermis cum fletu et luctu peniteat. Si enim nolens, VII annos peniteat. Qui voluntarię de propria cognatione suaⁿ occiderit, id est^o III. usque ad VII. si vero tertia fuerit, XII annos inermis peniteat, si IIII., XI^p annos, sive^q V., X, si VI., VIII, si VII., VIII. Si autem nolens^r, arbitrium^s sacerdotis peniteat. Qui voluntarię patrem suum aut matrem vel filium^t aut^t filiam^t de sancto lavacro seu fratrem sive sororem in Christo aut dominum suum vel dominam seu uxorem suam^u, V annos extra metas ipsius terre exul fiat; tunc demum XV annos inermis peniteat. Si vero nolens, VII annos peniteat. Qui vitricum suum voluntarię occiderit aut novercam seu privignum sive privignam suam vel socrum suum aut socram seu generum suum sive nurum, X annos peniteat. Si vero nolens, V annos peniteat. Si^v laicus alterum^w laicum occiderit, VII annos peniteat. Si autem in secularibus hominibus hoc detestamur scelus, quanto magis in clericis et in monachis? Fortassis etenim si quando^x femineus sexus de his sceleribus aliquod attractaverit^y, similiter, ut congruum femineo est sexui, ita peniteat. Valde pensandum est suprascriptis omnibus personis, e quibus aliquid ex his sevissimis malis aliquibus inreperit, si per ignorantiam, si per infirmitatem, si per industriam. Gravius est^z infirmitate quam per ignorantiam, gravius^{a'} industria quam per infirmitatem peccare. Sic semper providendum est peritissimis sacerdotibus.

- a) congrega *M*; congretea *C*.
- b) *Qi K*.
- c) *folgt* quos *korr. in* quis *C*.
- d) occiderit *C*; occidit *R*.
- e) iudicio *CR*.
- f) sacerdotis *CR*.
- g) *folgt* suam *K*.
- h) terre ipsius *C*.
- i) vel aviam *C*.
- j) vel *C*.
- k) neptam *M*.
- l) *folgt* suam *K*.
- m) sive *KC*.
- n) *fehlt M*.
- o) *folgt* a *C*.
- p) *X C*.
- q) si *C*.
- r) *folgt* ad *CR*.
- s) arbitrium *M*.
- t) filiam aut filium *C*.
- u) *folgt* occiderit *C*.
- v) *folgt* vero *C*.
- w) alium *K*.
- x) *fehlt K*.
- y) attractavit *K*.
- z) *folgt* pro *C*.
- a') *folgt* est *K*.

9.

Si^a mater filium suum sponte occiderit, XV annos peniteat et numquam mutet nisi in die dominico. Mulier autem paupercula si fecerit pro difficultate nutriendi, VII^b peniteat.

a) i *R*.

b) *unleserlich M; folgt annos KC.*

10. Ex concilio Anciritano^a.

Qui voluntarię homicidium fecerint, pęnitentię quidem iugiter submittant se, perfectionem vero circa vitę exitum consequantur.

<Unde^b laicus V annos iudicatur, subdiaconus inde^c VII, diaconus et monachus decem, presbiter quattuordecim, episcopus XVII.>

a) anciritaċ C.

b) *dieser Satz am Rand M; dieser Satz fehlt KR; Nam C.*

c) *fehlt C.*

11. Ex eodem.

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem penitentiam perfectionem consequi precipit, secunda vero quinquennii tempus explere.

12. In^a eodem^a.

Si quis casu non volens homicidium perpetraverit, XL dies in pane et aqua peniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet nec offerat. Post biennium in communione^b orationis suscipiatur, offerat autem, non tamen^c communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

a) *fehlt K.*

b) *communione R.*

c) *certamen R.*

13.

Si quis infantem oppresserit. III annos peniteat, unum ex his in pane et aqua. Si clericus fecerit, VIII annos peniteat, unum ex his in pane et aqua.

14. Ambrosius^a in exameron.

Quod possumus non facere, si nolumus, huius electionem^b mali nobis potius debemus ascribere quam aliis. Ideo etiam in iudiciis istis voluntarios reos non ex necessitate compulsos culpa constringit, p̄na condemnat. Neque enim si per furorem aliquis innocentem perimat, obnoxius morti est, quin etiam ipsius divinę legis oraculo si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis^c spem, refugii facultatem, ut possit evadere. Hoc igitur de eo, quod proprię malum videtur, dictum sit. Mala enim non sunt, nisi quę criminę mentem implicant et conscientiam^d ligant. Cęterum paupertatem et ignobilitatem, egritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit nec in malorum sorte numeraverit^e.

- a) *ganze Inskr. fehlt K; mbrosius R.*
- b) *elationem K.*
- c) *inpuniti R.*
- d) *consciam K.*
- e) *es folgen 4 bzw. 3 Zusatzkapp. CR.*

X.^a De^b iuramento et periurio^b.

1. Pius papa.

Qui compulsus a domino^c periurat se sciens, utique^d sunt periuri et dominus et miles^e, dominus quia precepit, miles quia plus dominum quam^f animam dilexit. Si liber est, XL dies in pane et aqua peniteat et VII sequentes annos, si servus eiusdem, III. XL et legitimas ferias peniteat.

a) *Zahl fehlt K; XI C.*

b)-b) *fehlt M.*

c) *folgt piu M.*

d) *folgt nochmals se sciens utique K; utriusque CR.*

e) *milites K.*

f) *fehlt K.*

2. Idem^a.

Si quis per capillum Dei vel caput iuraverit vel alio modo blasphemia contra Dominum usus fuerit, si est^b ecclesiastico ordine, deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas^c iuraverit^d, acerrime castigetur et iuxta id, quod synodus iudicaverit^e, peniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin^f divina condemnatione similiter coerceatur^g. Et si episcopus ista emendare neglexerit, a synodo corripiatur.

a) *fehlt C.*

b) *folgt ex CR.*

c) *creaturam CR.*

d) *curaverit R.*

e) *indicaverit K.*

f) *q(ua)n(do) M; quando K.*

g) *coerceantur K.*

3. Sother papa.

Si aliquid nos forte incautius iurasse contingit^a, quod observatum peiorem vertat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus^b ac magis instante necessitate periurandum nobis quam pro facto iuramento in aliud crimen maius esset divertendi^c.

a) contigit *K*.

b) novimus *R*.

c) *korr. in* divertendum *C*.

4. Fabianus papa.

Quicumque se sciens periuraverit, XL dies in pane et aqua^a, VII^b sequentes annos peniteat et numquam sit sine penitentia et numquam in testimonio^c recipiatur et post haec communionem recipiat.

- a) *folgt* et *CR*.
- b) *folgt* septem *K*.
- c) testimoniis *C*.

5. Cornelius episcopus Rufo episcopo.

Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis exigi nisi pro fide recta minime cognovimus nec sponte eos iurasse reperimus. Sacramentum ergo episcopis nescimus oblatum nec umquam fieri debet.

6. Idem^a.

Honestum et^b iustum videtur, ut qui in sanctis aude^c iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei, et ut pueri ante quattuordecim annos non cogantur iurare.

- a) *fehlt C.*
- b) *est R.*
- c) *audeat C.*

7. Euticianus.

Predicandum est etiam, ut periurium fideles caveant et ab hoc sumopere abstineat^a, scientes hoc grande scelus esse et in lege et in prophetis et in^b evangelio prohibitum. Audivimus autem quosdam parvipendere hoc scelus et levem quodammodo periuris penitentiam modum imponere. Qui etiam^c nosse debent talem^d periurio penitentiam imponere debere, qualem et de adulterio, de fornicatione, de homicidio sponte commisso et de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato periurio aut quolibet criminali peccato timens penitentiam longam^e ad confessionem venire noluerit, ab ecclesia repellendus est sive a^f communione^f et consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat neque bibat neque in sua domo eum recipiat.

a) abstineant *CR*.

b) i *M*.

c) et *R*.

d) *folgt* de *CR*.

e) longum *MK*.

f) ad communionem *K*.

8. Idem.

Episcopus in sinodo residens post congruam allocutionem VII ex plebe^a eius^a parrochię vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veneratiores viros in medium debet evocare et allatis sanctorum pignoribus unumquemque eorum tali^b sacramento constringere: Amodo inantea quicquid nosti aut^c audisti aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem et rectam christianitatem in ista^d parrochia^d factum sit aut futurum sit, si in diebus eius evenerit, tantum ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis aut indicatum fuerit tibi synodalem causam esse^e, ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem^f nec^f propter^f timorem neque propter pretium neque propter parentelam ullatenus cęles episcopum aut eius missum, cui hoc inquirere iussit^g, quandocumque ex hoc te inquiret. Sic te Deus adiuvet et ille sanctorum reliquiae.

- a) plebiis *R.*
- b) talis *M.*
- c) *fehlt R.*
- d) istam parrochiam *K.*
- e) *folgt übergeschrieben et C.*
- f) *fehlt C.*
- g) iusserit *CR.*

9. Eiusdem.

Istud sacramentum, quod iste iuravit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, in quantum sapis aut audisti, ut^a ab hac die inantea inquisiturus es. Sic te Deus adiuvet.

a) aut *CR*.

10. Pelagius papa.

Si quis periuraverit et alios sciens in periurium duxerit, XL dies peniteat in pane et aqua et VII sequentes annos et numquam sit sine penitentia. Et alii, qui conscii fuerant, similiter peniteant.

11. Gregorius in registro Iustino pretori. Epistola XXIII in libro II°

Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut quos in pravorum actuum perpetracione Deo sibi resistente decipere non valet, oppiniones eorum falsa ad presens simulando dilaceret. Quoniam igitur quedam contra sacerdotale propositum de Leone fratre et coepiscopo nostro sinister rumor asperserat^a, utrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri et nullam in eo^b de^b his, que fuerant dicta, culpam invenimus. Sed ne quid videretur commissum, quod nostro potuisset cordi dubium remanere ad beati Petri sacratissimum corpus, districta eum ex^c abundanti^c fecimus^c sacramenta prebere. Quibus prestitis magna sumus exultatione gavis, quod huiuscemodi innocentia eius evidenter enituit^d. Pro qua re gloria vestra predictum virum cum omni caritate suscipiat et reverentiam ei qualem sacerdoti decet, exhibeat nec quedam cordibus remaneat de his, que iam sunt purgata, dubietas. Sed ita suprascripto^e vos^e episcopo devotissime oportet in omnibus adherere, ut congrue decenterque^f Deum in eius persona videamini, cuius minister est, honorare.

- a) asperat *C*.
- b) eodem *R*.
- c) fecimus ex habundanti *C*.
- d) innotuit *CR*.
- e) vos suprascripto *K*.
- f) decenter que *R*.

12. Idem Brunichildę reginę in epistola VI. lib. XIII.

Menam^a vero reverentissimum fratrem coepiscopumque^b nostrum postquam ea, que^c de eo dicta fuerant, requirentes in nullo invenimus esse culpabilem, quin insuper ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli sub iure iurando satisfaciens, ab his, que^c obiecta eius opinioni fuerant, se demonstravit alienum, reverti illum purgatum absolutumque permisimus, quia, sicut dignum erat^d ut, si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adiuvante innocentia diutius retinere vel affligere in aliquo deberemus.

a) enam *M*; Penam *C*.

b) et coepiscopum *K*.

c) quem *R*.

d) fuit *K*.

13. Augustinus.

Ut noveritis verum iurare non esse peccatum, invenimus et apostolum Paulum iurasse: "Cotidie morior ego per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro." "Per vestram gloriam" iuratio est. Non quasi sic ait "per vestram gloriam morior", quasi vestra gloria me fecit mori, quomodo si diceret: per venenum mortuus est, per gladium mortuus^a, per bestiam mortuus, per inimicum mortuus, id est faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno. Non sic dixit "per vestram gloriam". Et paulo post: Ergo nemo dubitat iurasse apostolum Paulum, quando dixit: "per vestram gloriam, fratres". Et ne putemus eum per humanam gloriam iurasse, addidit: "quam habeo in Christo Iesu domino nostro". Est alio^b loco iuratio prorsus certa et expressa: "Testem Deum invoco super animam meam, quia parcens vobis nondum veni Corinthum". Et alio loco ad Galathas: "Quę autem scribo vobis, ecco coram Deo quia non mentior". Ecce iuravit apostolus. Non vos fallant qui nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere vel potius non intelligere dicunt non esse iurationem, quando dicit homo: "scit Deus, testis est Deus, invoco Deum super animam meam verum me dicere". Invocavit Deum^c, inquit, testem fecit: numquid iuravit? Qui hęc dicunt, nichil aliud volunt nisi invocato Deo teste mentiri. Itane vero quisquis es pravi cordis vel perversi, si dicas "per Deum", iuras, si dicas "testis est Deus", non iuras? Quid est "per Deum" nisi "testis est Deus"? Aut quid^d est "testis est"^e nisi "per Deum"? Quid est autem iurare nisi ius Deo reddere, quando^f per Deum iuras, ius saluti tuę reddere, quando^g per^h salutem^h tuamⁱ, ius filiis tuis reddere, quando per filios^j tuos^j iuras? Quod autem debemus saluti nostrę, filiis nostris, Deo nostro nisi^k karitatis, veritatis et non falsitatis? Maxime autem per Deum cum fit, ipsa est vera iuratio, quia et cum dicit quisquis "per meam salutem", salutem suam obligat, quando dicit "per filios meos", oppignorat Deo filios suos, ut hoc veniat in caput ipsorum^l, quod exit de ore ipsius, si verum, verum, si falsum, falsum. Cum ergo filios suos vel capud suum vel salutem suam quisque^m inⁿ iurationeⁿ nominans, quicquid nominat, obligat Deo, quanto magis quando iurat per ipsum Deum? Timet^o falsum iurare per filium suum et non timet falsum iurare per Deum suum. Fortasse hoc dicens in animo suo: "Timeo falsum iurare per filium meum, ne moriatur, Deus autem, qui non moritur, etsi falsum per^p eum^p iuretur^p, quid mali contingit^q Deo?" Bene dicis quidem: nil mali contingit^r Deo, quando falsum^s iuras^s per Deum, sed contingit^t malum tibi, qui fallis proximum, cui testem adhibes Deum.

- a) *folgt* est K.
- b) alico R.
- c) *auf Rasur* dominum C.
- d) quis R.
- e) *folgt* deus C.
- f) q(uonia)m K.
- g) q(onia)m K.
- h) *auf Rasur* salutem C.
- i) *folgt* iuras CR.
- j) filium tuum C.
- k) *folgt* ius C.
- l) illorum C.
- m) quisquis (*Endung korr.*) C.
- n) *fehlt* M.
- o) Time M; *korr. aus* Time K.
- p) iuretur per eum C.
- q) contigit KC.
- r) contigit K.
- s) iuras falsum R.
- t) contigit C.

14. Idem.

Iurationem autem, quantum potes, cave. Melius autem^a, si^b nec verum iuratur, quia iurandi consuetudo et in periurium sepe cadit et semper^c periurio propinquatur. Sed illi^d, quantum^d aliquos eorum audivi, quid sit iurare, prorsus ignorant. Putant enim se non iurare, quando in ore habent "scit Deus" et "testis est Deus", et "testem Deum invoco super animam meam", quia non dicitur "per Deum" et quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa^e ibi^e contra eos inventa est, quam confitentur esse iurationem, ubi apostolus ait: "Cotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro." In Grecis enim codicibus reperitur omnino hanc esse iurationem. Ne quisquam in Latina lingua sic intelligat dictum "per vestram gloriam", quomodo dictum est "per meum adventum iterum ad vos" et multa similia, ubi dicitur "per aliquid" et non est iuratio. Sed non ideo, quia in suis litteris iuravit apostolus, vir in veritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet, numquam iuramus, ut sit in ore nostro: est est, non non, sicut Dominus^f admonet, non quia peccatum est verum iurare, sed quia gravissimum peccatur^g est^g falsum iurare, quo citius cadit, qui consuevit iurare.

- a) *folgt* est *C*.
- b) *fehlt* *MK*.
- c) *seper* *M*.
- d) *aliquantum* *MC*.
- e) *ibi illa* *R*.
- f) *deus* *C*.
- g) *est peccatum* *K*.

15. Idem.

Qui dicit: "Ecce coram Deo quia non mentior"^a, iurat utique. Et quid sanctius hac^b iuratione? Sed non est contra preceptum iuratio, quæ a malo^c non est iurantis, sed incredulitati^d eius, cui iurari cogitur. Nam hinc^e intelligitur ita Dominum prohibuisse a iurando, ut quantum in ipso est, omnino^f non iuret. Quod multi faciunt habentes in ore iurationem tamquam magna et suavia quedam. Nam utique apostolus noverat preceptum Domini et iuravit tamen. Non enim audiendi sunt, qui has iurationes non esse putant. Quid enim facient de illa: "Cotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro"? Quam Greca exemplaria manifestissimam iurationem esse convincunt. Quantum ergo in ipso est, non iurat apostolus. Non enim appetit iurationem cupiditate aut delectatione iurandi. Amplius est^g enim quam^h "est est, non non", et ideo a malo est, sed infirmitatisⁱ aut incredulitatisⁱ eorum, qui non aliter moventur ad fidem.

- a) mtior *M*.
- b) hoc *K*.
- c) *folgt getilgt* est *M*.
- d) incredulitate *C*.
- e) hic *C*.
- f) *auf Rasur* iurando *C*.
- g) *fehlt* *C*.
- h) *fehlt* *M*.
- i) *korr. in* infirmitati *und* incredulitati *C*.

16. Eiusdem.

"Quę autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior"^a. Non vobis dicimus non nos^b iurare. Si enim hoc^c dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet, non iuro, sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsus, cum video, nisi faciam, non^d mihi^d credi^e et ei, qui mihi non credit, non expedire quod non credit. Hac perpensa ratione et consideratione librata cum magno timore dico "coram Deo" aut "testis est Deus".

- a) mtior *R*.
- b) vos *C(?) R*.
- c) hec *C*.
- d) mihi non *K*.
- e) credit *C*.

17. *Idem*^a.

Si quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi et domino suo iurat, et postea perverse eius regnum et dolose tractaverit et in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit manum in christum Domini mittens, anathema sit, nisi per dignam penitentiam satisfactionem emendaverit, sicuti constitutum est a sancta synodo, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat et peniteat omnibus diebus vite sue. Verumtamen communionem in exitu vite^b cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbiter vel diaconus, si hoc^c crimen perpetraverit, degradetur.

a) *fehlt C.*

b) *folgt* sue *CR.*

c) *huiusmodi CR.*

18. Augustinus Publicioni^a.

Movet te, utrum eius fide utendum sit, qui ut eam servet, per demonia iuraverit. Ubi te volo prius considerare, ut si quispiam per deos falsos iuraverit se^b fidem servaturum et eam non servaverit, non tibi videatur his^c peccasse? Si enim tali iuratione promissam custodiret^d fidem, ideo tantum^e peccasse iudicaretur, quia per^f deos falsos iuravit^g. Illud autem nemo recte reprehenderet, quia fidem servavit. Nunc autem quia et iurat, per quos non debuit, et contra publicam fidem fecit, quod non debuit, bis^h utique peccavit. Ac per hoc qui utitur fide illiusⁱ, quem constat iurasse per deos falsos, et utitur non ad malum, sed ad licitum et bonum, non peccato eius se sotiatur, quo per demonia iuravit, sed bono pacto eius, quo fidem servavit. Neque hic eam fidem, dico, servavit, qua fideles vocantur, qui in Christo baptizantur. Illa enim longe alia est longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum. Verumtamen sine ulla dubitatione minus malum est per deum falsum iurare veraciter quam per deum verum fallaciter. Quanto enim, per quod iuratur, magis est sanctum, tanto maius^j est pēnale periurium.

- a) Publicone *KR*.
- b) *unleserlich M*.
- c) *folgt* non *C*.
- d) *custodierit MC*.
- e) *tamen C*.
- f) *fehlt C*.
- g) *iuraverit C*.
- h) *his K*.
- i) *eius K*.
- j) *magis C*.

19. Eiusdem.

Sicut non impediunt ad vitam eternam iustum quædam peccata venialia^a, sine quibus hæ vita non ducitur, sic ad salutem eternam nichil prosunt impio aliqua bona opera^b, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur. Verumtamen sicut in regno Dei velut stella ab stella in gloria differunt sancti, sic et in dampnatione pene sempiternę tolerabilius erit Sodome quam alteri civitati, et erunt quidam duplo amplius quibusdam gehenne filii^c.

- a) venalia *CR*.
- b) facta *K*.
- c) filiis *K*.

20. Hieronimus.

Habemus in lege Dei scriptum: 'Non periurabis in nomine meo nec pollues nomen Dei tui', et 'ne assumas nomen Dei tui in vanum'. Ideo admonendi sunt omnes, ut diligenter caveant periurium non solum in^a altari^a seu sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela. Item cavendum est, ne aliquis plus aurum honoret quam altare, ne et Dominus dicat: 'Stulte, quod^b est maius, aurum an altare, quod sanctificat aurum?'

a) *fehlt K.*

b) *quid R.*

21. Idem.

Iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare, quodcumque postulasset^a ab eo. Si ob iusiurandum fecisse sese^b dicit, si patris matrisque interitum^c postulasset^c, facturus esset an non? Quod ergo in suis repudiaturus fuit, contempnere debuit et in propheta Dei. <"Et^d contristatus est rex." Consuetudinis scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret hystoria, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur; sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellabatur pater Iesu, ita et nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. Dissimulator enim mentis suę artifex homicida tristitiam referebat in facie, cum letitiam haberet in mente. Propter iuramentum autem et eos, qui pariter discumbebant, iussit dari. Scelus excusat iuramento, ut sub occasione pietatis impius fieret. Quod autem subiecit, et propter eos, qui pariter discumbebant, vult omnes sceleri^e sui esse consortes.>

- a) *fehlt R.*
- b) *se K.*
- c) *postulasset interitum CR.*
- d) *das folgende nur M.*
- e) *so M.*

22.^a Iohannes Crisostomus super Matheum.

Multa siquidem nunc christiani insipienter intelligunt. Ecce enim si aliqua fuerit causa, modicum videtur facere, qui iurat per Deum; qui autem per evangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicendum est^b stultis: scripturę propter Deum sanctę sunt, non Deus^c propter^c scripturas^c. Maior est^d ergo^d Deus^d, qui sanctificat evangelium, quam evangelium, quod^e sanctificatur a Deo evangelii^f.

a) *dies Kap. erst hinter VI 10,24. CR.*

b) *über der Zeile nachgetragen M.*

c) *propter scripturas Deus C.*

d) *ergo Deus est C.*

e) *folgt getilgt i M.*

f) *fehlt C.*

23. Isidorus.

Quacumque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientię^a testis est, ita^b hoc^b accipit^b, sicut ille cui iuratur intelligit. Duppliciter autem reus fit, qui et Dei nomen in vacuum assumit et proximum dolo capit. Verumtamen non est conservandum sacramentum, quod incaute promittitur, veluti si quispiam adulterę perpetuo cum ea permanendi fidem polliceatur^c. Tollerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri^d flagitio.

- a) scontię *K*.
- b) sic accipit hoc *M*.
- c) pollicetur *M*.
- d) *korr. aus* strupri *M*.

24. Idem^a.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic periurare non poterit^b, qui iurare non appetit. Cavendum igitur^c est iuramentum nec eo utendum^d nisi in sola necessitate. Non est contra Dei preceptum iurare, sed dum usum iurandi facimus, periurii crimen incurrimus. Numquam ergo iurat, qui periurare timet. Multi dum locuntur, iurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore: est est, non non; amplius enim quam est vel^e non est a malo est^f.

a) *fehlt C.*

b) *potuerit K.*

c) *fehlt C.*

d) *intendum C.*

e) *et CR.*

f) *folgt Kap. VI 10,22. CR.*

25. Ex penitentiali^a Theodori.

Si quis suspicatur, quod ad periurium perducatur, et tamen ex consensu iurat, XL dies peniteat et VII sequentes annos et numquam sit^b sine gravi penitentia.

a) penitentia C.

b) *folgt hinter* penitentia C.

26. Ex eodem.

Qui periurat in manu episcopi aut in cruce consecrata, III^a annos peniteat; si vero in cruce non consecrata, annum I peniteat. Qui autem seductus fuerit et ignorans se periuraverit et postea cognoscit, tres quadragesimas peniteat.

a) tribus *M*.

27. Ex penitentiali Romano.

Si quis per cupiditatem periurium fecerit, omnes res suas vendat et pauperibus tribuat et monasterium ingressus iugi penitentię se subdat.

28. Ex eodem.

Si quis coactus pro vita redimenda vel pro qualibet causa vel necessitate periurat, quia plus corpus quam animam dilexit, tres quadragesimas peniteat; alii iudicant, tres annos peniteat^a, unum ex his in pane et aqua peniteat.

a) peñ *M*; penī *C*; penitentię (-nitentię *auf Rasur*) *R*.

29. Ambrosius in libro de penitentia.

Potest fieri, ut aliquis victus^a suppliciiis sermone neget et^b corde adoret. Numquid eadem causa^c eius, qui sponte negat, et eius, quem tormenta inclinaverint ad sacrilegium, non voluntas? Quam indignum est, cum apud homines^d valeat certaminis^e gratia, et apud Deum non valere asseratur! Nam sepe in hoc athletarum seculari certamine etiam victos, quorum fuerunt certamina probata, hominum vulgus cum victoribus coronare consuevit, maxime quos viderit aut forte dolo aut fraude excussos^f victoria. Christus athletas suos, quos viderit gravibus paulisper cecidisse suppliciiis, sine venia patietur manere? Numquid non habebit^g remunerationem laboris, qui etiam, quos proiecit, non in æternum proiecit?

a) *korr. aus* vincetus *M.*

b) *fehlt* *K.*

c) *folgt* est *CR.*

d) *korr. aus* hominis *M.*

e) certa nimis *K.*

f) excusatos *M.*

g) habetis *K*; habeb̄ *C*; habebunt *R.*

30. Ieronimus.

Tria iuramenta solvenda sunt. Primum cum quis male facere iurat, ut homicidium vel aliquid tale. (In^a libro de natura rerum. Non est servandum iuramentum, si quispiam adulterę coniunctus perpetuam cum ea^b permanendi fidem polliceatur.) Secundo cum quis incaute iurat, non putans esse peccatum. Tertio si pueri^c vel^e puellę in domo parentum se iuramento^d constrinxerint, patribus postquam audierint contradicentibus.

- a) *Absatz R.*
- b) *eo M.*
- c) *puerilis MK.*
- d) *fehlt K.*

31. Nicholaus papa episcopus Gallię.

De iuramento iniuste extorto.

Auctoritatem venerabilium predecessorum nostrorum secuti et nominatim beatissimi pape et martiris Alexandri a beato Petro quinti, ab omnibus iuramentis illis et cuiuscumque modi^a obligationibus, quibus^b se coacti violentia impiorum obligaverant, absolvimus, et ne illa servarent, vetuimus tam prefatum archiepiscopum^c Treverensem quam eius prepositum et omnes qui tunc temporis capti se^d illis^d quoquomodo^e obligaverunt. Neque ullam eos proinde infamiam vel calumpniam aut a suis bonis sequestrationem umquam auctore Deo et sanctis apostolis nostris predecessoribus sustinere permittimus, sicut per prophetam divinitus iubemur: Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti^f sunt, liberos et omne onus^g dirumpe. Quin etiam prefato confratri^h nostro filiisque Treverensis ecclesię illiusqueⁱ defensoribus hoc in mandatis damus, ut spirituali simul et materiali gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores^j insequantur, quousque cum omni integritate possessiones vel quęcumque res ecclesiasticę hoc facto vel quocumque pacto distractę seu direptę revocentur.

- a) mortalis *K.*
- b) qui *M.*
- c) episcopum *M.*
- d) *fehlt K.*
- e) quomodo *M.*
- f) fracti *K.*
- g) *folgt* eorum *K.*
- h) etiam fratri *R.*
- i) aliisque *C.*
- j) factores *C.*

XI.^a De^b incantatoribus et auguribus, de divinis et sortilegis^c.

1. Gregorius papa Agnello episcopo. In^d epistola XVIII lib.^e VII.^e

Pervenit^f ad nos quosdam, quod dici nefas est, arbores colere et multa alia contra christianam^g fidem^g illicita perpetrare, et miramur, cur hec fraternitas vestra^h districta emendare ultione distulerit. Propterea scriptis presentibus adortamur hosⁱ diligenti investigatione perquiri, et ut veritate cognita talem in eis faciatis vindictam exerceri, quatinus et Deus placari^j possit^j et aliis eorum ultio correctionis exemplum sit.

- a) *Zahl fehlt MK; XII. C.*
- b) *davor Liber VII R.*
- c) *sortilogis KCR.*
- d) *ganze Buchangabe fehlt M.*
- e) *lib. VIII K; fehlt R.*
- f) *grosse Buchinitiale CR.*
- g) *christianitatem K; fidem christianam CR.*
- h) *nostra R.*
- i) *hoc M.*
- j) *possit placari CR.*

2. Idem^a. In epistola XXXII lib. XI.

Pervenit ad nos, quod quosdam incantatores atque sortilegos^b fueris insecutus, et omnino nobis sollicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. Sed moleste tulimus, quod te dubitare ab eis nobis contra experientiam tuam supripi potuisse^c didicimus, dum aliquando certus esse ac scire debueras hoc tibi apud nos ad commendationem magis proficere quam non^d ad culpam ascribi. Et ideo studii tui sit sollicite querere et quoscumque inveneris huiusmodi Christi inimicos, ita^e districta ultione corrigere, ut et nos de experientia tua melius possimus habere iudicium et Deo te nostro, quod maxime studendum est, valeas commendare.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *sortilogos M.*

c) *potuisset K.*

d) *fehlt CR.*

e) *ista KR.*

3. Idem^a.

Si quis ariolos aut aruspices vel incantatores observaverit aut filacteriis usus fuerit, anathema sit.

a) dem *M*.

4. Martinus papa^a.

Non licet iniquas observationes agere kalendarum et otiis vacare neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis enim^b hec observatio paganorum est.

a) *fehlt C.*

b) *fehlt CR.*

5. Zacharias^a papa^a.

Si quis kalendas ianuarii ritu paganorum colere vel aliquid plus^b novi facere propter novum annum aut mensas cum lampadibus vel epulis in domibus suis^c preparare et per vicos et plateas cantatores et choros ducere presumpserit, anathema sit.

a) *fehlt K.*

b) *über der Zeile nachgetragen M.*

c) *fehlt M.*

6. Ambrosius^a episcopus^a.

Apostolus dicit: "Neque maledici regnum Dei possidebunt." Si quis hoc peccatum admiserit, tam grande peniteat, quam grande perpetraverit scelus, ut a regno Dei non separetur.

a) *fehlt C.*

7. Augustinus^a.

Admoneant^b fideles sacerdotes populos, ut noverint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nichil posse remedii conferre, non animalibus languentibus^c claudicantibusve^c vel etiam moribundis quicquam mederi, sed hec esse laqueos et insidias antiqui ostis, quibus ille perfidus^d genus^d humanum^d decipere nititur. Et si quis hec^e exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

a) *fehlt KC.*

b) Cum moneant *C*; Comoneant *R.*

c) claudicantibus languentibusve *CR.*

d) *korr. durch Umstellungszeichen aus genus humanum perfidus M.*

e) *fehlt C.*

8. Idem^a.

Igitur genus^b divinationis^b a Persis fertur allatum. Varro autem dicit divinationis IIII^{or} esse genera, terram, aquam, aerem et ignem. Hinc geomantiam, idromanciam, aeromantiam, pirromantiam dictam autumant. Divini dicti sunt quasi Deo pleni. Divinitate enim^c plenos^d se^e esse assimilant^f et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo^g autem sunt genera divinationis, ars et furor. Incantatores vero dicti sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt et funesta sacrificia offerunt hisque celebritatibus demonum responsa accipiunt. Aruspices nuncupati sunt quasi inspectores orarum; dies enim et oras in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo, intendunt^h. Hi etiam extaⁱ pecudum inspiciunt et ex^j eis futura predicunt^k. Augures^k sunt qui volatus avium et voces intendunt^{hl} aliaque signa rerum vel observationes improvisas hominis occurrentes^m ferunt. Idemⁿ et auspices^o. Nam auspitia^p sunt, que iter facientes observant. Dicta sunt^q autem^q auspitia^f quasi avium aspitia^s, et auguria quasi avium garria, hoc est avium voces et lingue. Item augurium quasi avigerium, quod aves gerunt. Duo autem sunt genera auspitorum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens, ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. Phitonisse a^t Pitio^t Apolline dicte, quod is^u auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti sunt, eo quod in astris auguriantur. Genelliaci^v appellati sunt propter nataliciorum considerationes dierum; geneses enim hominum per XII celi signa describunt^w siderumque per cursus nascentium mores, actus^x et eventus^y predicare^z conantur, id^a est^a quis^b quali^c signo fuerit natus aut quem effectum^d habeat vite, qui nascitur, interpretantur^e. Hi sunt qui vulgo mathematici vocantur, cuius superstitionis genus^f constellationes Latini vocant, id est notationes siderum, quomodo se habeant^g, cum quisque nascitur. Primum autem idem^h stellarum interpretes magi nuncupanturⁱ, sicut de his legitur, qui in evangelio^j natum Christum annuntiaverunt. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt, cuius artis scientia usque ad evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de celo interpretetur. Oroscopi dicti sunt, quod oras nativitatis hominum speculentur dissimili et diverso fatu^k. Sortilogi^l sunt, qui sub nomine fictę religionis per^m quasdam^m, quas sanctorumⁿ sortes vocant, divinationis scientiam profitentur aut quacumque scripturarum^o scientię inspectione futura promittunt. Salisatores^p vocati sunt, quia dum eis membrorum^q quecumque^q partes^q salierint^r, aliquid sibi exinde^s prosperum seu triste significare predicunt.

- a) Ex dictis eiusdem *K*; Augustinus *C*; Ex dictis eius *R*.
- b) divinationis genus *C*.
- c) *fehlt C*.
- d) *korr. aus plenis M*.
- e) *fehlt K*.
- f) *korr. aus assimilant M; simulant C*.
- g) *folgt enim K*.
- h) intendunt - intendunt *am Rand auf Rasur M*.
- i) *korr. aus extra K; extra R*.
- j) *fehlt R*.
- k) predicunt Augu- *Randverlust M*.
- l) -tendunt *Randverlust M*.
- m) occurrentibus *C*.
- n) *folgt sunt M*.
- o) *korr. aus aruspices M; aruspices C*.
- p) auruspicia *C*.
- q) autem sunt *KCR*.
- r) auruspicia *C*.
- s) auspitia *C*.
- t) auspitio *M*.

- u) his *KC*.
- v) Genet liaci *K*.
- w) describuntur *C*.
- x) accutos *C*.
- y) *korr. aus* ventus *M*.
- z) predicere *K*; indicere *C*; codice *R*.
- a') Idem *K*.
- b') quisquis *C*.
- c') quo *C*; *fehlt* *R*.
- d') affectum *K*.
- e') interpretatur *M*.
- f') *fehlt* *R*.
- g') hī *C*.
- h') *fehlt* *C*.
- i') *korr. in* nuncupabantur *K*; nuncupabantur *R*.
- j') evangelium *M*.
- k') *korr. in* fato *K*; fato *CR*.
- l') *korr. in* sortilegi *C*.
- m') *fehlt* *M*.
- n') sancto *K*.
- o') scripturum *korr. in* scripturam *K*.
- p') *korr. aus* Salitores (?) *M*.
- q') quecumque partes membrorum *CR*.
- r') *fehlt* *M*.
- s') *folgt* sibi *M*.

9. Ex^a concilio Tolletano.

Si quis episcopus aut presbiter sive diaconus vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruspices aut ariolos vel sortilegos^b aut eos, qui profitentur artem aliquam aut aliquos eorum similia exercentes consulens fuerit deprehensus, ab onore dignitatis suę depositus, monasterium ingressus ibique perpetuę penitentię deditus scelus admissum sacrilegii luat.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *sortilogos M.*

10. Ex^a penitentiali Romano.

Mulier si divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, anno^b uno^b peniteat vel III. XL vel XL dies secundum qualitatem delicti.

- a) *ganze Inskr. fehlt C.*
- b) annum I C.

11. Ex^a eodem^a.

Quicumque nocturna sacrificia demonum celebraverint vel incantationibus demones quacumque arte ad sua vota invitaverint, tres^b annos peniteant.

- a) *fehlt C.*
- b) IIII *C.*

12. Augustinus^a.

Non observetis dies, qui dicuntur Egyptiaci aut kal. ianuarii, in quibus canticule quedam et commessiones et adinvicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio, aut aliquos^b menses aut tempora aut dies et annos aut lune solisque cursum, quia qui^c et^c has^c et quascumque divinationes aut fata aut auguria observat aut attendit aut contendit aut consentit observantibus, inutiliter et sine causa^d et magis ad sui damnationem quam ad salutem confitetur Deum, sive per quosdam numeros^e litterarum^e et lune per pictagoricam nigromantiam egrotantium vitam vel mortem vel prospera vel adversa futura^f inquirunt^f sive qui attendunt somnialia scripta et falso in Danielis nomine intitulata^g et sortes, que dicuntur sanctorum, et auguria avium aut aliqua pro domo facienda aut coniugia^h copulanda aut in collectionibus erbarum carmina dicunt aut pectaciolasⁱ pro quavis infirmitate scriptas^j super homines aut animalia ponunt preter symbolum et orationem dominicam, aut qui magicis falsitatibus in grandinariis^k et tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt aut ad eorum domos euntes aut suis domibus introducunt^l, ut interrogent^m, sciant seⁿ fidem christianam et baptismum prevaricasse et paganum et apostatam, id est retro abæuntem, et Dei inimicum iram Dei graviter in eternum incurrisse, nisi ecclesiastica penitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim apostolus: Sive manducabitis^o sive bibitis sive aliud quid^p facietis, omnia in nomine Domini facietis, in quo vivimus, movemur et sumus.

- a) *fehlt KC.*
- b) *aliquo K.*
- c) *et qui has K; qui ethnicas C.*
- d) *folgt confitetur Deum M.*
- e) *numeros litterum K.*
- f) *inquir futura K.*
- g) *intitula M.*
- h) *coniungia M.*
- i) *pitatiola C.*
- j) *scripta C.*
- k) *grandinum CR.*
- l) *in-, das folgende bis et fehlt K.*
- m) *interrogentur C.*
- n) *si R.*
- o) *manducatis CR.*
- p) *aliquid K.*

13. Ex concilio Anciritano.

Presbiteros qui immolaverunt et postea iterum certamen inierunt, si hoc ipsum ex fide et non aliquo argumento sibimet preparantes egerunt, ut iterum tenere videantur^b tormentis subici, tamquam putentur inviti^c. Si ergo ex fide luctati sunt et non ex compacto ad ostentationem, ut offerrentur^d, ipsi fecerunt, hos placuit honorem quidem sedis proprię retinere, offerre autem illis et sermonem ad populum facere aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *viderentur KC.*

c) *amitti C.*

d) *offerrent korr. aus offererent C.*

14. Ex^a eodem^a.

Diacones^b similiter, qui immolaverunt, postea autem iterum reluctati sunt, alias^c quidem honorem^d habere oportet, cessare vero debere ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem nec calicem offerant nec pronuntient^e, nisi forte aliqui episcoporum conscii sunt^f laboris eorum et humilitatis et mansuetudinis et voluerint eis aliquid amplius tribuere vel adhibere. Penes ipsos^g ergo^h deⁱ his erit potestas.

- a) *fehlt K.*
- b) *Diaconus, korr. (in Diaconas?) K.*
- c) *alios C.*
- d) *honores C.*
- e) *folgt evangelium C.*
- f) *sint K.*
- g) *illos M.*
- h) *quidem C.*
- i) *ex M.*

15. Ex^a concilio^b Anciritano^b.

Si^c autem qui secundo^d tertio sacrificaverint per vim coacti, quattuor annis ad penitentiam sese summittant. Duobus autem aliis sine oblatione^e communicent^f, septimo autem^g anno^h perfectiorem^h recepturi communionem.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *eodem M.*

c) *Hii C.*

d) *folgt et CR.*

e) *obligatione C.*

f) *communicetur R.*

g) *fehlt CR.*

h) *anno perfectionem K; perfectionis anno C; anno perfectionis R.*

16. Ex^a eodem^a.

Eos^b, qui ante baptismum sacrificaverunt et postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni crimine lavacri salutaris sanctificatione purgatos.

a) *fehlt KC.*

b) *korr. in Hos C.*

17. De eodem.

Quotquot autem non solum a^a fide dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios et fratribus persuaserunt et rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catecuminos habeantur, per aliud autem sexennium penitentię recipiant^b locum^b, alio vero^b anno, id^d est^d decimo^d, communionem sine oblatione recipiant, ut completo decennio perfectione fruantur. Ideo autem ipso^e tempore etiam^f vita eorum et conversatio consideranda est.

- a) *fehlt K.*
- b) locum recipiant *M.*
- c) loco *C.*
- d) undecimo *C.*
- e) ipse *R.*
- f) *fehlt CR.*

18. Ex^a concilio Niceno.

Quicumque ex his, qui lapsi sunt et^b per ignorantiam ordinati sunt vel contemptu^c eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non preiudicat^d regulę ecclesiasticę. Cum enim compertum fuerit, deponentur^e.

- a) *ganze Inskr. fehlt K.*
- b) *fehlt CR.*
- c) *conventu K.*
- d) *preiudicant K; korr. aus predicant C.*
- e) *deponantur M.*

19. Ex^a concilio Ancirano.

Qui divinationes expetunt et morem gentilium subsecuntur aut in domos suas huiusmodi homines introducunt ex^b querenda^b aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula quinquenii iaceant secundum gradus penitentię definitos.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *exquirenda C.*

20. Ieronimus^a.

Demonium sustinenti licet petras^b vel^c herbas habere sine incantatione.

a) *fehlt C; folgt De legibus R (auch K?, s. VI 11,21).*

b) *pietas K.*

c) *et C.*

21. Ex nono libro codicis Iustiniani. De^a legibus^a.

Nullus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic^b ritui assolent ministrare^c, limen alterius accedat^d nec ob^e alteram^e causam, sed huiusmodi hominum amicitia^f quamvis vetus repellatur, concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit, et illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum evocaverit suasionibus^g vel^g premiis^g. Accusatorem^h autem huiusmodi criminis non delatorum esse, sedⁱ dignum^j magis premio arbitramur.

a) *Stellung zweifelhaft: zum vorigen Kap.? K; fehlt C; vor dem vorigen Kap. R.*

b) *hui K.*

c) *folgt ad M.*

d) *accedet M.*

e) *oblteram mit übergeschriebenem a M; oblatam C; oblat(er)am R.*

f) *anuentia C.*

g) *premiis vel suasionibus K.*

h) *accusatore R.*

i) *folgt et R.*

j) *indignum C.*

22. Ex^a eodem^a.

Multi magicis artibus usi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis^b artibus inimicos. Hos quoniam nature^c peregrini^d sunt, feralis pestis assumat^e.

- a) *am Rand M; fehlt C.*
- b) *m- auf Rasur M.*
- c) *natura M.*
- d) *peregrinę C.*
- e) *absumat CR.*

XII.^a Quod non imputetur, si quid mali acciderit per ea, quę propter bonum facimus.

1. Augustinus.

Neque enim reus est christianus, si bos eius aliquem feriendo vel^b equus^b calcitrando occiderit, aut ideo non debent habere christiani boves cornutas^c aut equus^d ungulas aut dentes^e canis^e. At vero quoniam Paulus apostolus satis egit, ut in tribuni notitiam^f perferretur^g insidias sibi^h a quibusdam perditis parari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma sceleratiⁱ homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum et^j suum crimen^k agnosceret^l? Absit ut ea, que propter bonum et licitum facimus, si quid per hoc preter^m nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.

a) *Zahl fehlt MK; XIII. C.*

b) *fehlt K.*

c) *cornutos C.*

d) *korr. in equi M; equi C.*

e) *canes dentes C; canis dentes R.*

f) *notiam M.*

g) *perfereretur M.*

h) *auf Rasur M.*

i) *scelarati M.*

j) *fehlt CR.*

k) *fehlt C.*

l) *agnoscerent K.*

m) *propter K.*

XIII.^a De ledentibus patrem vel matrem.

1. Ex^b penitentiali Romano.

Si quis inhonoraverit patrem^c aut^d matrem, III annos^e peniteat. Quodsi manum levaverit aut eum percusserit, VII annos^f peniteat.

a) *Zahl fehlt MK; XIII. C.*

b) *ganze Inskr. fehlt C.*

c) *folgt XIII M.*

d) *et CR.*

e) *annis M.*

f) *annis M.*

XIV.^a De clericis^b vel ecclesiastica ledentibus vel^c distraentibus^c.

1. Ex concilio^d apud Theodotis villam, ubi fuerunt in^e sedibus^e ordinati^f XXXII episcopi.

Si quis subdiaconum calumpniatus fuerit vel vulneraverit vel debilitaverit et^g convaluerit^g, V. XL sine subditis annis peniteat et CCC solidos cum sua compositione et episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas^h XLmas^h cum sequentibus annis peniteat et CCCⁱ solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo^j componat. Si^k diaconum^l calumpniatus fuerit et convaluerit, VI. XLmas sine subditis annis peniteat et CCCC solidos cum^m compositione sua et episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas VI.ⁿ XLmas cum sequentibus annis peniteat et DC solidos cum tripla sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si^o quis presbiterum calumpniatus fuerit et spatassaverit^p, VI.^q XL sine subditis annis peniteat et DC solidos cum triplici sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat^o. Si autem mortuus fuerit, XII annorum penitentia secundum canones et^r imponatur^s et DCCCC solidos cum triplici sua compositione et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si quis episcopo insidias posuerit^t, comprehenderit vel in aliquo dehonestaverit, X. XLmas cum subditis annis peniteat et presbiteri occisi triplicem compositionem^u componat. Si autem casu et non sponte occiditur, cum^v provincialium^v episcoporum consilio homicida^w peniteat. Si quis autem eum^x sponte^x occiderit^x, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitę suę, cingulum militare^y deponat, absque spe^z coniugii^{a'} in perpetuo^{b'} maneat.

- a) *Zahl fehlt MK; XV. C.*
- b) clericis *MKC.*
- c) *fehlt C.*
- d) conciliis *M.*
- e) *fehlt M.*
- f) *fehlt M; ordinatis CR.*
- g) *fehlt K.*
- h) XLmas supradictas *C.*
- i) CCCC. *CR.*
- j) *fehlt CR.*
- k) *Absatz R.*
- l) diaconus *C.*
- m) *fehlt C.*
- n) *über d. Zeile nachgetragen M.*
- o)-o) Si quis - componat *am Schluß des Kap. C.*
- p) spatassaverit *KR; pulsaverit C.*
- q) VII. *M.*
- r) eum *R.*
- s) componatur *M; ponantur R.*
- t) composuerit *C.*
- u) *fehlt K.*
- v) cum comprovincialium *M; comprovintialium C.*
- w) *korr. aus omicida M.*
- x) *fehlt R.*
- y) *militarem M.*
- z) *fehlt C.*
- a') coniugio *C.*
- b') perpetuum *C.*

2.

Quod^a si quis Dei sanctęque ecclesię extiterit contemptor et per suę tyrannidis potentiam cuiuslibet gradum^b custodię deputaverit aut in aliquo leserit aut, quod est turpissimum, diabolico spiritu agitatus in episcopum aut presbiterum vel diaconum manus mittere ausus fuerit aut de sua libera potestate eum auferre^c vinculis custodieque tradiderit^d aut in aliquo dehonestaverit seu iniuriis aut contumeliis affecerit, hic^e omnibus diebus vitę suę iugiter^f se penitentię summittat, arma nulla ferens, cilicio semper indutus, carnem non comedat vinumque^g non bibat, ad secularem militiam numquam^h revertatur neque sequaces eius eique consentientes, sicut sancti precipiunt canones, uxorem nonⁱ accipiat^l, peregrinus exul effectus^k omnibus diebus vitę suę et numquam in uno loco sive in una villa^l ospitetur, sed peregrinando semper ambulet, nisi gravissima infirmitate^m detineatur^m.

- a) Iđ C.
- b) gradu M.
- c) auferens CR.
- d) tradidit K.
- e) über der Zeile nachgetragen M.
- f) iugi CR.
- g) vinum C.
- h) fehlt, über der Zeile nachgetragen non C.
- i) rad. C.
- j) accipiant C.
- k) korr. aus efectus M.
- l) fehlt K.
- m) detineatur infirmitate KC; detinentur infirmitate R.

3. Pius papa.

Sicut qui ecclesiam Dei^a vastat et eius predia et donaria spoliat et invadit, fit sacrilegus, sic ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegus^b iudicatur. Non ergo gravius peccatum est fornicatio quam sacrilegium, et sicut maius peccatum est, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est peccatum sacrilegium agere quam fornicari.

a) *folgt getilgt* semper *M.*

b) *secrilegus M.*

4. Imper. Archadius et Honorius augusti.

Si quis in hoc genus sacrilegii prorupit^a aut in ecclesias^b catholicas^b irruens sacerdotibus et ministris vel in^c ipso^d culto^e loco aliquid inportet iniurię, quod geritur a provinciarum^f rectoribus, animadvertatur atque ita provincie moderator sacerdotum et ecclesię catholicę ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos reos sententia^g noverit^h vindicandam. Necⁱ expectet, ut episcopus iniurię proprię ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile factas atroces^j sacerdotibus^k aut^k ministris iniurias veluti publicum crimen persequi.

- a) proruperit *K.*
- b) ecclesię catholicę *M.*
- c) *fehlt M.*
- d) aliquo *C.*
- e) *korr. aus cultu M; clericorum korr. aus cęlorum C.*
- f) provincialibus *M.*
- g) sententiam *K.*
- h) novit(er) *K.*
- i) ne *M.*
- j) *auf Rasur M.*
- k) *nachgetragen M.*

5. De^a VII. sinodo^b cap. XII.

Quisquis episcopus inventus fuerit vel abbas de salariis episcopii sive monasterii transferre^c quicquam in principum manus vel etiam alii personę conferre, irritum sit quod datum esse constiterit, secundum canonem sanctorum apostolorum qui dicit: `Omnium ecclesiasticarum rerum episcopus habeat sollicitudinem et dispenset eas tanquam Deo contemplante. Non licere autem ei^d fraudari^e quicquam^f ex illis vel cognatis propriis donare, quę Dei sunt. Quodsi pauperes fuerint^g, ut pauperibus largiatur, sed non sub horum occasione^h quę sunt ecclesię defraudenturⁱ. Quodsi excusationem^j pretenderint dampnum facere et nichil ad profectum agrum existere, nec sic principibus, qui per^k loca illa sunt, tribuatur ager vel locus, sed clericis vel agricultoribus. Quodsi calliditate usus fuerit et a colono vel clerico emerit princeps agrum, etiam sic irrita sit venditio et restituatur in episcopio vel monasterio, et episcopus vel abbas monasterii hoc faciens abiciatur, episcopus quidem^l ab episcopio, abbas autem a monasterio, tanquam qui dispergit male, quę non colligit^m.

- a) ganze Inskr. fehlt C.
- b) synodis K.
- c) terris ferre M; terras ferre K.
- d) fehlt K.
- e) fraudare M.
- f) korr. aus quisquam M.
- g) sunt C.
- h) folgt getilgt subę M.
- i) defraudetur K.
- j) excusatione M.
- k) pro MK.
- l) fehlt C; vor episcopus R.
- m) colligit C.

6. Anacletus^a papa^a.

Qui abstulerit, inquit^b, aliquid^b patri, homicide particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit, mater nostra ecclesia, quę nos in baptismo spiritualiter regeneravit^c. Ergo qui Christi pecunias et ecclesię aufert, rapit aut fraudat, homicida est atque^d ante Deum homicida deputatur^e. Qui enim res ecclesię abstulerit, sacrilegium facit et ut^f sacrilegus iudicandus est.

- a) *fehlt C.*
- b) *aliquit inquit M.*
- c) *regn(er)avit MC.*
- d) *fehlt R.*
- e) *reputatur C.*
- f) *sicut C.*

7. Lucius^a papa^a.

Rerum ecclesiarum^b et facultatum raptores a liminibus sanctę ecclesie^c anathematizantes apostolica auctoritate^d pellimus et dampnamus atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed etiam omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei iudicantur.

- a) *fehlt C.*
- b) *ecclesiasticarum K.*
- c) *fehlt K.*
- d) *coauthoritate K.*

8. Bonifatius^a papa^a.

Nulli liceat ignorare omne quod Domino consecratur, sive fuerit homo sive animal sive ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino et ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod quia inexcusabilis erit omnis, qui a Domino et ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, invadit vel eripit, usque ad emendationem ecclesięque^b satisfactionem ut sacrilegus diiudicetur^c, et si emendare noluerit, excommunicetur.

- a) *fehlt C.*
- b) *ecclesię M.*
- c) *iudicetur MC.*

9. Iulius^a papa^a.

Si quis ecclesiam igne comburit, XV annos peniteat et eam sedule restituat et pretium suum^b distribuat pauperibus.

a) *fehlt KC.*

b) *fehlt CR.*

10. Iohannes^a papa^a.

Et^b hi, qui in^c monasteria et loca Deo sacrata et ecclesias infringunt et deposita vel alia quelibet exinde^d abstrahunt^e, damnum novies componant et emunitatem tripliciter et velut^f canonicę sententię subiungantur^g.

a) *fehlt C.*

b) *Ut C.*

c) *fehlt C.*

d) *nach* abstrahunt *C.*

e) abstravit *R.*

f) *folgt* sacrilegi *C.*

g) *korr. in* subiugantur *K*; subiugentur *C.*

11. Eusebius^a papa^a.

Et^b in legibus seculi^c cautum habetur: qui rem subripit alienam, illi, cuius res direpta est, in novum^d, quæ sublata sunt, restituantur^e, et in lege divina legitur: maledictus omnis qui transfert terminos proximi^f sui, et dicit omnis populus Amen. Talia ergo non presumantur absque ultione nec exerceantur absque damnatione. Pacem et non damnum aut^g iniustitiam^g alicuius sectamini invicem^h et in omnes. Proinde si quis ecclesiasticas oblationes, et quod Dominoⁱ consecratum fuerit, rapuerit vel consenserit facientibus, ut sacrilegus diiudicetur et damnum in quadruplum restituat et canonice peniteat.

a) *fehlt KC.*

b) *Ut C.*

c) *se R.*

d) *decuplum K; undecuplum CR.*

e) *restituat CR.*

f) *populi R.*

g) *fehlt CR.*

h) *in invicem CR.*

i) *Deo CR.*

12. Pius^a papa^a.

Predia divinis usibus tradita quidam humanis applicant usibus et Deo nostro, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus^b inserviant. Quapropter ab omnibus^c illius usurpationis contumelia depellenda^d est, ne predia sibi secretorum celestium dicata, a^e quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis^f presumpserit, ut sacrilegus habeatur^g et sicut sacrilegus^g iudicetur.

- a) *fehlt KC.*
- b) *fehlt MK.*
- c) *hominibus K.*
- d) *depellanda KCR.*
- e) *fehlt C.*
- f) *fehlt M.*
- g)-g) *fehlt MK.*

13. Urbanus episcopus christianis omnibus^a.

Res ecclesię fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur^b. Non ergo debent in aliis usibus quam ecclesiasticis et predictorum^c christianorum^d fratrum^e indigentium^f converti, quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum atque ad predictum opus explendum Domino tradite. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananię et Saphirę percipiat et reus sacrilegii efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui pretia predictarum rerum fraudati sunt. Hec, fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res ecclesię non quasi proprię, sed ut communes et Domino^g oblatę cum summo timore, non in^h alios quam in prefatos usus sunt fideliter dispensandę, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubiⁱ traditeⁱ suntⁱ, et quod peius est, anathemate maranatha fiant, et si^j non^j corpore ut Ananias et Saphira mortui ceciderunt^k, anima tamen, quę fortior est corpore, mortua et alienata^l a consortio fidelium cadat, ut in profundum baratri labatur^m.

- a) *fehlt M.*
- b) consecrantur *CR.*
- c) *fehlt C.*
- d) *fehlt R.*
- e) *folgt* vel *C.*
- f) indigentiam *M*; indigentigentium *K.*
- g) deo *K.*
- h) *fehlt K.*
- i) *fehlt M.*
- j) sicut *C.*
- k) ceciderint *M.*
- l) aliena *K.*
- m) labetur *K.*

14. Idem^a.

Generaliter statuimus ut, quicumque res ecclesie confiscare aut competere aut pervadere periculosa sua infestatione presumpserit, non^b se citissime per ecclesie, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriat. Similiter et hi, qui res ecclesie iussu vel largitione principum vel quorundam potentium aut quadam invasione aut tyrannica potestate retinuerint et filiis heredibus^c suis quasi hereditarias reliquerint^d, nisi cito res Dei a rectoribus ecclesie admoniti restituant, perpetuo anathemate feriantur.

a) *fehlt KC*; Simacus papa in generali sinodo residens *R*.

b) nisi *CR*.

c) heresibus *K*.

d) *korr. in* relinquerint *K*.

<14a.^a Gregorius Iohanni episcopo Calliopolitano^b.

Meretriculam, quam frater noster et coepiscopus noster Andreas Tarentinus fecit fustibus castigari, quamvis exinde post^c VIII^d menses hanc obisse non credamus, tamen quia eam contra propositi ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mensibus a missarum solemnitate, ut vel hoc ei in verecundia, qualem se decetero exhibere possit, instituat.>

- a) *dieses Kap. fehlt MK; nur die Inskr. vorhanden C.*
- b) Galliopolitano *R.*
- c) *fehlt R.*
- d) VII *C.*

15. Idem^a.

Quicumque episcoporum, presbiterorum, diaconorum obligatus^b Dei^c huius immemor in constitutum presens committens predium ecclesie magnum vel exiguum vel quicquam de iure ecclesie alienare temptaverit, donator, alienator, venditor honoris sui amissione mulctetur. Nefas^d enim, ut dictum est, obligatione, qua summus pontifex tenetur, ea homines^e seculi in ecclesia^f ordinis^g non teneri. Propterea qui petierit aut acceperit vel qui presbiterorum aut diaconorum seu defensorum danti subscripsit^h, quo iuratusⁱ Deus animas percutit, anathemate feriatur. Liceat etiam quibuscumque ecclesiasticis vocem contradictionis auferre^j et ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possint alienata reposcere.

a) *fehlt KCR.*

b) *oblitus CR.*

c) *folgt et decreti CR.*

d) *folgt über der Zeile est C.*

e) *homine K.*

f) *ecclesie C.*

g) *ordines M; ordine C.*

h) *subscripsit MC.*

i) *iratus CR.*

j) *afferre CR.*

16. Martinus^a papa^a.

Si quis episcopus nulla ecclesiasticę rationis necessitate compulsus in suo clero^b, aut forte^c ubi^c non est presbiter, de rebus ecclesiasticis aliquid presumpserit vendere, res ipsas ecclesię proprię^d restaurare cogatur et in iudicio episcoporum deiciatur auditus^e et^f tanquam furti aut latrocinii reus suo privetur honore.

- a) *fehlt KC.*
- b) *clerico M.*
- c) *ubi K; ubi forte CR.*
- d) *fehlt M.*
- e) *auditurus C.*
- f) *fehlt M.*

17. Valentinus^a papa^a.

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

a) *fehlt C.*

18. Gregorius^a VII.^a

Quicumque militum vel cuiuscumque^b ordinis vel professionis^c persona predia ecclesiastica a quocumque rege seu^d seculari principe vel ab episcopis invitis seu abbatibus aut^e aliquibus ecclesiarum rectoribus susceperit vel suscepit vel invasit vel eorum consensu tenuerit, nisi eadem predia ecclesiis restituerit, excommunicationi subiaceat.

a) *fehlt C; folgt Cap. I. R.*

b) *folgt nochmals militum vel cuiuscumque M.*

c) *possessionis MK.*

d) *vel C.*

e) *vel MC.*

XV.^a De^b furibus et predatoribus atque dissidentibus et reconciliari rennuentibus et fugitivis servis.

1. Ex^b decretis Euticiani pape^d.

Si quis membrorum truncationes^e domorum incendia fecerit sive facere iusserit aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter vel amicabiliter coram episcopo civitatis aliisque civibus non emendaverit, ab ecclesia se privatum cognoscat. Si vero post secundam et tertiam conventionem cuncta, in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus et publicanus ab omni christianorum collegio separetur.

a) *Zahl fehlt MK; XVI. C.*

b) *dieser Titel erst vor dem nächsten Kap. C.*

c) *ganze Rubrik fehlt C.*

d) *fehlt M.*

e) *folgt vel M.*

2.^a

Si aliquis de monasterio^b ecclesie quolibet modo aliquid furatus fuerit, VII annis peniteat.

a) Ex penitentiali Romano *KR*; *hier der ganze Titel 15 C*.

b) ministerio *CR*.

3. Augustinus^a episcopus in libro questionum Exodi.

Penale est occulte auferre. Multo maioris penę^b est^b visibiliter^c eripere. Auferre ergo nolenti sive occulte seu^d palam habet preceptum suum. Furti enim^e nomine pene^f intelligitur^g omnis illicita^h usurpatio rei alienę. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed furti nomine rapinam intelligi voluit. Aperte enim totumⁱ significavit, quicquid illicite rerum proximi aufertur.

a) ganze Inskr. fehlt, kein Absatz zu VI 15,2. C.

b) est penę M.

c) invisibiliter K.

d) sive M.

e) fehlt CR.

f) pena M.

g) intelligi C.

h) folgt rei M; fehlt K.

i) korr. aus uotum M.

4.

Fur^a autem non solum in maioribus, sed in^b minoribus^b etiam^b iudicatur. Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, quomodo in fornicatione. Non iccirco diversa sit^c fornicatio, si^d mulier^d pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauper aut opulenta^e, sed qualiscumque illa fuerit, una est fornicatio. Ita^f in furto quantumcumque^g abstulerit, furti crimen incurrit.

- a) Cur *K*.
- b) etiam in minoribus *R*.
- c) fit *C*.
- d) si *M*; similiter *KR*.
- e) opolenta *M*.
- f) Itaque *M*.
- g) *folgt* quis *C*.

5.

Si quis per necessitatem furatus^a fuerit cibaria vel vestem vel pecus per famem aut per^b nuditatem, peniteat ebdomadas III. Si reddiderit, non cogatur ieunare.

a) *fehlt K.*

b) *fehlt K.*

6.

Nam si quis publicam rapinam seu^a furtum fecerit, publicam inde agat penitentiam iuxta sanctorum canonum^b sanctiones. Si vero occulte, sacerdotum consilio peniteat, quoniam raptores, ut apostolus^c ait^c, nisi inde egerint veram^d penitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesie^e aliquid abstulerit^f, gravius inde iudicetur^f, quia quamvis ultio furum^g ad comites respiciat^h, penitentia tamen ad episcopos pertinet.

a) vel *M*.

b) *korr. aus* canones *M*.

c) ait apostolus *K*.

d) *fehlt K; nachgetragen C*.

e) ecclesiarum *CR*.

f) abstulerint ... iudicentur *K*.

g) *folgt* et raptorum *C*; furtum *R*.

h) aspiciat *M*.

7. Gregorius ad Romanum defensorem.

Si qui^a in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur iniuste defendi, nec opinionem male agentium et indiscretę defensionis ausu^b in nos ullo modo transferamus, sed quantum decet, ecclesiam admonendo, verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis^c, succurrite, ut aliis opem feratis et opinionem sanctę ecclesię^d inquinatis.

- a) quis *R.*
- b) ausum *MC.*
- c) vultis *C.*
- d) *folgt* non *MC.*

<7a.^a Augustinus.

Nec interest apud Deum, rapina an circumventionem quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.>

a) dieses Kap. fehlt KCR.

8. Augustinus Gregorio.

Obsecro, quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia furtim abstulerit^a.
Gregorius.^b

Hoc ita fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat^c corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtum perpetrant, et sunt alii, qui hac^d in^e re^e ex^f inopia^g delinquunt^h. Unde necesse est, ut quidam damnis, quidam veroⁱ verberibus, et quidam districtius, quidam vero levius corrigantur. Et cum^j paulo districtius agitur, ex caritate agendum est et non ex furore, quia ipsi hoc prestat, qui corrigitur^k, ne gehennę ignibus tradatur. Addis^l etiam, quo ea, que^m furto de ecclesiis abstulerint, reddere debeant. Sed absit, ut ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, et lucra damnis querere.

a) extulerit *KCR*.

b) *neues Kap. M.*

c) debeat *MC*.

d) *fehlt C.*

e) iure proprio *C.*

f) *fehlt C.*

g) *korr. in inopiaque (-que über der Zeile nachgetragen) C.*

h) delinguunt *M.*

i) *fehlt K.*

j) *fehlt K.*

k) corrigit *C.*

l) Addit *M.*

m) qui *M.*

9. Triburiensi^a concilio^a.

Fures et latrones, si in furando aut in predando occiduntur, visum est^b pro eis non^c orandum. Si comprehensi aut vulnerati presbitero vel diacono confessi fuerint, communionem non^d eis^d negaverit^c.

- a) Triburiensis concilio *M*; *fehlt C*.
- b) *folgt non K*.
- c) *fehlt hier K*.
- d) *ei non M; korr. in eis non K*.
- e) *negavit M; negaverint C*.

10. Ex^a Agatensi^a concilio^a.

Si quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum, ut iunior virgis cesus tanti criminis reus numquam officium ecclesiasticum accipiat. Si vero iam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis^b ipsius^b dignitate privetur. Cui sufficere potest pro actus^c sui levitate impleta^d penitentiae^e satisfactione sola communio.

- a) Ex Agathenis *M*; *fehlt C*.
- b) ipsius nominis *C*.
- c) auctus *C*.
- d) *fehlt M*.
- e) peniteat *M*; peñ. *C*.

11. Ieronimus^a in secundo libro^b Osee.

Fures insidiantur et occulta fraude decipiunt. Latrones autem audacter aliena diripiunt.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *folgt super K.*

12. Augustinus^a.

Si quod invenisti, non reddidisti, rapuisti. Quantum potuisti, fecisti, quia plus non invenisti.
Qui alienum^b negat, si posset, et^c tolleret. Deus cor interrogat, non manum.

- a) *fehlt C.*
- b) *aliena M.*
- c) *fehlt CR.*

13. Ex^a penitentiali Theodori.

Si quis furtum capitale commiserit, id est quadrupedia tulerit vel casas confregerit, VII annis peniteat et, quod furatum est, reddat. Si quis vero de minoribus semel aut bis^b furtum fecerit, reddat quod tulit^c et annum I peniteat. Si quis sepulchrum violaverit, VII annis peniteat^d, III ex his in pane et aqua.

- a) *ganze Inskr. fehlt KC.*
- b) *his R.*
- c) *tulerit M.*
- d) *folgt et M.*

14. Ex^a concilio Aurelii.

Si^b fur aut predo captus in preda absque occisione potest comprehendi et tamen interficitur, qui^c ad imaginem Dei creati et in nomine eius baptizati sunt^d, interfectores eorum XL diebus non intrent^e ecclesiam, lanea veste induti ab escis et potibus, qui interdicti sunt, a thoro et gladio et equitatu se absterneant, in tertia et^f V. feria et^g sabbato aliquo genere leguminum et^h olerum et pomis parvisque pisciculis cum mediocri cervisa vicissim utantur et temperate. Sinⁱ autem a veridicis^j comprobatur testibus, quod sine odii meditatione se^k suaque liberando diaboli membra interfecissent et capi non poterant, penitentiam pro homicidio eis^l non iniungimus, nisi ipsi voluerint^m aliquid, quod humanitatis estⁿ, facere. Et si presbiter est, non^o deponatur, cunctis tamen^p diebus vitę suę^p penitentiam agat.

- a) ganze Inskr. fehlt KC.
- b) folgt quis M.
- c) korr. in quia C; quia R.
- d) sut M.
- e) folgt in C.
- f) folgt in M; fehlt C.
- g) folgt in M.
- h) vel CR.
- i) Si C.
- j) iuridicis M.
- k) fehlt CR.
- l) schon nach penitentiam M.
- m) voluerit M.
- n) fehlt R.
- o) fehlt M.
- p)-p) diebus tamen vitę suę K; tamen vitę suę diebus CR.

15. Isydorus^a.

Si quis discors et litigans et per odium dissidens extiterit, quousque ad concordiam redeat, a conventu et a societate ecclesie, ut^b canones iubent, alienus existat.

a) *fehlt KC.*

b) *folgt nochmals ut (Seitenwechsel) M.*

16. Idem^a.

Si quis odio habet aliquem, ita ut ad pacem reverti non velit, sicut sancti patres statuerunt^b, excommunicetur et ab ecclesia separetur, donec reconcilietur.

a) *fehlt KC.*

b) *statur(ur) K.*

17. Fabianus^a papa^a.

Si quis contristatus noluerit reconciliari, satisfaciente eo qui contristavit^b, acerrimis maceretur inediis, usque^c dum^d gratanti animo satisfactionem recipiat.

a) *fehlt C.*

b) *contristaverit R.*

c) *donec K.*

18. Idem^a.

Si quis non vult reconciliari fratri suo, quam odio habet, tandiu in pane et aqua peniteat, usque dum reconcilietur ei.

a) *fehlt C.*

19. Ex^a dictis^b Liberii pape.

Qui contra pacem ecclesie fuerint^c, si dignitatem aut cingulum militie habent, nudentur^d de^e eis. Si autem privati, si^f quidem nobiles sunt, suarum substantiarum proscriptionem^g patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed etiam exilio perpetuo castigentur.

- a) ganze Inskr. fehlt KC.
- b) decreto R.
- c) fuerit K; sunt CR.
- d) denudentur K.
- e) fehlt C.
- f) fehlt M.
- g) scriptionem M; proscriptionem K.

20. Ex epistola Ieronomi ad Pascasium Alexandrinum.

De servo, qui fugerit dominum suum, interrogabas, si ille in^a illa fuga mortuus fuerit^a, utrum liceret pro eo orare an^b non. Hoc in divinis libris non invenimus prohibitum, sed tamen scimus ab apostolis firmiter preceptum, ut servi subditi sint in^c omni timore dominis^c, non tantum^d bonis et modestis, sed etiam discolis. Et in Gagrensi concilio ita scriptum est: 'Si quis servum sub pretextu divini cultus doceat dominum proprium^e contempnere^e, ut discedat ab eius obsequio, anathema sit.' Unde datur intelligi, quod si ille anathema meruit, qui docet servum dominum proprium contempnere et ab eius obsequio recedere, quanto magis ille, qui dominum spernit et eius servitio subdi noluerit? Sed tamen distantia est inter illum, qui per superbiam hoc fecerit, et illum, qui per necessitatem coactus crudelitate domini sui.

- a)-a) mortuus fuerit in illa fuga *K*.
- b) vel *M*.
- c)-c) dominis suis in omni timore dominis *M*.
- d) tantis *K*.
- e) contempnere proprium *C*.

21. Gregorius^a generali synodo^b presidens^b dixit.

Multos^c ecclesiastica familia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi in divino servitio valeant in monasteriis conversari. Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici^d iuris dominium occasionem^e prebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis^f servitium incaute retinemus, illi invenimur negare quædam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut si quis ex iuris^g ecclesiastici^h vel secularis militiæ servitute ad Deiⁱ servitiumⁱ converti desiderat, probetur prius in laico habitu^j constitutus, et si mores eius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt^k, absque ulla retractatione servare^l in monasterio omnipotenti Domino^m servireⁿ permittatur, ut ab humano servitio liber recedat, qui divino amore districtiorem appetit subire servitutum. Si autem et in monachico habitu^o secundum patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post fixa sacris canonibus tempora licenter iam a quolibet ad ecclesiasticum officium provehatur, si tamen illis non fuerit^p criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte mulctantur^q.

- a) ganze Inskr. fehlt C.
- b) residens synodo M.
- c) folgt de C.
- d) ecclesiasti M.
- e) fehlt R.
- f) folgt dei K.
- g) oder viris MKCR.
- h) ecclesiasticis M.
- i) servitium Dei CR.
- j) folgt secundum K.
- k) fei CR.
- l) fehlt CR.
- m) deo K.
- n) servare K.
- o) korr. aus abitu M.
- p) fuit M.
- q) mulctatur M; maculantur K.

XVI.^a De crapula et ebrietate.

1. Clemens papa.

Ebrietatem oppido prohibebat^b propheta et ebriosos corpore et animo mortuos esse predicabat. De quibus per exemplum aiebat: 'Ve, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad vesperam^c, ut vino estuetis. Cithara et lira et timpanum et tibia et vinum in conviviis^d vestris, et opus Domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis.' Et iterum: 'Ve^e, qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis et calor flammę exurit, sic radix eorum quasi favilla erit et germen eorum ut pulvis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum et eloquium Sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo et extendit manum suam supra^f eum et percussit eum et conturbati sunt montes et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non^g est aversus^h furor eius^g, sed adhuc manus eius extenta.'

a) III. X. M; Zahl fehlt KR; XVII. C.

b) prohibeat KC.

c) korr. aus vesperum M.

d) conviis M.

e) Vt R.

f) super CR.

g)-g) furor eius non est adversus C.

h) adversus CR.

2. Euticianus^a papa^a.

Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pululant, christianis modis omnibus cavere precipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse^b decrevimus usque ad congruam emendationem.

a) *fehlt K.*

b) *fehlt C.*

3. Idem^a.

Episcopi^b et Dei ministri non debent comessionibus et vinolentiis nimiis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis: 'Attendite, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate.' Moderate enim cibum et necessarium sumptum sumant, ut iuxta apostolum sobrii sint et parati ad servitium Dei.

a) *fehlt K.*

b) Xpi C.

4. Fructuosus^a papa^a.

Si quis ecclesiastica peditus ordinatione aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane et aqua tribus peniteat mensibus.

a) *fehlt K.*

5. Augustinus^a.

Fuge vinum velut venenum, ne ebrietas superet^b te^c expoliatumque^d virtutibus et^e te nudum efficiat^f. 'Vinum enim', ut sancta scriptura dicit, 'apostatare facit etiam sapientes.' Attende Noe, virum sapientem et sanctum, quomodo per ebrietatem nudatus est dormiens. Attende et Lot patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus. Hinc beatus Basilius dicit: Multi per vinum a demonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas quam manifestissimus demon. Hinc propheta ait: 'Fornicatio et ebrietas aufert cor.' Ebrietas enim perturbationem parit, gignit mentis furorem et flammam suscitatur libidinis, apostolo teste: 'Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.' Si quis autem contra hec fecerit sanctorum statuta, dignam ac longam agat^g penitentiam, quia unum est ex his peccatis, quæ hominem a regno Dei separant, dicente apostolo Paulo: 'Neque ebriosi regnum Dei^h possidebunt^h.'

- a) *fehlt K.*
- b) *super M.*
- c) *folgt et CR.*
- d) *expoliata C; expoliatum R.*
- e) *fehlt CR.*
- f) *reddat K.*
- g) *habeat M.*
- h) *fehlt K.*

6. Ex canone^a apostolorum.

Episcopus, presbiter aut diaconus aleę atque ebrietati deserviens aut desinat aut certe dampnetur. Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat^b aut communione privetur. Similiter etiam laicus.

a) canoñ *C*; canonibus *R*.

b) *korr. aus* desinet *M*.

7. Ex^a penitentiali Theodori.

Sacerdos quilibet si inebriatur^b per ignorantiam, XX dies peniteat^c in pane et aqua. Si per negligentiam, XX dies peniteat. Si per contemptum, XL dies peniteat. Diaconus vel monachus secundum ordinem, ut scriptum est, seu et reliqui clerici et ministri iuxta suum ordinem^d iudicio sacerdotis peniteant. Laici velut^e vota non habentes, si inebriantur, arguantur a sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt et interitus^f sit ebrietas et compellat eos penitere. Qui cogit hominem, ut inebrietur, humanitatis gratia acerrime corripiatur et VII dies peniteat, si^g per contemptum. Nullus christianus alium christianum plus bibere cogat, quam naturę sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id, quod in penitentiali habetur, peniteat^h.

a) *ganze Inskr. fehlt C.*

b) *inebrietur M.*

c) *fehlt C.*

d) *folgt in C.*

e) *vel CR.*

f) *interius K.*

g) *ac C.*

h) *penitentiam agat K.*

8. Ex^a penitentiali^b Romano.

Qui per ebrietatem vomitum fecerit, si presbiter aut diaconus est^c, XL dies peniteat, si monachus est, XXX dies peniteat, si clericus^d est, XX dies peniteat, si^d laicus^e, XV dies^f.

- a) *ganze Inskr. am Rand M; ganze Inskr. fehlt C.*
- b) *concilio M.*
- c) *fehlt M.*
- d)-d) *fehlt M.*
- e) *folgt est C.*
- f) *folgt peniteat MC.*

XVII.^a De animalibus sanguinem hominis sumentibus.

1. Ex^b penitentiali Theodori.

Si porci vel gallinæ sanguinem hominis comedunt, mox occidantur et interamina^c proiciantur et cetera caro manducetur. Si autem tardatur occisio, non comedatur^d. Si autem cadavera laceraverint^e mortuorum, macerentur et post anni circulum comedantur. Si autem porci occiderint hominem, statim interficiantur et sepeliantur.

a) *Zahl fehlt K; XVIII. C.*

b) *ganze Inskr. fehlt K.*

c) *interiora CR.*

d) *manducetur K.*

e) *voraverint C.*

XVIII.^a De caballo agresti.

1. Gregorius papa^b Bonifatio archiepiscopo.

Quod^c agrestem caballum^d aliquantos retulisti^e comedere^e, plerosque et domesticum, hoc nequaquam deinceps fieri sinas, sanctissime frater^f. Sed quibus potueris^g Christo adiuuante modis, per omnia compesce et dignam^h eis indicitoⁱ penitentiam^j. Inmundum enim^k est^k atque execrabile.

a) *Zahl fehlt K; XVIII. C.*

b) *fehlt C.*

c) *Qui M; Quia K.*

d) *baballum M.*

e) *comedere retulisti K.*

f) *pater M.*

g) *potuerit M.*

h) *dignum C.*

i) *iudicium C.*

j) *ponas C.*

k) *est enim K.*

XIX.^a De^b penitentia et^c penitentibus.

1. Innocentius Decentio^d episcopo.

De penitentibus, qui sive ex gravioribus commissis^e sive ex levioribus penitentiam gerunt, si nulla interveniat egritudo, V. feria ante pascha eis remittendum Romanę ecclesię consuetudo demonstrat. Ceterum de^f pondere^f estimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem penitentis et ad fletus atque lacrimam corrigentis. Sane si quis^g egritudinem inciderit atque usque ad^h desperationem devenerit, ei est ante tempus pasce relaxandum, ne de seculo absque communione discedat.

a) *Zahl fehlt K; XX. C.*

b) *Titel fehlt R.*

c) *fehlt C.*

d) *dicentio M; decennio C; decensio R.*

e) *fehlt K.*

f) *deponere K.*

g) *folgt in C.*

h) *fehlt K.*

2. Idem^a Victrici Rotomagensi episcopo.

Quę spiritualiter Domino nubunt et a sacerdote velantur, si postea vel publice nupserint vel occulte corruptę fuerint^b, eas non^c admittendas esse ad agendam^d penitentiam, nisi is^e cui se iunxerant, de hac vita discesserit. Si enim de omnibus^f hec ratio custoditur, ut quecumque vivente^g viro^g alteri nupserit, habeatur adultera nec ei agendę penitentię concedatur licentia, nisi unus ex eis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quę ante^h immortalisponso se iunxerat et postea ad humanas nuptias transire elegit.

a) *davor X. M; davor Cap. X. K.*

b) *davor fū M.*

c) *fehlt M.*

d) *fehlt K.*

e) *his MKC.*

f) *hominibus M.*

g) *viro vivente K.*

h) *fehlt K.*

3. Gelasius omnibus episcopis.

Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognovimus et post dicatum Deo^a propositum incesta federa sacrilegaque miscere^b. Quos^c protinus equum est a sacra communione retrudi, et nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi, aut his certe viaticum de seculo transeuntibus, si tamen penituerint, non^d negari^d.

- a) Domino *C*.
- b) commiscere *K*.
- c) quod *M*.
- d) *fehlt K*.

4. Leo^a papa^a.

Illam^b contra apostolicam regulam^c presumptionem^c, quam^d nuper^d agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoventi, de penitentia scilicet, quæ a fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere libellis^e scribatur^e confessio secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non vereatur^f, tamen quia non omnium huiusmodi^g sunt peccata^h, ut ea, qui penitentiam petunt, non timeantⁱ publicare, amoveatur improbabilis consuetudo, ne multi a penitentiam remedio arceantur, dum aut^j erubescunt aut metuunt inimicis suis sua facta reserare^k, quibus possunt legum constitutione procelli^l. Sufficit enim illi consensio^m, quæ primum Domino offerturⁿ, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator^o accedit. Tunc enim^p plus ad penitentiam poterunt^q provocari, si populi auribus non publicentur^r conscientiam^s confitentis.

- a) *fehlt K.*
- b) *Illa quam nuper M.*
- c) *fehlt MK.*
- d) *fehlt hier M.*
- e) *scribatur libellis K.*
- f) *korr. in videatur M.*
- g) *huiusmodi CR.*
- h) *peni korr. in pe M.*
- i) *timeatur M.*
- j) *aut(em) M.*
- k) *reserare CR.*
- l) *procella MK; percelli C.*
- m) *korr. aus consensio M; confessio CR.*
- n) *offerunt M.*
- o) *peccator M; p(re)tor R.*
- p) *etiam K.*
- q) *potuerunt K.*
- r) *multiplicentur K.*
- s) *conscientia C.*

5. Evaristus^a papa^a.

Ut presbiteri de occultis peccatis iussione episcopi penitentes reconcilient, et sicut supra premisimus, infirmantes absolvant et communicent.

a) *fehlt C.*

6. Euticianus^a.

Qui acceperit sacrificium post cibum aut parvissimam refectionem, nisi pro viatico, pueri tres dies, maiores VII^b, clerici XX dies peniteant.

a) *fehlt C; folgt papa R.*

b) XII C.

7. Gregorius^a papa^a.

Magna est contra peccatum virtus penitentiae sed si quis in eadem^b penitentia^b perseveret. Nam scriptum est: 'Qui baptizatur a mortuo et^c iterum tangit eum, quid proficit lavatio eius^d?' Mortuum quippe est omne opus^e perversum, quod pertrahit ad mortem, quod vita^f iustitiae^g novit. Baptizatur ergo a mortuo^c et iterum tangit eum, qui prava^h opera, quae se egisse meminit, deplorat, sed in eisdem se iterum post lacrimas implicat. Anima itaque quilibet eiusdem mortui lavatione non proficit, quia hoc iterumⁱ faciendum, quod planxit, nec per lamenta penitentiae ad rectitudinem iustitiae exurget. Penitentiam enim vere agere est commissa plangere, sed^j iterum plangenda declinare.

- a) *fehlt C.*
- b) eodem penitentiae proposito *C.*
- c)-c) et iterum - a mortuo *fehlt K.*
- d) illius *CR.*
- e) corpus *C.*
- f) vitam *C.*
- g) *folgt non C.*
- h) parva *C.*
- i) iterat *CR.*
- j) et *M.*

8. Idem.

Nec enim sunt dissimulanda, quę dicimus, quia qui emendare potest et negligit, participem se^a proculdubio delicti constituit.

a) *fehlt K.*

9. Idem.

Caveat ante omnia sacerdos, ne de his, qui confitentur peccata sua, alicui recitet, quod ea confessus est, non propinquis, non extraneis nec, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur et omnibus diebus^a vitę suę ignominiosus peregrinando pergat.

a) *fehlt R.*

10. Idem^a. Leo papa. Siricius. Cap. II^a.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post penitentiam actionem^b redire ad militiam secularem, cum apostolus dicat: 'Nemo militans Deo implicat se negotiis^c secularibus.' Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiam mundanam voluerit implicare.

a)-a) *ganze Inskr. fehlt C; Leo papa R; fehlt nur Cap. II. K.*

b) *communione C.*

c) *secularibus negotiis K.*

11. Pius^a papa^a.

Penitentes non debent communicare ante consumationem penitentię.

a) *fehlt C.*

12.^a Augustinus^b in libro diffinitionis ecclesiasticorum dogmatum capitulo XLIII.

Penitentia^c aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vite spiritu admissurum^d peniteat et publica lamentatione peccata prodantur, quia propositum^e, quod^f decrevit salvare, quod perierat, stat immobile. Et ideo quia voluntas eius non mutatur, sive emendatione vite, si tempus conceditur, sive simplici confessione, si continuo vita exceditur^g, venia peccatorum fideliter presumatur ab illo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione penitendo et salvatus miseratione Domini vivat. Si quis aliter de iustissima Domini pietate sentit, non christianus, sed Novatianus est.

a) *dieses Kap. erst nach VI, 19,14 CR.*

b) *korr. aus GVG (VG überstrichen) M; ganze Inskr. fehlt C.*

c) Penitentiam C.

d) admissorum C; admissarum R.

e) *folgt dei CR.*

f) quo C.

g) tollitur K.

13. Augustinus^a.

Diversitas culparum diversitatem facit penitentiarum. Nam et corporum medici diversa medicamenta componunt^b, ut aliter vulnera, aliter morbum, aliter tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curant^c; ita et^d spirituales medici diversis curationum generibus animarum vulnera sanare debent. Sed quia hec paucorum est, ad purum scilicet cuncta cognoscere et curari et mederi, atque ut in integrum salutis statum valeant revocare, ideo solerter admonemus doctum quemque sacerdotem Christi, ut non ex suo sensu, sed secundum canonum statuta et traditiones patrum universas^e disponat et conditionem utriusque sexus, etatem, paupertatem, causam, statum, personam cuiuscumque penitentiam agere volentis, ipsum quoque cor penitentis aspiciat^f et secundum hec, ut sibi iussum^g fuerit, ut sapiens medicus singula queque diiudicet.

a) *fehlt CR.*

b) *korr. aus componant M.*

c) *curent C.*

d) *fehlt CR.*

e) *universam K; universa CR.*

f) *aspiciant M.*

g) *virum CR.*

14. Augustinus.

Vis habere utilem penitentiam: modo habe^a. Si enim modo habueris, corrigeris. Correctus si fueris, fundetur ille thesaurus tuus, ubi colligebantur mala opera tua, et implebitur alius thesaurus tuus, quo omnia opera tua colligantur. Sed forte conversus statim morieris. Opera tua^b nulla forte^c inveniuntur in illo thesauro. Plane inuenies ibi opera tua, quia scriptum est: 'Pax in terra hominibus bonę voluntatis.' Deus non^d annotat facultatem, sed coronat voluntatem. Scit, quia voluisti^e et non potuisti: sic te annotat, quasi feceris, quod voluisti. Ergo opus est, ut convertaris, ne differendo subito moriaris et omnino nichil inveniatur, quod in presenti habeas et in futuro possideas^f.

a) habet *R*.

b) *fehlt K*.

c) sorte *C*.

d) *fehlt KC*.

e) noluisti *R*.

f) *folgt Kap. VI 19,12. CR*.

15. Eiusdem

Qui post uxores vestras vos illicito commaculatis^a concubitu, si preter uxores cum aliqua concubuistis, agite penitentiam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi dicat: occulte ago, in corde meo ago: Ergo sine causa sit dictum: `Quę solveritis in terra, soluta erunt et in celo?' Ergo sine causa sunt claves^b datę^b ecclesię Dei? Frustramus^c evangelium, frustramus verba Christi. Promittimus^d vobis, quod ille negat: nonne vos^e decipimus?

- a) conmaculastis *C*; comaculastis *R*.
- b) datę claves *M*.
- c) Frustamus *M*.
- d) *davor* Si *CR*.
- e) nos *K*.

16. Augustinus^a.

Ut^b autem constitueretur^c in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis penitentiam clericatum accipiat vel ad clericatum redeat vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ^d. Alioquin contra claves datas^e ecclesię^e disputabitur, de quibus dictum est: 'Quę solveritis^f in terra, soluta erunt in cęlo et in terra.' Sed ne forsitan etiam^g de ceteris^h criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageretⁱ penitentiam, severissime placuit: post actam de crimine damnabili penitentiam^j nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et verior^k esset humilitas^l. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam et tamen^m in honore suo perstitit. Et beatum Petrum, quando amarissimasⁿ lacrimas fudit, utique Dominum negasse penituit et tamen apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posterior diligentia, qui^o ubi saluti nichil detrahitur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur. Expertis^p credo aliquorum fictas penitentias per affectatas bonorum^q potentias. Cogunt enim multas^r invenire^r medicinas multorum experimenta^s morborum.

- a) *fehlt K.*
- b) *Quod C.*
- c) *constitutum est C.*
- d) *korr. aus displine M.*
- e) *ecclesię datas M; datis ecclesię K.*
- f) *solvitis R.*
- g) *esse M.*
- h) *certis M.*
- i) *Endung korr. M.*
- j) *folgt ut C.*
- k) *auf Rasur minor C.*
- l) *humilitatis R.*
- m) *inde C.*
- n) *amarisse K.*
- o) *quia C.*
- p) *Expertis sunt C.*
- q) *honorum M.*
- r) *invenire multas M.*
- s) *experimentorum M.*

17. Augustinus.

‘Penam cupiunt sibi homines relaxari et id, propter quod scelus admissum est, possidere.’ Pessimum genus^a hominum^a commemoras^b, cui penitendi medicina omnino non possit prodesse. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur penitentia, sed fugitur^c. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed^d ut dixi, si^e restitui potest. Plerumque enim qui aufert, amittit^f sive alios patiendo malos sive ipse male vivendo, nec aliud habet, unde restituat. Huic certe non possumus dicere: ‘Redde, quod^g abstulisti’, nisi cum habere credimus et negat. Ubi siquidem si aliquos sustinet repente cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas, quia si non est, unde solvat ablatam pecuniam, merito tamen dum eas per^h molestias corporales reddere compellitur, peccati, quo male ablata est, penas luit. Sed inhumanum non est etiamⁱ pro^l talibus^l intercedere tanquam pro reis criminibus^j, non ad hoc, ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem se viat. Et paulo^k post: Illud vero fidentissime dixerim eum, qui pro homine ad hoc intervenit, ne male^l ablata restituat, et qui ad se confugientem, quantum oneste^m potest^m, ad reddendum non compellit, socium esse fraudis et criminis. Nam misericordius opem nostram talibusⁿ subtrahimus, quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuvat; ac^o non potius adiuvat subvertendo atque opprimendo? Sed numquid nos^p ideo^p aut exigere aut exigendum tradere vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalis^q facultas^q dat^q et humanum quidem non numquam, sed maxime ac semper divinum^r iudicium comminantes. Nolentes autem reddere quos novimus et male abstulisse, et^s unde reddant, habere arguimus, increpamus et testamur^t, quosdam clam quosdam palam, sicut diversitas personarum diversam videtur posse vel accipere medicinam. In^u eodem: Non sane quicquid ab invito sumitur, iniuriose aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere^v honorem suum nec operario mercedem, nec tamen^w hec, qui^x ab invito accipiunt^y, per iniuriam accipiunt, quę potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium et iuris peritus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur, isti ex una parte consistunt. Cum autem iudicia et testimonia, quę^z iusta et^a vera vendenda sunt, iniqua et falsa venduntur, multo sceleratius utique pecunia sumitur, quia scelerate etiam quamvis a volentibus^b datur. Ille tantum^c solet male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam venale esse^d non debuit esse. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse. Sunt^e alię personę inferioris^f loci, qui ab utraque parte non insolenter^g accipiunt sicut officialis, et^h quiⁱ amovetur^j et^k cui^k admovetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitatem^l repeti solent, magisque reprehendimus, qui talia inusitate repetiverint, quam qui ea de morte^m sumpserunt, quoniam multę necessarię personę rebus humanis vel invitantur huiusmodi commodis vel tenentur. Isti, si viam vitę mutaverint aut excellentioris conscenderintⁿ sanctitatis gradum, facilius ea, que hoc modo acquisierint, tamquam sua pauperibus largiuntur, quamquam eis, a quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui vero contra^o ius^o societatis humanę furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerint^p, reddenda potius quam donanda censemus Zachei publicani^q exemplo. Quid dicam de usuris, quas etiam ipsę leges et iudices reddi iubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid vel^r eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Hec utique atque huiusmodi male utique possidentur, et vellem, ut restituerentur^s, sed non est, quo iudice repetantur. Iam vero si prudenter intueamur, quod scriptum est: ‘Fideli homini totus mundus divitiarum est, infideli autem nec obolus’, nonne omnes, qui sibi videntur gaudere bene conquisitis eisque uti nesciunt, alienum possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur, hoc autem iure, quod iuste, et hoc iuste, quod bene. Omne igitur, quod male possidetur, alienum est. Male autem possidet, qui male utitur.

- a) hominum genus *M*.
- b) commemorans *M*.
- c) fingitur *CR*.

- d) si *M.*
- e) *fehlt M.*
- f) amitti *R.*
- g) que *C.*
- h) pro *K.*
- i) pro talibus etiam *K.*
- j) crimium *CR.*
- k) Poulo *M.*
- l) mala *KR.*
- m) potest honeste *C.*
- n) *fehlt K.*
- o) an *C.*
- p) ideo nos *M.*
- q) facultas dat episcopalis *M.*
- r) *folgt nochmals* divinum (*Seitenwechsel*) *M.*
- s) *fehlt M.*
- t) *korr. in* detestamur *C.*
- u) *Absatz C.*
- v) redde *K.*
- w) *fehlt C.*
- x) que *C.*
- y) accipiut *M.*
- z) *folgt nec CR.*
- a') nec *C.*
- b') nolentibus *C.*
- c') *korr. M;* tam(en) *KR.*
- d') *fehlt M.*
- e') sint *C.*
- f) inferiores *M.*
- g') insollerter *M.*
- h') id est *C.*
- i') quia *M.*
- j') movetur *M;* *korr. in* amovent *C.*
- k') *fehlt C.*
- l') probitatem *K.*
- m') more *KR;* *korr. in* more *C.*
- n') *auf Rasur* cons- *M.*
- o') contrarius *M.*
- p') abstulerit *KCR.*
- q') *fehlt K.*
- r') *folgt nochmals* aliquid vel *K.*
- s') restituentur *M.*

18.^a Augustinus.

Ergo ipsa corripienda^b coram omnibus, quę peccant^c coram omnibus^d; ipsa corripienda^e sunt secretius, quę peccant^f secretius.

- a) *dieses Kap. erst nach VI 19,20. CR.*
- b) *folgt sunt C.*
- c) *peccantur CR.*
- d) *folgt nochmals quę peccantur coram omnibus R.*
- e) *corrigenda M.*
- f) *peccantur CR.*

19.^a Idem Vincentio.

Neminem putes ab errore ad veritatem et a quocumque seu magno seu^b parvo^b peccato^b ad correctionem^c sine penitentia posse^d transire.

- a) *davor Titel VI 20. C.*
- b) *peccato seu parvo M.*
- c) *correctionem M.*
- d) *fehlt M.*

20. Idem in sermone de penitentia.

Non sufficit mores in melius commutare et a factis malis recedere, nisi etiam de his, quę facta sunt, satisfiat^a Domino^b per penitentię dolorem, per humilitatis gemitum^c, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis^d.

a) satisfaciat *M.*

b) *fehlt C.*

c) debitum *M.*

d) *folgt Kap. VI 19, 18. CR.*

21. Idem in^a encheridion^a.

Neque de^b ipsis^b criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta ecclesia Dei misericordia desperanda est^c agentibus penitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem penitentiae, ubi^d tale commissum est, ut is, qui commisit, a Christi etiam corpore separatur^e, non tam consideranda^f est^f mensura^f temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum Deus non spernit.

- a) *fehlt C*; in enchriseon *R*.
- b) *decipit in M*.
- c) *fehlt K*; cum *C*.
- d) *cum C*.
- e) *separatur M*.
- f) *Considerare mensuram M*.

22. Ieronimus^a.

Mensuram autem temporis in agenda penitentia idcirco^b non satis aperte prefigunt canones pro unoquoque crimine^c, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque^c emendandum sit. Sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt, quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum^d ciborum quam mortificatio vitiorum. Propter quod tempora penitentię fide et conversatione penitentium^e abbrevianda precipiunt et negligentia protelanda existimant^f. Tamen pro quibusdam culpis modi penitentię sunt impositi^g.

- a) *fehlt C.*
- b) *folgt elemosinis M.*
- c)-c) *fehlt K.*
- d) *fehlt K; tm̄ C.*
- e) *penitentiam M.*
- f) *estimant M.*
- g) *positi K.*

23.

Quicumque vocati^a per gratiam primum quidem impetum^b monstraverint^b deponentes^b militię cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita^c ut quidem^d et pecunias tribuerent et beneficiis militiam repeterent, hi decem annis post^e trihennii^f tempus^f, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propositum et speciem penitentię convenit explorare^g. Quotquot^h enim metu et lacrimis atque patientiaⁱ vel bonis operibus rebus ipsis^j conversationem^k suam non simulatione^l demonstrant, hii diffinitum tempus auditionis implentes tunc demum fidelibus in oratione^m communicent. Postmodum vero licebit episcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicumque indifferenter tulerunt et habitum introeundi ecclesiam sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus compleant.

- a) *folgt* sunt *K*.
- b) *fehlt* *K*.
- c) *fehlt* *C*.
- d) quidam *K*; quibusdam *CR*.
- e) *fehlt*, *statt dessen über der Zeile nachgetragen* per *C*.
- f) triennium temporis *C*.
- g) explorarent *R*.
- h) Quodquod *K*.
- i) penitentia *M*.
- j) istis *C*.
- k) conversationem *KCR*.
- l) simulationem *K*.
- m) orationem *C*.

24. Ieronimus^a super Micheam in primo^b libro^b.

Cum exaudiero eos, dabo eis virtutem spiritus mei et implebo eos iudicio meo et fortitudine. Animadvertite in presenti loco posse docere aliquem post peccatum, si tamen vitia pristina digna penitentia eluerit^c. Unde David post adulterium et homicidium loquitur in psalmo: 'Asperges me ysopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealabor.' Nec sua tantum puritate contemptus^d est, sed infert: 'Redde mihi letitiam salutaris tui et spiritu principali confirma me.' Cumque hoc^e feceris, 'docebo', ait, 'iniquos' vias tuas, et impii ad te convertentur.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *lib. I. R.*
- c) *deluerit K.*
- d) *contentus CR.*
- e) *hec M.*

25. Ciprianus.

Credimus posse apud iudicem plurimum martirum merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum seculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius astiterit. Ceterum si quis prepostera festinatione temerarius remissam peccatorum dare se cunctis putat posse aut audet Domini^a precepta^a rescindere, non tantum nichil prodest, sed obest lapsis provocasse iram, non servasse sententiam. Nec misericordiam prius Domini deprecandam putare, sed misericordia contempta de sua facultate presumere. Sub ara animę occisorum martirum clamant voce magna dicentes: 'Quousque, Domine, sanctus et verus, non iudicas^b sanguinem nostrum^c de his, qui in terris inhabitant?' Et requiescere ac patientiam^d sustinere adhuc iubentur. Et quemquam^e posse aliquid existimant remittendis passim donandisque peccatis bonum fieri contra iudicem velle, aut priusquam iudicetur^f ipse, alios posse defendere. Mandant aliqua martires fieri, si iusta, si licita, si non contra ipsum^g Dominum^g ac Dei sacerdotem fieri, si obtemperantis^h facilis et prona confessio, si penitentis fuerit religiosa moderatio. Mandateⁱ martires aliqua fieri, sed si scripta non sunt^j in Domini lege, quę mandant, ante^k est^l, ut^m sciamus illos de Deo impetrasse, quę postulantⁿ, tunc facere, quod mandant. Neque enim statim videri potest de divina maiestate concessum, quod fuerit pollicitatione promissum. Nam et Moyses pro peccatis populi petiit nec tamen peccantibus veniam, cum petisset, accepit.

- a) precepta domini *M*.
- b) vindicas *MC*.
- c) m(arti)r(u)m *C*.
- d) penitentiam *C*.
- e) quamquam *C*.
- f) iudicentur *K*.
- g) Dominum ipsum *C*.
- h) obtemperatis *M*; obtemperandis *C*.
- i) Mandant *CR*.
- j) *korr. aus* sint *M*.
- k) aut *C*.
- l) *fehlt* *C*.
- m) cum *C*.
- n) *folgt* et *CR*.

26. Ancirano^a concilio^b.

Qui fugientes comprehensi sunt vel a domesticis traditi vel ademptis facultatibus sustinere tormenta aut in custodiam^c trusi proclaverunt se christianos esse et eo usque astricti^d sunt, ut manus eorum comprehendentes violenter atraherent^e et funestis sacrificiis admoverent^f, ut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogentur, confitentes^g igitur^h se^h etⁱ luctum rei, quę contingit^j, incessabiliter ostendentes omni deiectione^k et habitu et humilitate vite, hos velut extra^l delictum constitutos^m a communionis gratia non vetari. Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. Hoc autem similiter et de clericis et de ceteris laicis observare conveniet. Perquisitum est autem et illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri. Placuit ergo et hos, tanquam qui nichil peccaverunt, siⁿ etⁿ precedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi^o.

- a) *davor* Ex K; *Inskr. fehlt* C.
- b) *ccilio* M.
- c) *custodia* M.
- d) *adstricti* C; *adstricti* R.
- e) *korr. aus* abtraherent M.
- f) *aduouerent* M.
- g) *confitentur* M.
- h) *fehlt* C.
- i) *etiam* C.
- j) *contigit* CR; *folgt* et C.
- k) *dilectione* CR.
- l) *fehlt* C.
- m) *confessos* C.
- n) *sed* M.
- o) *promoveri* K.

27. Ex^a Niceno concilio.

De his, qui negaverunt preter^b necessitatem aut preter^c ablationem^d facultatum aut preter^e periculum vel aliquid huiuscemodi, quod factum est sub tyrannide Licinii^f, placuit synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benivolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter penitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur et sex annis omni se contritione deiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) propter *C.*
- c) propter *C.*
- d) ablationem *C.*
- e) propter *C.*
- f) liciniis *MK.*

28. Ex^a concilio Africano.

Ut penitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio penitentię tempora decernantur, et ut presbiteri inconsulto episcopo non reconcilient penitentes, nisi absentie^b episcopi necessitate cogente. Cuiuscumque autem penitentis publicum et vulgatissimum crimen est, quod universam ecclesiam commoverit, ante absidam^c manus eius^d imponatur.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) absentia *M*; in absentia *C*.
- c) abscisam *C*.
- d) ei *CR*.

29. Gregorius^a VII.^b Capit.^b V.^b

Falsas penitencias dicimus, quę non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles vel negotiator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam valeat pervenire, nisi arma deponat ulteriusque non ferat nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iustitia, vel negotium derelinquat vel officium deserat et odium ex corde dimittat, bona, quę iniuste abstulit, restituat nec tamen desperet. Interim quicquid boni facere poterit, ortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad penitentiam.

a) *Inskr. fehlt C.*

b) *fehlt K.*

30. Gregorius. Dialogus^a de^b expositione beati Iob libro VIII.^c

Dominus transtulit peccatum David^d. Si peccatum David Dominus transtulit tam^e detestabile, quid^f est^f, quod post omnia, quæ de eodem peccato per prophetam ei a Domino dicta sunt, postmodum toleravit? Sed proculdubio Dominus delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc^g modo^g in se penitens punit aut hoc Deus cum homine vindicans^h percutit.

Nequaquam igitur peccatum parcitur, quod nullatenus sine vindicta laxatur. Si enim Davidⁱ audireⁱ post confessionem meruit: `Dominus transtulit peccatum tuum', et tamen multis post cruciatibus afflicto ac^j fugiens^j reatum culpe, quam perpetraverat, exsolvit, sic nos salutis unda a culpa primi hominis absolvimur. Sed tamen reatum eiusdem culpe diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus^k, quia delicta nostra sive per nos seu per semetipsum etiam resecat, cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult^l vindicari.

- a) in dialogo *M*.
- b) In *K*.
- c) VIII. *C*.
- d) *fehlt KC*.
- e) tamen *K*.
- f) quidem *K*.
- g) homo hoc *C*; hoc homo *R*.
- h) iudicans *M*.
- i) audire david *C*.
- j) affugiens *M*.
- k) luimus *C*.
- l) *folgt* videre vel *CR*.

31. Augustinus contra mendacium.

Nullus debite gravioris penę accipit^a veniam, nisi qualemcumque etsi longe minorem, quam debeat, solvere^b penam, atque ita impetitur^c largitas misericordię, ut non relinquatur^d etiam iustitia disciplinę.

- a) accepit *MC*.
- b) solverit *CR*.
- c) impertitur *C*; impertitur *R*.
- d) derelinquatur *C*.

32. Bede presbiteri.

Si necesse^a evenerit et presbiter non fuerit presens, diaconus suscipiat penitentiam^b ad sanctam communionem.

a) necessitas *CR*.

b) penitentem *KR*; *korr. in penitentem C*.

33. Ieronimus^a super Matheum.

Si quando sic^b frater^b peccat in fratrem, ut emendare valeat, quod peccavit^c, potest ei dimitti.
Sin autem permanent opera, frustra voce^d assumitur penitentia.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) frater sic *K.*
- c) peccaverit *C.*
- d) vocem *K.*

XX.^a De iusta misericordia.

1. Ambrosius in^b libro de officiis^b.

Non^c satis est^d bene^d velle^d, sed etiam bene facere, nec satis est^e iterum bene facere, nisi id ex bono fonte, hoc est^f bona voluntate proficiscatur. Item^g: Perfecta liberalitas fide causa loco tempore commodatur^h, ut primum operis circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esseⁱ, famem tolerare, erumnam perpeti, qui presertim egere erubescat, si in causam ceciderit^j aut^k captivitatis suorum aut calumnię et non adiuves, si sit in carcere et penis et suppliciis et propter debitum aliquod^l iustus excrucietur. Nam etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius. Si tempore afflictionis suę nichil a te impetret, si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri, non est leve peccatum. Paulo post: Dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte ut Eliseus, qui boves suos occidit et pavit pauperes ex eo, quod habuit, ut nulla cura teneretur^m domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daretⁿ. In eodem: Est etiam illa probanda liberalitas, ut^o proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere aut^p alicui^q postulare subsidium necessitatis^r. Non^s tamen illi ditiores eo fieri velint^t, quod tu potes conferre inopibus. Causa enim prestat, non gratia, neque enim propterea te Deo dicasti, ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi^u perpetuam^u fructu boni operis acquiras et pretio miserationis^v peccata redimas tua. Putant se parum poscere pretium, querunt tuum, vitę tuę fructum adimere contendunt, et accusat^w, quod^x eum divitem non feceris, cum te ille velit eternę vitę fraudare mercede. Item: Consideranda est^y etiam in largiendo etas atque debilitas, nonnumquam etiam^z verecundia, quę ingenuos prodit natales, ut senibus plus largiaris, qui sibi iam non queunt victum querere. Similiter et debilitas corporis et hoc iuvando promptius^a, tum^b si quis ex divitiis cecidit^c in egestatem, et maxime si^d non^d suo vitio, sed^e aut latrociniis aut proscriptione aut calumniis^f, quę habebat^g, amisit. In eodem: Pulcra etiam liberalitas est, in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, ut abundes pluribus non conciliandi^h favorisⁱ gratiaⁱ ultra modum fluere. Quicquid enim ex affectu puro ac sincero promitur^j, hoc est decorum. Non superfluas edificationes aggredi nec pretermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc convenit ornare Dei templum honore congruo, ut^k etiam cultu Domini aula resplendeat. Impensas misericordię frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non superfluas, sed competentes. Paulo post: Compatiamur itaque alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantum possumus^l, iuvenus, et plus interdum, quam possimus^m. Melius est enimⁿ pro misericordia causas prestare et invidiam perpeti quam pretendere inclementiam. Nos aliquando in^o invidiam incidimus, quod confregerimus vasa mistica, ut captivos redimeremus. Item: Aurum ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, sed ut subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nichil adiuvat^p? In eodem: Aurum sacramenta non querit^q neque auro placent, quę auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captivorum est. Et infra: Pasce^r fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem servare poterit^s, si non paveris, occidisti.

a) Zahl fehlt KR; der ganze Titel mit der Zahl XXI (zweimal) vor VI 19,19. C.

b)-b) fehlt M.

c) Nam R.

d) bene velle est K.

e) fehlt CR.

f) folgt ex KC.

g) Absatz M.

h) comendatur C.

i) etiam C.

j) inciderit K.

k) fehlt M.

- l) aliquis C.
- m) temeretur R.
- n) dari M.
- o) et M.
- p) quam C.
- q) alicuius C; alieni R.
- r) necessitati K.
- s) *fehlt* K.
- t) volunt M.
- u) perpetuam tibi M.
- v) miseratio K.
- w) accusant C.
- x) quia K.
- y) *fehlt* K.
- z) *fehlt* K.
- a') propitius M.
- b') cum C.
- c') ceciderit KC.
- d') sine C.
- e') *fehlt* K.
- f) calapniis C.
- g') habet M.
- h') *korr. aus conciliandis* M.
- i') gratia favoris K.
- j') permittitur C.
- k') *folgt* et K.
- l') possimus M; *korr. aus possimus* C.
- m') *korr. in possumus* C.
- n') *fehlt* C.
- o') *fehlt* K.
- p') *eher* adiuvet C.
- q') querunt R.
- r') *folgt* hominem M.
- s') poteris CR.

XXI.^a De iniusta misericordia.

1.

Est et iniusta misericordia. Denique et in lege scriptum est de quodam: 'Non misereberis illius', et in libris regnorum legis, quia Saul postea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium^b regem, quem prohibebat divina sententia servari, ut si quis latronem filiis deprecantibus motus et lacrimis coniugis eius inflexus absolvendum putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit, vincula dissolvat^c, laxat exilio^d, cur latrocinandi, qua potest, clementiore via non eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde inter duos hoc est accusatorem et reum pari periculo de capite decertantes^e, alterum, si non probasset^f, alterum si non esset ab accusatore convictus, non id, quod iustitię est, iudex sequatur, sed dum miseretur^g ei, damnet probantem, aut dum accusatori favet, qui probare non possit, addicat innoxium. Non potest^h igitur hecⁱ dici^j iusta^k misericordia in ipsa^k ecclesia^k, ubi maxime misereri^l decet^l. Teneri quam maxime debet forma iustitię, ne quis a consortio communionis^m abstractus brevi lacrimula atque adⁿ tempus peracta^o vel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, facillitas sacerdotis extorqueat. Nonne cum^p uni^p indulget^q indigno^r, plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facillitas enim venię incentivum tribuit delinquendi.

- a) *Zahl fehlt MK; XXII. C.*
- b) ostium *M.*
- c) dissolvit *CR.*
- d) exilia *C.*
- e) *folgt in C.*
- f) *folgt in C.*
- g) misereretur *M.*
- h) pot(us) *K.*
- i) dici hec *M;* dici *C.*
- j) iuxta *M.*
- k) *durch Umstellungszeichen korr. aus ecclesia ipsa M.*
- l) decet misereri *CR.*
- m) comuni *C.*
- n) *fehlt K.*
- o) sperata *M;* perata *K.*
- p) facilis *C.*
- q) indulgentia *C.*
- r) indignos *C.*

2. Augustinus.

Duo^a ista nomina, cum dicimus: homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe, et quia homo^b miserere. Nec omnino liberabis^c hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio^d nominis^e invigilat disciplina, sicut cuique regenti apta et accomodata est, non solum episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam^f, patri regenti prolem suam, iudici regenti provinciam suam, regi regenti gentem suam. Et paulo post: Ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccato impunitas relaxanda. Hinc itaque intelligendum est, quam^g non sit contempnenda elemosina, quæ^h quibusque pauperibus iureⁱ humanitatis impenditur, quando quidem Dominus sublevabit^j indigentiam pauperum etiam ex^k his loculis, quos ex operibus implebat aliorum. Et paulo post: Non ergo suscipiamus peccatores, propter quod sunt^l peccatores^m, sed tamen eos ipsos, quia et homines sunt, humana consideratione tractemus. Persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem conditionem.

- a) Quo K.
- b) *folgt* est KCR.
- c) *korr. in* liberas C.
- d) *fehlt* CR.
- e) omnis C; hominis R.
- f) *fehlt* R.
- g) quantum C.
- h) qua *korr. aus* quam C.
- i) *fehlt* C.
- j) sublevavit K; sublevabat CR.
- k) *fehlt* M.
- l) deus K.
- m) *folgt* suscepit K.

XXII.^a De bono obedientię.

1. Gregorius^b in moralibus.

Sciendum summopere est, quod obedientia aliquando, si de suo aliquid^c habuerit, minima. Nam cum huius^d mundi successus precipitur, cum locus superior imperatur, is qui^e ad percipienda^f hec obedit, obedientię^g sibi virtutem evacuat, si ad hoc^h proprioⁱ anhelat^j. Neque enim se sub obedientia^k dirigit, qui ad^l percipienda huius vitę prospera^m libidiniⁿ proprię ambitionis^o servit^p. Rursum^q cum mundi^r despectus precipitur, cum probra adipisci et contumelię iubentur, nisi^s ex semetipso animus appetat, et^t obedientię sibi meritum minuit, qui^u ad ea, quę in hac vita despecta sunt, invitus nolensque descendit^v. Et paulo superius: Obedientia victimis iure preponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto itaque Deum^w citius^w placat, quanto^x oculos eius repressa arbitrii^y superbia, gladio se^z precepti^z immolat, quod^d contra ariolandi peccatum inobedientię^b monstretur^c. Ex adverso ergo melius ostenditur, quid de eius laude sentiat. Si enim quasi peccatum est ariolandi repugnare et quasi scelus idolatrię nolle acquiescere^d, sola est, quę fidei meritum possidet, quasi^e ne^e quisquam infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur.

a) *Zahl fehlt K; XXIII C.*

b) *Inskr. fehlt C.*

c) *folgt habeat, nulla est, aliquando autem si de suo aliquid non CR.*

d) *his M.*

e) *quia M.*

f) *precipienda M.*

g) *obedientię M.*

h) *hec CR.*

i) *ex proprio desiderio C; ex desiderio proprio R.*

j) *korr. aus anelat M.*

k) *obedientię virtute M.*

l) *a C.*

m) *propria C.*

n) *libidine M.*

o) *fehlt K.*

p) *deservit C.*

q) *Rursus M.*

r) *folgt huius CR.*

s) *folgt hec CR.*

t) *fehlt CR.*

u) *quia CR.*

v) *descendere M.*

w) *citius deum M.*

x) *folgt ante CR.*

y) *folgt sui CR.*

z) *precipientis se CR.*

a') *Quo C.*

b') *korr. in inobedientia C; folgt dicitur ut quanta sit virtus obedientie CR.*

c') *demonstretur CR.*

d') *folgt ergo C.*

e') *sine qua CR.*

XXIII.^a Ne christiani temere offerant se periculis.

1. Ieronimus^b in super Daniel.

Viri curiosius inquirentes invenerunt^c Danielem orantem. Ex hoc^d loco^d discimus, ne temere nos^e offeramus^e periculis, sed quantum in nobis est, insidias declinemus. Unde et Daniel non in foro, non in plateis faciebat contra regis imperium, sed in ascondito et domo.

a) *Zahl fehlt K; XXIII C.*

b) *Inskr. fehlt C.*

c) *invenerint M.*

d) *loco hoc MC.*

e) *offeramur C.*

f) *fehlt KR.*

Incipit Liber^a VII.^a

I.^b De excommunicatione.

1. Calixtus papa.

Excommunicatos quoque a^c sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem iustam, nec cum eis in oratione aut cibo vel potu aut osculo communicet nec ave eis dicat, quia quicumque in his vel^d aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi subiaceat.

a) VII. liber *K*; VII. *C*.

b) *Zahl fehlt MK*.

c) *fehlt K*.

d) *folgt in C*.

2. Urbanus.

Quibus episcopi non communicant, non communicetis, et quos eiecerunt, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniuste liget.

3. Fabianus episcopus omnibus christianis.

Cum excommunicatis non est communicandum, et si quis cum excommunicato advertendo^a regulas scienter saltem in domo simul locutus fuerit vel oraverit, ille communione privetur.

a) advertendo *MC*.

4.

Si quis sponte communicaverit excommunicato verbo, oratione, in cibo vel potu, XL dies peniteat^a in pane et sale^b et^b aqua^b. Qui vero eis communicaverit in homicidiis vel flagitiis, reus erit irę et vindictę Dei omnipotentis, quem spernit, quia hec omnia divina^c voce interdicta sunt et secundum apostolum magis obedire^d Deo oportet quam hominibus. Et secundum quod deliquit, digne iuxta decreta canonum peniteat, et si penitere noluerit, excommunicetur.

a) *erst nach* aqua *K*.

b) aqua et sale *C*.

c) *davor* ei *K*; *folgt* ei *CR*.

d) *folgt nochmals* obedire (*Zeilenwechsel*) *M*.

5. Gelasius.

Quicumque intra anni spatium causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientię clausisse aditum videntur. Quod si obstinato animo sine communione defuncti fuerint^a, nos illorum causam iuxta beati Leonis predecessoris nostri sententiam divino iudicio reservantes, quibus vivis non communicavimus, mortuis communicare non possumus. Qui vero excommunicato scienter communicaverit et amodo saltem in domo simul oraverit atque latebras defensionis, ne comminus^b ad satisfactionem perducatur^c, prebuerit, donec ab excommunicatore penitentiam accipiat, corporis et sanguinis Domini communione^d privatum se esse cognoscat et secundum canones peniteat.

- a) sunt *C*.
- b) hominum *M*.
- c) ducatur *M*.
- d) *fehlt K*.

6. Idem Anastasio imperatori.

Sicut non potest quilibet perversitatis communicatore non^a suscepto^a pariter perversus approbari, sic non potest refutari perversitas complice perversitatis admissio^b. Legibus certe vestris criminum conscii susceptoresque latronum pari iudiciorum pena^c constringuntur, nec expers facinoris extimatur, quod^d licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem fedusque receperit^e.

- a) suscepto non *M.*
- b) amisso *M.*
- c) *fehlt M.*
- d) qui *M.*
- e) receperunt *KR.*

7. Idem.

Frater et coepiscopus noster Epyphanus sua nobis relatione suggestit, Benenatum et Maurum^a Beneventanę^a municeps^b civitatis in contumeliam religionis acerba nimis et plectibili contumacia prosilisse^c. Qui confugientem ad ecclesię septa curialem suum nec illic^d quidem tutum aut de iniuria sua securum esse siverunt, ausi^e irruptione temerarię mentis admittere, quod nec potestatibus quidem vel principibus umquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuariis constitutum captata sacerdotis absentia reluctantem reclamantemque violenter abstraherent. Quos quantum nobis sua suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicavit. Et si re vera tanti facinoris constat admissum^f, nostra^g auctoritas in hac parte consentit. Nec enim iure ad supplicandum debet admitti, ubi admittere sacrilegium non vetavit. Nullus etenim intra limina tantum^h venerationiⁱ deputata utrumque sibi licere estimet^j pro suę voluntatis arbitrio, ut et humilitatem^k sibi vendicet et furorem.

- a) beneventane maurum *C*.
- b) municipes *CR*.
- c) prosilice *R*.
- d) illi *M*.
- e) aut si *K*.
- f) amissum *M*.
- g) *folgt* etiam *C*.
- h) tante *C*.
- i) veneratione *M*.
- j) existimet *C*.
- k) hūilitē *M*.

8. Idem universis episcopis per Dardaniam sive per Illiricum constitutis.

Nec quisquam vobis omnino persuadeat^a Acatio^b prevaricationis suę crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens pravitatis iureque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quesivit omnino nec meruit, mortuus^c iam non potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: `Quę ligaveritis super terram^d et reliqua^e. Ceterum de eo, qui in divino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere preter id, in^f quo^f eum dies supremus invenit, atque ideo, nisi^g eius nomine refutato ceterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participatione debetis mensę dominicę puritatem, quam maiores nostri semper ab^h heretica magnopere servaverunt pollutione discretam.

- a) persuadet *M*.
- b) actio *M*; acatico *C*.
- c) moriturus *K*.
- d) *folgt* et que (quę *R*) solveritis super terram *CR*.
- e) cetera *M*.
- f) iniquo *C*.
- g) *durchgestrichen* *C*.
- h) *fehlt* *K*.

9. Gregorius Ianuario Caralitano episcopo^a in^b epistola XXXIII. lib. II.^b

Inter querelas multiplices Ysidorus vir clarissimus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod quamobrem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui presens erat voluissemus addiscere, pro nulla alia causa nisi pro eo, quod te iniuriaverat, factum innotuit. Que res nos^c vehementer^c afflixit, quia si ita est, nil te cogitare de cęlestibus ostendis^d, sed terrenam te^e habere conversationem significas, dum pro vindicta proprie^f iniurie, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexisti^g. Unde de cetero omnino esto circumspectus atque sollicitus et talia cuiquam pro defensione iniurię tuę inferre denuo non presumas. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.

- a) *fehlt M.*
- b)-b) *fehlt C.*
- c) vehementer nos *K.*
- d) ostenderis *C.*
- e) se *M.*
- f) patrię *M.*
- g) iniuncxisti *C.*

10. Gregorius in evangeliorum tractatibus.

Sepe pastores æcclesiæ in solvendis ac ligandis subditis suę voluntatis motus, non autem causarum merita secuntur. Unde fit, ut hac ipsa ligandi et solvendi^a potestate se privet, qui hanc voluntatibus et non pro subiectorum moribus exercet. Sepe^b erga quemlibet fit^c proximum, odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem digne^d de^d subiectis^d nequeunt, qui in subditorum causis sua^e vel odia vel gratiam secuntur. Cause ergo pensande sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda.

a) *fehlt MK.*

b) *folgt* fit *K*; *folgt* fit ut *CR.*

c) *fehlt hier CR.*

d) de subiectis digne *C.*

e) *folgt* dona *M.*

11. Ex^a decretis Honorii pape.

Cure sit omnibus episcopis excommunicatorum omnino nomina tam vicinis episcopis quam^b parrochianis pariter indicare atque in celebri loco posita pre foribus æcclesiæ cunctis convenientibus inculcare, quatinus in utraque diligentia et^c excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur et excusationis causa ab omnibus auferatur.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *fehlt R.*
- c) *fehlt C.*

12. Fructuosus papa.

Cum excommunicato nullus loquatur neque^a qualibet cum^b eo^b pastione vel^c miseratione refoveat neque ad contradictionem vel superbiam confortare presumat.

- a) nec *C.*
- b) eum *C.*
- c) et *C.*

13. Augustinus^a.

Illud plane^b non^c temere dixerim, quod si quisquam fidelium fuerit^d anathematizatus^e iniuste, ei potius oberit, qui facit, quam ei, qui hanc patitur iniuriam. Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque^f ligatur aut solvitur, immeritam nulli ingerit penam.

- a) *fehlt C.*
- b) *sane M.*
- c) *fehlt C.*
- d) *fehlt K.*
- e) *excommunicatus M.*
- f) *quisquam C.*

14. Idem ecclesie Ipponiensi.

In episcoporum concilio constitutum est nullum clericum^a, qui nondum convictus sit, suspendi a communione^b debere, nisi a causa sua examinanda se subtraxerit. Bonifatius tamen^c hanc^c humilitatem suscepit, ut nec litteras acciperet, quibus in peregrinatione^d honorem suum quereretur^e, ut in eo loco, in quo ambo ignoti sunt, circa ambos equalitas servaretur, et nunc sibi^f servaretur. Placet, ut nomen eius non recitetur, ne his, qui ad ecclesiam nolunt accedere, sicut ait apostolus, demus occasionem querentibus^g occasionem^g. Non erit hoc nostrum factum, sed eorum causa fuerit factum. Quid obest^h homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, sedⁱ de^j libro vivorum non eum delet iniqua conscientia?

- a) clerum *M.*
- b) *folgt* non *M.*
- c) hanc tamen *M.*
- d) *folgt* sua *M.*
- e) *folgt* et *M.*
- f) si his *CR.*
- g) *fehlt* *C.*
- h) est *M.*
- i) si *C.*
- j) *fehlt* *K.*

15. Isydorus^a.

Cum excommunicato neque orare neque loqui, nisi ea, quę ad eandem^b communionem^c pertinent, neque vesci licet. Si quis enim cum eo aut palam aut absconse fuerit locutus, statim cum eo excommunicationis contrahet^d penam.

- a) *fehlt C.*
- b) *eam C.*
- c) *excommunicationem CR.*
- d) *korr. in contra et C.*

16. Ex^a canone apostolorum.

Si quis cum excommunicato saltem in domo simul^b oraverit, iste communione privetur.

a) *Inskr. fehlt C.*

b) *folgt nochmals simul (Seitenwechsel) K.*

17. Ex^a concilio Cartaginensi.

Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, si laicus est, excommunicetur, si clericus, deponatur.

a) *Inskr. fehlt C.*

18. Ex^a concilio Antioceno.

Si quis episcopus damnatus a synodo vel presbiter aut diaconus a suo episcopo ausus^b precedente^c consuetudine^d aliquid de ministerio sacro contingere sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem sive presbiter aut diaconus^b, nullo modo liceat ei^e nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed et communicantes ei^f omnes abici de ecclesia, et maxime si, postquam didicerint adversum^g memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare^h temptaverint^h.

a) *Inskr. fehlt C.*

b)-b) ausus - diaconus *fehlt M; nach ausus folgt est C.*

c) *precedentes R.*

d) *fehlt K.*

e) *eis M; fehlt CR.*

f) *eis C.*

g) *in CR.*

h) *temptaverint communicare K.*

19. Ex^a concilio Africano.

Placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus quilibet sive clericus, et tempore excommunicationis suę^b ante^b audientiam^b communicare presumpserit^c, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *sine audientia C.*
- c) *presumpserint M.*

20. Augustinus^a.

Quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantum laudabiliter^b se^b vivere existimet, hoc solo scelere, quod^c a Christi veritate disiunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum.

a) *fehlt C.*

b) *se laudabiliter K.*

c) *quia C.*

21.

Patrum sequentes statuta anathematizamus^a omnes, qui contra sanctam apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices, sequentes in omnibus apostolicam sedem et predicantes eius^b omnia statuta.

a) anathematizatus *M*.

b) ei *MK*.

22. Ex^a concilio Cartaginensi^b.

Si quis presbiter ab episcopo suo correptus^c fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus secernendum se ab episcopi sui communione dixerit^d ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur et locum amittat.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *folgt cp̄l. XI. R.*
- c) *correctus CR.*
- d) *duxerit CR.*

23.

Quicumque scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem et ipse^a simili excommunicationi^b subiacebit^c. Hi vero non fideles, sed infideles iudicantur. Infidelibus quoque vos nolite coniungere nec cum eis ullam participationem habere.

a) ipsi *MK*.

b) excommunicatione *M*.

c) subiaceat *CR*.

24. Ex^a Cartaginensi concilio.

Augustinus episcopus legatus Numidię provincię^b dixit: Hoc statuere dignemini, ut si qui forte merito facinorum suorum ab ecclesia sua pulsati sunt et sive ab episcopo aliquo vel presbitero fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientibus sui episcopi regulare^c iudicium. Ab universis episcopis dictum est: omnibus placet.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *fehlt M.*
- c) *regulę M.*

25. Ex^a Niceno concilio.

Servetur et ista sententia, ut hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur sane, ne forte quis ex aliqua indignatione animi aut contemptione^b aut qualibet tali commotione stomachi episcopi^c sui^c ostenti^d sint, ut ita demum hi, qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito contraxerunt^e, digne etiam a ceteris excommunicati similiter habeantur, quousque in communionem^f vel ipso^g episcopo suo visum fuerit humaniorem contra eos ferre sententiam.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *contemptacione C.*
- c) *episcopis suis C.*
- d) *ostenti korr. in ostentui C.*
- e) *traxerunt korr. aus subtraxerunt M.*
- f) *folgt recipiantus C.*
- g) *ipsi C.*

26. Gelasius^a papa^a.

Si^b sane, qui^c ante^d audientiam communicare temptaverint, donec per penitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullo modo reducantur, excepto mortis interitu urgente^e.

- a) *fehlt C.*
- b) *fehlt C.*
- c) *quia KR.*
- d) *contra M.*
- e) *urgente CR.*

27.

Constitutum est, ut quotiens clericis^a convictis et confessis^a in aliquo crimine vel propter eorum^b iracundiam^c parcitur vel propter^b ecclesię obprobrium aut insolentem insultationem hereticorum atque gentilium, si forte causę suę adesse voluerint et innocentiam suam^d asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero infra annum^e causam suam purgare^f contempserint, nulla eorum vox postea^g penitus audiatur.

a)-a) clerici convicti et confessi C.

b)-b) *fehlt CR.*

c) verecundiam K.

d) *fehlt K.*

e) *folgt* excommunicationis KC.

f) purgari M.

g) *fehlt M.*

28. Calixtus^a.

Infidelibus nolite coniungi nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes non fideles, sed infideles iudicantur. Unde apostolus: 'Quę pars fideli^b cum infideli?'^c Nemo quoque alterius terminos usurpet nec alterius parrochiam^d iudicare aut excommunicare presumat, quia talis diiudicatio aut excommunicatio vel damnatio nec rata erit nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur atque damnabitur.

- a) *fehlt K.*
- b) *fidelium M.*
- c) *infidele CR.*
- d) *parrochianum CR.*

29. Evaristus^a.

Deus omnipotens, ut nos a precipitandę sententię prolatione^b compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita^c iudicare, priusquam manifeste cognosceret, quę dicebantur. Unde ipse ait: 'Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint an non est ita, ut sciam.' Deus omnipotens, cui nichil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt etiam antequam^d fiant, non ob^e aliud hec et alia multa, quę hic prolixitatem vitantes non inseruimus, per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutiendis et iudicandis negotiis^f essemus et ne mala, quorumquam^g prius quisquam presumat credere quam probare. Cuius exemplo monemur^h, ne ad proferendam sententiam umquam precipites simus aut temere indiligerterque discussa quęqueⁱ quando^j iudicemus, dicente veritatis voce: 'Nolite iudicare, et^k non iudicemini.'

a) *fehlt K.*

b) *korr. aus brolatione M.*

c) *fehlt C.*

d) *ante K.*

e) *fehlt M.*

f) *iudiciis C.*

g) *quorundam C.*

h) *movemur K.*

i) *quo C.*

j) *quomodo CR.*

k) *ut CR.*

30. Gelasius^a <Fausto^b magistro fungenti legationis officio Constantinopoli^b.>

Legatur^c, ex^d quo est religio christiana, vel certe detur exemplum in^e ecclesia Dei a quibuslibet^e pontificibus aut ab^f ipsis apostolis seu^g ab ipso domino^h salvatore veniam, nisi corrigentibus, fuisse concessam. Auditum autem sub isto celo necⁱ legiturⁱ omnino nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Date nobis veniam, ut tamen nos in errore duremus^j. Ostendant, qui canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione^k, quove^l documento sive a maioribus nostris sive ab ipsis apostolis, quos potiores merito^m fuisse non dubium est, seu ab ipso domino salvatore, qui iudicaturus creditur vivos et mortuos, sive factum est umquam vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimusⁿ Christum^o, in errore mortuos non legimus^o absolvisse^p, et qui hoc^q certam^q faciendi solus habuit potestatem, beato Petro apostolo principaliter mandat: `Quęcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in celo^r, et quęcumque solveris^s super terram, soluta erunt et in celo^s. Super terram, inquit, nam in hac ligatione defunctum numquam dixit absolvi.

- a) *fehlt K.*
- b)-b) *fehlt MKR.*
- c) *Legitur C.*
- d) *in M.*
- e)-e) *a quibuslibet in ecclesia Dei C.*
- f) *fehlt M.*
- g) *vel C.*
- h) *folgt nochmals domino (Zeilenwechsel) M.*
- i) *neglegitur M; korr. aus neglegitur C.*
- j) *folgt Id quoque parum est C.*
- k) *l(Lücke: 2 Buchst. rad.?)tione M.*
- l) *quo M; qua (korr. in quo) voce K.*
- m) *fehlt M; multo C.*
- n) *fehlt M.*
- o)-o) *Christum - legimus fehlt K.*
- p) *bereits vor non M.*
- q) *certam hoc M.*
- r) *celis M.*
- s)-s) *fehlt, statt dessen et cetera M.*

31.^a Gelasius universis episcopis per Dardaniam sive per Illiricum constitutis.

Ne quisquam vobis omnino persuadeat, Acatio^b prevaricationis suę crimen fuisse laxatum, quia^c postquam in collegium recidens pravitatis iureque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non quesivit omnino nec meruit, mortuus iam non potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi^d voce delegatum est: Quę ligaveritis super terram, et quę solveritis super terram, et reliqua. Ceterum de eo, qui in divino est^e iudicio^e constitutus, nobis fas non est aliud decernere preter id, in quo eum dies^f suppremus^f invenit, atque ideo, nisi^g eius nomine refutato ceterisque consortibus huius horroris cum nullo prorsus eorum participare debetis mensę dominicę puritatem, quam maiores nostri semper ab heretica magnopere servaverunt pollutione discretam.

a) *dieses Kap. fehlt C.*

b) *actio M.*

c) *folgt qui K.*

d) *fehlt R.*

e) *iudicio est K.*

f) *suppremus dies R.*

g) *fehlt R.*

32. Domino dilectissimo et venerabili fratri et sacerdoti^a Auxilio Augustinus in Domino salutem.

Vir spectabilis filius noster^b comes^c Classitianus graviter apud me litteris questus est, quod sit anathematis iniuriam a tua sanctitate perpeſsus, narrans quod venerit ad ecclesiam apparitione paucorum suę potestati congrua comitatus et egerit tecum, nec^d contra salutem suam faveres eis, qui per evangelia peierando adiutorium violandę fidei in ipsa domo fidei requirebant. Quos tamen considerantes, quid mali fecerint, non inde violenter abductos, sed sponte dicit egressos, atque hinc^e venerationem tuam ita sibi successisse^f, in^g ecclesiasticorum confectione^h gestorum cum omni domo sua anathematisⁱ sententiaⁱ feriretur. Quibus litteris eius lectis non mediocriter exestuans^j cogitationibus magna cordis tempestate fluctuantibus apud tuam caritatem tacere non potui, ut si habes de hac re^k sententiam^l certis^m rationibus velⁿ scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius aut pro marito uxor aut pro domino servus aut quisquam^o in domo, etiam nondum natus, si eodem tempore, quo universa domus est anathemate obligata, nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Neque enim^p corporalis est pena, qua legimus quosdam contemptores Dei cum suis hominibus, qui eiusdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos. Tunc quippe ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, queque^q utique moritura. Spiritualis autem pena, qua fit quod scriptum est: 'Queque ligaveris in terra^r, erunt ligata et in celo,' animas obligat. De quibus dictum est: Anima patris mea est et anima filii mea est, 'anima, que peccaverit, ipsa morietur.' Audisti^s fortassis aliquem^t magni nominis sacerdotem^u cum tota^v domo^v sua^v quempiam anathematizasse peccantium? Sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonei reddere^v rationem. Ego autem, quoniam si quis ex me querit, utrum recte fiat, quid ei respondeam, non invenio, numquam hoc facere ausus sum, cum de quorundam facinoribus immaniter adversus^x ecclesiam perpetratis gravissime commoverer^y. Sed si tibi forte, quoniam^z iuste fiat, Dominus revelavit, nequaquam juvenilem^a etatem tuam^b et honoris ecclesiastici rudimenta contempno^c. Senex enim a iuvene et episcopus tot annorum a collega necdum anniculo parati^d sumus^d doceri^e, quomodo possim vel Deo vel hominibus iustam reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno, quod non trahunt^f ex Adam, in quo omnes peccaverunt, spirituali supplicio puniamus. Etenim Classiani^g filius, etsi traxit ex patre noxam primi hominis sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid postea, quam eum genuit, peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum^h pertinere quis ambigit? Quid dicam de coniuge, quid de totⁱ animabus^j, universa familia? Unde si una anima per istam severitatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptisate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur et interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam^k et nobis rescribendo prestes, ut possimus et nos. Si autem non^l potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si fueris interrogatus, responsionem rectam non vales^m invenire? Hoc autem dixi, etiamⁿ filius noster Classitianus^o aliquid admisit^p, quod tibi anathemate plectendum iustissime videtur. Ceterum si veras ad me misit litteras, nec solus in domo sua debuit ista correctione coerceri. Sed hinc cum tua sanctitate nichil ago^q. Si autem nichil eum peccasse prudenter agnoscis, quoniam ipse in domo fidei iustius flagitabat fidem debere^r servare^s, ne ibi frangeretur^t, ubi docetur^u, fac, quod sanctum virum oportet facere, ut si tibi contingit^v tanquam homini, quod utique homo Dei dicit in psalmis:^w Turbatus est pre ira oculus meus, exclamas ad Deum: Miserere^x mei, Domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat tibi dexteram suam et comprimat iracundiam tuam et tranquillet mentem tuam ad videndam faciendamque iustitiam. Sic enim scriptum est: Iracundia enim viri iustitiam Dei non operatur. Nec arbitraris ideo nobis non posse surripere iniustam^y commotionem, quia episcopi sumus. Sed potius cogitemus inter laqueos temptationum nos periculosissime vivere, quia homines^z sumus.

a) consacerdoti CR.

b) vester C.

- c) *fehlt R.*
- d) *ne CR.*
- e) *h̄c M.*
- f) *succensisse K; succensuisse CR.*
- g) *ut CR.*
- h) *confessione M.*
- i) *sententia anathematis K.*
- j) *korr. aus exestuant M.*
- k) *fehlt MK.*
- l) *sententia M.*
- m) *suis C.*
- n) *et M; n̄l R.*
- o) *quisque CR.*
- p) *folgt hec CR.*
- q) *quemque K; quandoque CR.*
- r) *super terram K.*
- s) *Audistis C.*
- t) *aliquos CR.*
- u) *sacerdotes CR.*
- v) *domo sua tota M.*
- w) *folgt inde CR.*
- x) *adversum CR.*
- y) *conmovear C; commonerer R.*
- z) *quomodo CR.*
- a') *fehlt C.*
- b') *suam K.*
- c') *korr. in condempno M; condempno K.*
- d') *paratissimus sum CR.*
- e') *folgt sive discere C; folgt sive docere R.*
- f') *korr. aus thrahunt M.*
- g') *classitiani C; classitiā R.*
- h') *folgt non CR.*
- i') *tor M.*
- j') *folgt nachgetragen in C; folgt in R.*
- k') *ut M.*
- l') *no K.*
- m') *potes M.*
- n') *folgt si CR.*
- o') *classianus M.*
- p') *korr. in amisit C.*
- q') *folgt nisi tantum (tamen K) peto, ut ignoscas precanti veniam, si agnoveris culpam KCR.*
- r') *fehlt K.*
- s') *korr. in servari C; servari R.*
- t') *frangentur K.*
- u') *doceretur M.*
- v') *contigit CR.*
- w') *psalmo CR.*
- x') *folgt nochmals mis(erere) CR.*
- y') *in iusticiam (Endung auf Rasur) K.*
- z') *fehlt K.*

<32a.^a

Aufer ista gesta ecclesiastica, que perturbator fortasse fecisti, et redeat inter vos caritas, quam cum illo cathecuminus habuisti. Aufer litem et revoca pacem, ne tibi pereat homo amicus, et^b de vobis gaudeat diabolus inimicus^b. Potens est misericordia Dei nostri, qui et me exaudiat orantem, ne tristitia mea de vobis augeatur, sed potius que est exorta, sanetur, et regat per gratiam suam et letificet iuventutem tuam non contempnentem senectutem meam.>

a) *dieses Kp. nur in C.*

b)-b) *am Rand C.*

33. Ex^a concilio Africano VI.

Si episcopus quis forte iracundus, quod esse non debet, cito aut aspere commoveatur adversus^b presbiterum sive diaconum suum et exterminare eum de^c ecclesia^c voluerit^c, providendum est, ne innocens damnetur aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem, qui deiectus est, ut finitimos interpellet episcopos et causa eius^d audiatur et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam^e roganti. Et ille episcopus, qui^f aut^f iuste aut iniuste reiecit^g, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut aut probetur eius aut emendetur sententia.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) adversum *C.*
- c) voluerit de ecclesia *C.*
- d) *folgt* diligentius *M.*
- e) audientia *KC.*
- f) quia ut *K*; quia *C*; q(uia) ut *R.*
- g) reicit *M*; reiecerit *C.*

34. Ex^a concilio Triburiensi.

Certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari^b debere, cum ad synodum canonice iussus venire^c contempnit^c aut, postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire preceptis aut ante^d finitę causę suę examinationem^e a synodo abire^f presumit.

- a) *Inskr. fehlt KC.*
- b) *korr. aus excommunicare M.*
- c) *fehlt venire K; convenire tempnit R.*
- d) *non C.*
- e) *examinatione C.*
- f) *ire M.*

35. Gregorius^a in omeliis^b.

Utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is, qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis sue sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel^c ligare^c. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumide reprehensionis superbia culpa, quę non erat, fiat.

a) *Inskr. fehlt C.*

b) *omel̄ M; homelia R.*

c) *fehlt M.*

II.^a De potestate ligandi et^b solvendi.

1. Leo^c papa in sermone^d.

Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex ipsius equitate^e fertur^e iudicium, nec nimia vel severitas vel remissio, ubi^f nichil erit ligatum vel solutum, nisi quod beatus Petrus aut ligaverit^g aut solverit^h.

a) *Cap. II. M; der ganze Titel erst vor VII 2,2 C; Zahl fehlt R.*

b) *atque R.*

c) *Inskr. fehlt C.*

d) *folgt c̄p R.*

e) *fertur equitate C.*

f) *nisi R.*

g) *solverit K.*

h) *absolverit M; ligaverit K.*

2. Augustinus in^a super^a Iohannem^a.

'Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cęlo.' Si hoc Petro tantum dictum est, non^b hoc facit ecclesia? Si autem et in ecclesia fit, utique quę in terra ligantur^c, in cęlo, et quę solvuntur in terra, soluta sunt et^d in cęlo, quia cum excommunicat ecclesia, in cęlo ligatur excommunicatus, cum reconciliat ecclesia, in celo solvitur reconciliatus. Si ergo hoc in ecclesia fit, Petrus, quando claves accepit, ecclesiam sanctam significavit. Si in persona Petri significati sunt in ecclesia boni^e, Iudeę persona^f significati sunt in ecclesia mali^f.

- a) *fehlt C.*
- b) *unde C.*
- c) *folgt* ligata sunt *CR.*
- d) *fehlt CR.*
- e) *folgt* in *CR.*
- f)-f) *fehlt K.*

3. Ieronimus^a.

'Quodcumque ligaveris' et cetera. Istum locum episcopi et presbiteri non intelligentes aliquid sibi de Phariseorum sumunt supercilio, ut vel damnent innocentes vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum^b, sed rerum vita queratur. Legimus in levitico de leprosis, ubi iubentur^c, ut ostendant se sacerdotibus et, si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quod sacerdotes immundos faciant leprosos, sed quod habeant notitiam in eis et possint discernere, qui mundus quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos immundum facit, sic et hic alligat vel solvit^d episcopus et^e presbiter non eos, qui insontes vel innoxii^f, sed pro officio suo cum peccatorum audierint varietates^g, sciunt, qui ligandus sit^h quiveⁱ solvendus^j.

- a) *fehlt K.*
- b) *sacerdotis M.*
- c) *korr. in iubetur C.*
- d) *absolvit M.*
- e) *vel M.*
- f) *folgt nachgetragen sunt C.*
- g) *korr. aus varietatens M.*
- h) *fehlt hier C.*
- i) *quique M.*
- j) *folgt nachgetragen sit C.*

4. Innocentius^a.

De quibus^b nulla solvendi ligandique auctoritas in libris veteris testamenti et IIII^{or} evangeliorum cum scriptis totis apostolorum non apparet, ad divina recurrito scripta^c Grece. Si nec in illis, canones apostolicę sedis intueri. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quodsi in^d omnibus his^e inspectis huius questionis qualitas non lucide investigatur, seniores provincię congrega^f et eos interroga.

- a) *fehlt KC.*
- b) *folgt causis CR.*
- c) *scrip̄ta M.*
- d) *his M.*
- e) *fehlt MK.*
- f) *congregata K.*

5. Ieronimus super Ysaïam lib. XI.

Notandum^a, quod^b non solvantur nostra peccata, nisi de manu Domini receperimus ea^c. Nec idem est solvi peccata atque dimitti. Cui^d enim^e dimittuntur, solutione non indiget audiens^f in evangelio: 'Confide, fili, remittuntur^g tibi peccata tua.' Cum autem solvuntur, propterea^h solvuntur, quia purgata sunt et soluta per penas.

- a) Notantur *C*.
- b) quę *C*.
- c) *fehlt CR*.
- d) Cum *M*.
- e) *fehlt CR*.
- f) audi *CR*.
- g) dimittuntur *KCR*.
- h) *korr. aus proterea M*.

III.^a De unitate ecclesię.

1. Ambrosius.

Non turbatur navis, quę Petrum habet^b, turbatur illa, que Iudam habet, et si multa illic discipulorum merita navigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus^c est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hec navis, in qua prudentia navigat, abest perfidia, fides sperat. Quemadmodum enim turbari potuerit^d, cui^e preerat is^f, in quo ecclesię firmamentum^g est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides, hic^h securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis imperatur, ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur: 'Duc in altum', hoc est: in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei filium et professionem divine generationis assumere? Quam licet mens nequeat humana pleneⁱ investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

a) ganze Titel fehlt R.

b) habeat C.

c) firmatus M.

d) potuerat K; poterat CR.

e) cum C.

f) fehlt C.

g) fundamentum M.

h) ibi M.

i) rationis plane (korr. aus plene) K; plane rationis C.

2. Idem.

Est et^a aliud apostolicum piscandi genus. Quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet dicens: 'Mitte amum, et eum pisces, qui primus ascenderit, tolle.'

a) *fehlt M.*

3. Ciprianus episcopus.

Loquitur Dominus ad Petrum:^a 'Ego dico tibi, quia tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam^b meam.' Super unum edificat ecclesiam, et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat: 'Sicut misit me pater, et ego mitto vos, accipite spiritum sanctum', tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem^c ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique ceteri apostoli, quod Petrus fuit, pari consortio preediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una monstretur. Quam unam ecclesiam^d in cantico quoque^e canticorum^e spiritus sanctus ex persona Christi^f designat et dicit: 'Una est columba mea, perfecta mea, una est matris^g suę, electa genitricis^h suę.' Hanc ecclesię unitatem etⁱ beatus Paulus apostolus docet et sacramentum unitatis ostendit dicens: 'Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestre^j, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.' Quam unitatem tenere firmiter et vindicare debemus, maxime nos episcopi, qui in ecclesia presidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem^k fallat, nemo fidei veritatem perfida prevaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, que in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo^l multi radii sunt, sed lumen unum, et rami arboris multi sunt, sed robur unum tenaci radice fundatum, et quomodo de fonte uno rivi^m plurimi^m defluunt, et numerositas licet diffusa videatur exundantis copię largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore: divisionem unitasⁿ non capit. Ab arbore frange ramum: fructus germinare non poterit. A fonte precide rivum: precisus arescit. Sic et ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, unum tamen est, quod ubique, diffunditur, nec^o unitas corporis separatur^p. Ramos suos in^q universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit, unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis^r copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et pudica, unam domum novit, unius cubiculi^s sanctitatem casto pudore custodit.

- a) petrem *K*.
- b) *fehlt M*.
- c) origine *M*.
- d) *folgt getilgt Christi M; folgt etiam C*.
- e) canticorum quoque *M*.
- f) domini *CR*.
- g) matris *M*.
- h) genetricis *M*.
- i) *fehlt C*.
- j) nostre *C*.
- k) *folgt mendatio C*.
- l) *folgt solis C*.
- m) multi rivuli *M*.
- n) *folgt lucis C*.
- o) ne *M*.
- p) separetur *M; korr. aus separetur C*.
- q) *fehlt KR*.
- r) *folgt successibus C*.
- s) cubili *M*.

4. Idem.

Alienus est, prophanus est, hostis est. Habere non potest Deum patrem, qui universalis ecclesie non tenet unitatem. Idem. Dominus cum discipulis suis^a, ut^b unanimam suaderet et pacem: Dico^c, inquit^c, vobis, quia si duo ex vobis convenerint in terra, de omni re, quecumque^d petieritis, continget^e vobis a patre meo, qui est in celis. Ubi^f enim fuerint^f duo^f aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. Ostendit non multitudini, sed unanimi deprecantium plurimum tribui. Si duobus^g inquit de vobis convenerint^h in terra, unanimam prius posuit, concordiam pacis ante promisitⁱ, ut conveniat^j nobis, fideliter et firmiter docuit. Quomodo autem potest ei^k cum aliquo^l convenire, cui cum corpore ipsius ecclesie et cum universa fraternitate^m non convenit? Quomodo autem possunt duo aut tres colligiⁿ in nomine Christiⁿ, quos constat a Christo et ab eius evangelio separari?

a) *folgt* ait *M*.

b) *fehlt* *CR*.

c) Amen inquit dico *C*; duo inquit *R*.

d) quamcumque *M*; quemcumque *R*.

e) contingent *C*.

f) duo fuerint *C*.

g) duo *C*.

h) convenerint *K*.

i) promisit *M*.

j) conveniant *C*.

k) *fehlt* *M*.

l) ali *R*.

m) fraternitatem *R*.

n)-n) in nomine christi colligi *CR*.

5. Ieronimus.

Omnibus consideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo Dei^a, ut ipsi sint etiam eadem^b domus Dei^c, quę dicitur edificari supra petram, quę unica columba appellatur, quę sponsa pulcra sine macula et ruga et ortus conclusus, fons signatus, puteus aque vive paradisi cum fructu pomorum. Quę domus etiam claves accepit ac potestatem solvendi ac^d ligandi. Hanc domum si quis corrigentem corripientemque contempserit, 'sit tibi, inquit^e, tanquam ethnicus et publicanus.' De hac domo dicitur: 'Domine, dilexi decorem domus tuę et locum habitationis glorię tuę.' Et 'qui habitare facit unanimes in domo', et 'iocundatus^f sum in his, quę dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus', et 'beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.'

- a) domini *C*.
- b) ipsa *M*.
- c) domini *C*.
- d) et *KR*; atque *C*.
- e) *fehlt M*.
- f) iocundus *M*.

6. Gregorius^a in moralibus.

Quia ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locum Dominus prohibet^b, de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei faciem contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam presentiam non^c agnoscit. De qua soliditate Dominus dicit: 'Super hanc petram edificabo ecclesiam meam.' Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus accipiat libenter, sola, quæ pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde etiam de agni ostia Dominus precepit dicens: 'In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius^d extra fores.' In una namque domo comedetur^e, quia in una catholica ecclesia vera hostia redemptori immolatur. De cuius carnibus divina lex efferri^f foras^f prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. Sola est^g, quæ intra se positos valida caritatis compage custodit. Unde et aqua diluvii archam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra archam invenit, extinxit.

- a) De Reḡ R.
- b) perhibet CR.
- c) *fehlt* R.
- d) *folgt* foras K.
- e) comeditur M.
- f) foras efferri M.
- g) *fehlt* C.

7. Ciprianus^a.

Factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio^b, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quę tunc affuit, suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum^c virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est cum locus Petri et gradus^d cathedrę^d sacerdotalis vacaret. Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione^e firmato, quisquis iam episcopus fieri^f voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesię non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet de se multum iactans et sibi plurimum vendicans, prophanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debet, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est.

a) *ferner Titel 4 rad. M.*

b) *folgt et C.*

c) *honoratorum C.*

d) *cathedrę gradus M.*

e) *concessione, folgt nachgetragen non C.*

f) *fehlt M.*

8. Augustinus in primo libro de baptismo.

Si quem forte coegerit extrema necessitas, ubi catholicum, per quem^a accipiat, non invenerit et in animo pacem catholicam custodiens per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit, quod in ipsa^b erat, catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus^c, cum catholice congregationi etiam presentia^d corporæ^e redierit, unde numquam corde discesserat, non solum non improbamus, quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quam^f presentem Deum credidit cordi^g suo, ubi unitatem servavit.

a) *folgt* baptismum *C*.

b) ipso *C*.

c) *folgt* contra *C*.

d) *korr. in presenti M*.

e) corporali *CR*.

f) quia *C*; *q̄ R*.

g) in corde *C*.

IV.^a De scismate.

1. Ciprianus.

Advocavit ad se episcopum nec ullam putavit veram nisi verę^b fidei^b gratiam, percunctatusque^c ex eo est, utrumnam^d de catholicis episcopis, hoc est cum Romana^e conveniret. Et forte ad id locorum in scismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra communione diviserat^f, et quamquam pro fide exulasset et fidei suę reliquisset heredes, non tamen putavit fidem esse in scismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen gratia^g Dei ecclesiam non tenebant, cuius patiebantur velut quosdam artus dividi et membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit et Christi corpus sit ecclesia, non videtur ab his exhiberi Christo fides^h, a quibus evacuatur eius passio atque distrahitur. Itaque quamvis gratię fenus teneret et metueret tanti nominis debitor navigare, tamen eos transire maluit, ubi tuto possetⁱ exsolvere. Iudicabat enim divinę solutionis^j gratię in affectu ac fide esse. Quam^k quidem statim^l ubi^m primum copia ecclesię liberior fuit, implere non distulit Dei gratiam et accepit desideratam et servavit acceptam.

a) *Zahl fehlt KR.*

b) fidei verę *K.*

c) *korr. aus percunctatusque M; percontatusque R.*

d) utrai(m) nam *K*; ut cum nam *R.*

e) *folgt ecclesia C.*

f) dimiserat *R.*

g) erga *KCR.*

h) fideles *K.*

i) possit *M.*

j) solutionem *C.*

k) Quem *M.*

l) statum *M.*

m) ut *C.*

2. Ieronimus.

Quoniam vetus oriens inter se populorum furore collisus^a indiscissam Domini tunicam et desuper textam minutatim per frusta^b decerpit, et Christi vineam exterminant^c vulpes inter lacus^d contritos, quam non habent, difficile, ubi fons signatus et ortus ille conclusus sit^e, possit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam. Inde nunc meę animę postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque vero vastitas tanti^f elementi liquentis et interiacens^g latitudo terrarum me^h a^h pretiosę margaritę potuit inquisitioneⁱ prohibere. 'Ubicumque fuerit corpus, illic^j congregabuntur et^k aquilę.' Profligato a sobole mala patrimonio^l apud vos solos incorrupta patrum servatur auctoritas. Ibi cespitem terra fecundo dominici seminis puritatem centeno fructu refert, hic obruta sulcis frumenta lolium avenaque^m degenerant. Nunc in occidente sol iustitię oritur, in oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. 'Vos estis lux mundi, vosⁿ sal terre', vos vasa aurea et argentea. Hic teste seu vasa virgam ferream et eternum operiuntur incendium. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas; a sacerdote victima^o salutem, a pastore presidium ovis^p flagito. Facescat^q invidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore piscatoris discipuli^r Christi loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuę, id est cathedrę Petri communionem^s consortior^t. Super illam petram fundatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in Noe archa non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi, quę Syriam^u iuncto^v barbarię fine determinat, non possum sanctum Domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere. Ideo collegas tuos Egyptios confessores sequor^w et sub honorariis^x parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Miletum respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum^y non colligit, spargit. Hoc est: qui Christi non est, Antichristi est.

- a) collisa C.
- b) frustra CR.
- c) exterminat M.
- d) laqueos (-o- korr.) C.
- e) *folgt* vel C.
- f) tanta KCR.
- g) *folgt* longitudo vel C.
- h) meę M.
- i) inquisitionem M.
- j) illuc KR.
- k) *fehlt* C.
- l) *korr. aus* matrimonio M.
- m) avenęque C; avenasque R.
- n) nos C.
- o) victimam C.
- p) tui C.
- q) Facessat KCR.
- r) discipulo CR.
- s) communione KR.
- t) consorcio C.
- u) syria M.
- v) *fehlt, statt dessen Lücke* M.
- w) consequor C.
- x) honerariis KR.
- y) mecum C.

3. Gregorius. Item eiusdem in libro VI.^a

Fides in primis ecclesie querenda mandatur. In qua si Christus habiturus sit, haud dubie sit legendum. Sin^b vero populus perfidus aut preceptor hereticus deformat habitaculum, vitanda hereticorum communio, fugienda sinagoga censetur, excutiendus pedum pulvis, ne fatiscientibus perfidie sterilis^c siccitatibus tanquam humi arido harenosoque^d mentis tue vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet evangelii predicator, iuxta quod scriptum est: Quis infirmatur, et ego non infirmor? ita si qua est ecclesia, que fidem respuat nec apostolice predicationis fundamenta possideat, ne quam^f labem^f perfidie possit aspergere^g, deserenda^h est. Quod apostolus quoque evidenter asseruit dicens: Hereticum hominem post unamⁱ correctionem^j devota.

a) *ferner Titel 5 C.*

b) *Si M.*

c) *korr. aus sterelis M.*

d) *arenosoque M.*

e) *mtis R.*

f) *qua labe C.*

g) *aspergi C.*

h) *deferenda R.*

i) *primam et secundam M.*

j) *correptionem KR.*

V.^a De hereticis et scismaticis.

1. Innocentius.

Heretici cum a fide catholica desisterent^b, perfectionem spiritus, quam^c acceperant, amiserunt^d.

a) *Zahl fehlt KR, ganze Titel bereits vor VII 4,3 C.*

b) *destiterint M.*

c) *quem M.*

d) *korr. aus amiserint C; amiserint K.*

2. Innocentius Rufo, Eusebio ceterisque episcopis.

Ordinati^a ab hereticis vulneratum^b per illam manus impositionem habent caput. Ubi vulnus infixum est, medicina est^c adhibenda^c, qua possit recipere sanitatem. Quę sanitas post vulnus secuta, sine cicatrice^d esse non poterit, atque ubi penitentiae remedium est necessarium, illuc constat ordinationis honorem locum habere non posse. Nam sicut legitur: Qui tetigerit immundum, immundus erit, quomodo tribuetur ei, quod munditia ac^e puritas consuevit accipere? Sed^f econtra asseritur eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec ullum^g aliquid accepisse, qui in dante nichil erat, quod ille posset accipere^f. Acquiescimus, et verum est certe, quia quod non habuit^h quis, dare non potuitⁱ. Damnationem utique, quam^h habuit, per^j pravam manus impositionem dedit.

- a) Ordinatis *M*.
- b) vulneratus *M*.
- c) adhibenda est *K*.
- d) vulnus *M*.
- e) aut *M*.
- f)-f) Sed - accipere *fehlt MK*.
- g) illum *C*.
- h) habuit (habuerit *C*) - quam *fehlt R*.
- i) poterit *C*.
- j) qui *MK*.

3. Leo episcopus Ianuario episcopo.

Omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam^a communionem^b, heretice se communioni^c miscuerit, si ad ecclesiam reversus fuerit et prius hereses suos et ipsos^d auctores heresis damnatos a se sine ambiguitate confessus fuerit, in eo gradu, in quo erat, sine promotione permaneat. Qui pro magno habeat beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo invenitur ordine, perpetua maneat stabilitate.

- a) *folgt* relinquens *M*; a catholica recedens *C*.
- b) *communione C*.
- c) *communione M*; *korr. aus* *communione C*.
- d) *fehlt K*; ipse *R*.

4. Lucianus^a papa.

Si quis dederit aut acceperit communionem de manu heretici et nescit, quod ecclesia^b catholica^b contradicit, postea^c intelligens, annum integrum peniteat. Si autem scit et neglexerit et postea penitentiam egerit, X annos peniteat; alii iudicant septem, et humanius quinque annos^d peniteat. Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in ecclesia catholica, et nescit, XL dies peniteat. Si pro reverentia eius, annum I peniteat. Si pro damnatione^e ecclesie catholice et consuetudinis^f Romanorum, proiciatur ab ecclesia sicut hereticus^g, nisi habeat penitentiam. Si habuerit, X annos peniteat. Si recesserit ab ecclesia catholica in congregationem^h hereticorum et alios persuaserit, si postea penitentiam egerit, XII annos peniteat, III extra ecclesiam et VII inter audientes et duo adhuc extra communionem. De his in canone dicitur, ut X.ⁱ anno^j communionem sine oblatione percipiat^k. Si^l episcopus aut abbas iubet monacho aut presbitero suo^m pro hereticis mortuis missas cantare, non licet et non expeditⁿ eis^o obedire^o. Si^p presbitero contigerit, ubi^q missam^r cantaverit et alius recitaverit nomina mortuorum, et si unum nominaverit hereticum cum catholicis, si post missam intellexerit, ebdomadam peniteat; si^s frequenter fecerit, annum integrum peniteat^s. Si^t quis autem pro morte heretici missam ordinaverit et pro religione sua eius reliquias ibi tenuerit, et nescit differentiam catholice fidei et postea intellexerit penitentiamque egerit, reliquias ibi debet comburere et unum annum peniteat. Si autem neglexerit, postea commonitus, X annos peniteat. Si^u quis a fide catholica discesserit sine ulla necessitate et postea toto animo penitentiam acceperit, tres annos peniteat extra ecclesiam, id^v est^v inter audientes. Iuxta Nicenum concilium VII annos in ecclesiis inter penitentes, II adhuc extra communionem peniteat.

- a) Euthicianus *C*; Eutianus *R*.
- b) catholica ecclesia *M*.
- c) poste *K*.
- d) añ *KR*; annis *C*.
- e) dominatione *C*.
- f) consuetudine *C*.
- g) heticus *M*.
- h) congregatione *C*.
- i) *fehlt M*; christo *K*.
- j) *fehlt M*.
- k) *korr. in percipiant C*.
- l) *Absatz M*.
- m) *fehlt K*.
- n) expedire *K*.
- o) obedire eis *KCR*.
- p) *Absatz M*.
- q) ut *C*.
- r) missas *M*.
- s)-s) *fehlt K*.
- t) *Absatz M*.
- u) *Absatz M*.
- v) .I. *MC*; unum *R*.

5. Ieronimus in epistola ad Galathas.

Inter heresim et scisma hoc esse arbitramur, quod heresis perversum dogma habeat, scisma post episcopalem discessionem ab ecclesia^a separetur^b. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest. Ceterum nullum scisma non sibi^c aliquam confingit heresim, ut recte ab ecclesia recessisse videatur.

- a) *folgt* pariter *M*.
- b) separet *C*.
- c) nisi *M*.

6. Ieronimus in eadem epistola.

Heresis Grece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quam sensus spiritus sancti flagitat, a quo conscripta^a est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest et de carnis operibus est, eligens quę peiora sunt.

a) scripta *CR*.

7. Ciprianus Magno filio salutem.

Dicimus omnes omnino hereticos et scismaticos nichil habere potestatis ac^a iuris. Propter quod Novatianus nec debet nec potest excipi, quo minus ipse quoque extra ecclesiam consistens et contra pacem ac dilectionem Christi faciens inter adversarios et antichristos computetur. Et paulo post: Ecclesia una est, quę una et intus esse et foris non potest. Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Faviano^b episcopo legitima ordinatione successit, et quem post sacerdotii onorem martirio quoque Dominus glorificavit, Novatianus in ecclesia non est nec episcopus computari potest, qui evangelica et apostolica traditione contempta nemini succedens a se ipso ortus est. Habere namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia non est. Et paulo post: Quod vero eundem quem et nos Deum patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuvere tales potest. Et^c infra:^c Invenimus in tali facinore non solum duces et auctores, sed et participes penis destinari^d, nisi a communione malorum^e separaverint, precipiente per Moysen Domino et^f dicente: `Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum et nolite tangere ab^g omnibus, quę sunt eius^h, ne simul pereatis in peccatis eorum.' Et quod comminatusⁱ per^j Moysen^k Dominus^l fuerat, implevit, ut quisque^k se a Chore et Dathan et Abiron non separasset, penas tamen statim pro impia communione persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios omnes culpę et penę futuros, qui se scismaticis contra prepositos et sacerdotes inreligiosa temeritate miscuerint, sicut etiam per Osee prophetam spiritus sanctus contestatur et dicit: `Sacrificia eorum tanquam panis luctus; omnes, qui maducant ex ea^l, contaminabuntur^m, docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus suis supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quę ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus suppliciaⁿ divinitus irrogantur? Infra^o: si autem foris cuncti heretici et scismatici non habent^p spiritum sanctum, et ideo apud nos manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic non est nec damnari^q potest, manifestum est nec remissionem peccatorum per eos dari posse, quos constat spiritum sanctum non habere.

- a) a *K*.
- b) faniano *KR*; fabiano *C*.
- c) *fehlt K*.
- d) detestari *C*.
- e) *folgt se CR*.
- f) ac *M*.
- g) ex *C*.
- h) eorum *CR*.
- i) minatus *M*.
- j) Dominus (*d- R*) per Moysen (*m- R*) *CR*.
- k) quisquis *C*.
- l) eo *M*.
- m) *-mi- korr. und unleserlich M; contaminantur C*.
- n) supplia *M*.
- o) Et infra *K*.
- p) habeat *korr. in habeant C*.
- q) donari *C*.

8. Pelagius^a papa^a.

Pudenda, ut ita dicam, rapina in divisione est^b non consecratus, sed execratus episcopus. Si enim ipsum consecrationis nomen rationabili ac vivaci intellectu discutimus, is, qui cum universali detractat^c consecrari^d ecclesia, consecratus dici^e esse nulla poterit ratione. Consecrare^f enim est simul sacrare. Sed^g ab ecclesie visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus dissecat ipse potius, non consecrat. Iure ergo execratus, tantum non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in unitate coniuntis membris non agnoscit ecclesia. Videamus tamen, utrum vel ipsarum consuetudinem partium in sua exordinatione servaverit^h. Nempe hic mos antiquitus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab apostolico honerosum illis fuerat ordinari, ipse se invicem Mediolanensis et Aquilegensisⁱ ordinare episcopi debuissent, ita tamen ut in ea civitate, in qua erat ordinandus episcopus, alterius civitatis pontifex occurrere debuisset, ut et ordinandi electio a presenti ordinatore ex consensu universalis, cui preficiendus erat, ecclesie melius ac facilius potuisset agnosci et in sua, qui ad episcopatum provehendus^j erat nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur ecclesia. Etenim sicut cum dicimus^k ecclesia una fit^l, cui in canticis canticorum dicitur: `Una est columba mea', nullam aliam esse constat, nisi que in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam fidem universo orbe propagatam non potest dubitari. Quod ut vobis, licet notissimum^m omnino sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus, audite, quid in quodam opere suo preclarissimus doctor dicat ecclesie. Ait enim: Quodsi nullo modo recte diciⁿ potest^o ecclesia^o, in quo scisma est, restat ut, quoniam ecclesia nulla esse non potest^o, ea sit, quam in sedis^p apostolice per successiones episcoporum radice constituta nullorum hominum malitia, etiam si nota et excludi non possit, sed pro temporum ratione toleranda iudicetur, ullo^q modo valeat extinguere^r.

- a) *fehlt C.*
- b) *fehlt C.*
- c) *detrecta K; detrectat CR.*
- d) *consecrare KR.*
- e) *folgt vel M.*
- f) *Consecrari M.*
- g) *Si M.*
- h) *conservaverit M.*
- i) *aquilegensis C.*
- j) *provendus C.*
- k) *diximus KCR.*
- l) *sit K.*
- m) *novissimum R.*
- n) *potest dici M.*
- o)-o) *ecclesia - potest fehlt C.*
- p) *sede C.*
- q) *nullo CR.*
- r) *folgt VII 5,12 (die Kapp. VII 5,9-11 fehlen) K.*

9. Idem^a.

Scisma siquidem ipsum, quod Grecum nomen est, scissuram sonat. Sed in unitate scissura^b esse non potest. Non ergo unitati communicat, qui scismaticis^c communicat. Partes sibi ipsi^d fecerunt et ab eo, quod unum^e est, ut apostoli Iude iam verbis loquar, `semetipsos segregantes spiritum non habent.' Quibus omnibus illud^f efficitur^f, ut quia in unitate unum non sunt, ut^g quia in partem^h esse voluerunt, utⁱ quia spiritum non habent, corpus Christi sacrificium habere non possunt. Non autem nobis nunc illa questio est, utrum tolerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociare^j. Si etiam ipsi licet in suo sensu habundantes, intra^k materna tamen^l positi viscera quererent veritatem, a nobis repellenda^m non erant, donec apud eos ratione duce rei veritasⁿ claruisset. Sed quia se ab universali ecclesia diviserunt, sicut beatus Augustinus ait, omnis^o catholicus securus eam partem detestatur, cui ecclesiam^p universalem^p apostolicis sedibus roboratam non communicare^q cognoscit. Nec enim levigat eorum crimen, magis auget^r vero^r, quod eos diu restitisse dixistis^s, ne apostolicis communicantes sedibus in sua communionem reciperent. In hoc enim dum et illi culpandi sunt^t, qui^u non solum in sacerdotibus communionem apostolicarum sedium, verum in^v ipsis laicus separaverunt^w. Sed nec^x illud eis prodest, quod eos^y in eisdem litteris vel ignorantia^z rationis vel simplicitate^a intellectus sui a nostra se communionem suspendisse probetis^b. Id ipsum enim magis est, propter quod scismatici sunt, quia non eos diversa sentiendi iudicium, sed quædam apud se delata, sibi tamen incognita^c metuentes^d et contra apostolicam sedem temere credentes pessima divisit opinio. Quod scisma specialiter^e esse beatus denuntiat Augustinus dicens de talibus^f: adversus auctoritatem illarum ecclesiarum, quæ apostolica^g sedes et epistolas^h accipere merueruntⁱ, temere credendo meruerunt, immanissimum^j crimen scismatis^k a se propulsare^l poterit. Assumam aut^m illos esse ecclesiam creditis, et cum duæ ecclesie esse non possuntⁿ, nos, quod absit, scismaticos iudicabitis, aut si vero in apostolicis sedibus esse constat æcclesiam, et illos ab unitate divisos cognoscite et communionis questionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli ergo, quasi nulla^o scismaticorum atque æcclesie differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione^p confringere^q. Unam, ut sepe dictum est, quæ^r Christi corpus est^s, esse constat æcclesiam; in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea quisque discesserit, ecclesia^t esse desistit.

a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*

b) *scisma L.*

c) *scismati C.*

d) *fehlt L.*

e) *folgt ut L.*

f) *fehlt C.*

g) *fehlt C.*

h) *parte M.*

i) *non C.*

j) *sociari C.*

k) *inter M.*

l) *fehlt CR.*

m) *repellendi C; reppellendi R.*

n) *veritatis L.*

o) *omis M.*

p) *universalem ecclesiam CR.*

q) *folgt nochmals non L.*

r) *vero auget CR.*

s) *dixisti L.*

t) *sint CR.*

- u) *folgt* communicare talibus voluerunt (voluerint *L*), multo magis tamen illi execrandi sunt, qui *LCR*.
- v) *fehlt M*.
- w) speraverunt vel separaverunt *C*; spaverunt *R*.
- x) ne *L*.
- y) est *C*.
- z) ignorantiam *L*; *korr. aus* ignorantiam *C*.
- a) simplicitatem *L*.
- b) prohibetis *L*; perhibetis *CR*.
- c) *fehlt R*.
- d) metuens *C*.
- e) spūalī *L*; spālī *CR*.
- f) lib(et) *C*.
- g) apostolicas *CR*.
- h) spālēs *C*.
- i) *fehlt CR*.
- j) inanissimum *L*.
- k) *fehlt (1 Wort getilgt) M*; scismaticis *L*.
- l) *folgt* non *CR*.
- m) autem *LC*.
- n) *korr. aus* possint *M*.
- o) *fehlt ML*.
- p) probatione *M*.
- q) confingere *CR*.
- r) quia *L*.
- s) *fehlt L*.
- t) æcclesia *M*.

10.^a Eiusdem.

Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem æcclesia faciat, dum vel ea, quæ committuntur, reprimit vel animarum salutem requirit. Erant^b huiusmodi rumoris^c fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum iam punit vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut^d illi putant, nemo nec reprehendendus a malo nec retrahendus ad bonum est^e, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, quæ et a^f malis penam et bonis^g premia iustitia suadente exigit^h. Malum autemⁱ scisma^j esse^k et per exterarum etiam potestates huiusmodi opprimi debere homines et canonicæ scripturæ auctoritas et paternarum nos regularum veritas docet. Quisquis ergo ab apostolicis divisus est sedibus, in scisma eum esse non dubium est et contra universalem æcclesiam altare conatur erigere. Sed quid de talibus insertus Calcedonensi synodo canon statuatur, gloria vestra consideret, ubi^k post alia^l sic dicit: 'Qui a communione semetipsum suspendit et collectum fecit et altare constituit et noluit vocanti^m episcopo consentire et noluit eidemⁿ acquiescere neque obedire et prius et secundo vocanti, hunc omnino damnari nec umquam vel orationem^o mereri nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit^p turbas faciens et seditiones æcclesie, per extraneam potestatem tamquam seditiosum comprimi.' Et beatus Augustinus de talibus dicit^q: 'Multa etiam cum invitis benigna^r quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati. Nam in corripiendo filio quamvis aspere, numquam amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nollet, ut doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus.' Ecce videtis^s, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur coercendo talia, sed diligit emendando tales semper æcclesia. Facite ergo etiam vos^t, quod^t scientes intensionem christianitatis vestræ frequenter ortamur, et date operam, ut talia fieri ultra non liceat, sed et quod vobis facillimum esse non dubito, hii, qui talia presumpserunt, ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per^u vos^u Deus^u fecit^v tempore illo, quo et^w Histriam^x et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis et, quid^y fieri debuisset, eius iterum scriptis cognovissetis et inter^z ubique ferventes hostes Ravennam tamen et is^a qui ordinabatur et is^b qui ordinaturus erat, providentia culminis^c vestri^c deducti sunt.

- a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*
- b) Errant CR.
- c) rumores M.
- d) *am Rand nachgetragen M; sive (statt si ut) C.*
- e) tum C.
- f) *fehlt CR.*
- g) bono L.
- h) constituunt C; constituit R.
- i) *fehlt M.*
- j) esse scisma M.
- k) *korr. und unleserlich C.*
- l) aliam L.
- m) vocante CR.
- n) ei M; eidem R.
- o) oratione M.
- p) permansit C.
- q) dicens L.
- r) benignitate M.
- s) vides C.
- t) quod nos C.
- u) deus per vos CR.
- v) fecerit CR.

- w) *fehlt L.*
- x) *hystrias CR.*
- y) *qui ML.*
- z) *intra M.*
- a') *korr. aus his M; hī L; his CR.*
- b') *hi' L; korr. in his C.*
- c') *vestri culminis CR.*

11.^a Idem.

Quali nos de glorię^b vestrę^b studiis iudicio gratulemur, non solum vestram sed multorum ac pene omnium credimus habere notitiam. Et iccirco nunc de his, quę vobis presentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam^c vestram duximus conquerendum. Tertius siquidem atque Maximilianus nomina tantorum^d episcoporum habentes et æcclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur et omnes æcclesiasticas res suis usibus applicare, in tantum ut contra unum eorum, id est Maximilianum, usque ad nos per tam longum^e iter necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes preces offerent^f. Ob quam causam Petrum presbiterum sedis nostrę sed et Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos, ut ea, quę canonicis statutis a predictis pseudoepiscopis compererint^g fuisse^h commissa, vel digna debeant ibi ultioneⁱ compescere vel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram petimus, ut prefatis, qui a nostra sede directi^j sunt, in omnibus prebeatis auxilium nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim et divinę et mundanę^k leges statuerunt, ut ab æcclesię unitate divisi et eius pacem iniquissime perturbantes a secularibus etiam potestatibus comprimantur^l. Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis^m offerre, quam si idⁿ ordinetis, ut hii, qui in suam et in aliorum perniciem debachantur, competenti debeant vigore compesci.

- a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*
- b) *vestrę glorie C.*
- c) *gratiam C.*
- d) *tamen C; tantum R.*
- e) *longevum C.*
- f) *korr. in offerrent C; offerrent R.*
- g) *comperint M; korr. aus comperirent L.*
- h) *fehlt M; fuerint L.*
- i) *ultionem L.*
- j) *directa L.*
- k) *humane C.*
- l) *comprimuntur L.*
- m) *positis L.*
- n) *fehlt C.*

12. Pelagius^a papa Iohanni patricio.

Relegentes litteras excellentię vestre de iniuria quidem^b, in^c quam vobis iniquorum hominum presumptio ingessit, valde doluimus, sed quia scimus occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem ac superbiam a contaminatione scismatis custoditam^d, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari^e consuevit. Nec enim sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati et perversissimi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisionem catholicam esse credentes æcclesiam a sua vos^f pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis factum est, ut a scismaticorum communione eruti catholicę, quam diligitis, servari vos contigisset ecclesie. Quamvis igitur vestra per illorum scelus facta sit utilitas, nolite tamen impunitam presumptionem^h iniquorum hominum crassariⁱ permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam presumpserunt, non fuerit vindicta compressum, quid^j in minoribus valeant, ambigi ultra non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, et ne eis^k amplius talia committendi crescat spiritus, vestris cohortitionibus reprimatur. Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos talia presumpserunt, ut talia vobis corrigentibus ab eorum scelere alios possetis Deo propitiante munire. Quales autem sint^l, qui æcclesiam fugiunt, Eufrasii vos scelera, quę Deus amplius occulta esse noluit^m, evidenter informant, qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinemⁿ nec caritatem fratris nec sacerdotii reverentiam cogitavit. Incestuoso autem in adulterio etiam ipsi vindictę abstulit modum, qua si^o adulterium punias, non remanet in quo iudicetur incestus, si incestuoso ingeras penam, multum crimen adulterii remanebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quantum ad superbiam suam iniuriam vobis inferre moliti sunt, et quantum ad providentiam Dei inpollutos vos æcclesię servaverunt. Auferte tales ab illa provincia^p, utimini oblata^q vobis^q a Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit^r, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime æcclesie Aquileiensis invasor, qui et^s in scismate et^t in^t eo^t maledictus, nec honorem episcopi poterit obtinere^u nec meritum.

- a) Gelasius C.
- b) *fehlt K.*
- c) *fehlt C.*
- d) *custodiam M; korr. aus custodiam C.*
- e) *opera M; comparare C.*
- f) *folgt getilgt ut suam M.*
- g) *quos korr. in quasi C; nos R.*
- h) *presumptione C.*
- i) *grassari CR.*
- j) *quod M.*
- k) *ei M.*
- l) *sunt M.*
- m) *voluit M.*
- n) *necessitudinem M.*
- o) *folgt nachgetragen nochmals si C.*
- p) *providentia C.*
- q) *vobis oblata M.*
- r) *potuit C.*
- s) *fehlt C.*
- t) *auf Rasur est C.*
- u) *retinere M.*

13. Pelagius^a papa Iohanni magistro militum.

Paterno vos salutantes affectu petimus, ut, si prodesse^b catholice paci^c contenditis, Paulinum Foro^d Simphroniensem^e pseudoepiscopum ad nos sub digna custodia dirigatis. Satis enim turpe^f est, ut vestram vivacitatem illic positam illudere gloriatur, et ne comprimi a vobis nec detineri posse ad suam superbiam iacet. Nolite ergo inultam et in vestris prorupentem iniuriis contumaciam vagari permittere. Sed prefatum pseudoepiscopum vestrorum hominum sollicitudine detentum ad nos, sicut dictum est, dirigere festinate^g.

a) Gelasius *C.*

b) prodest *M.*

c) pacis *M.*

d) *fehlt C.*

e) *simphroniense korr. aus simphoniense M; phroniensem C.*

f) *korr. aus turbe M.*

g) *folgt VII 5,19 (die Kapp. VII 5,14-18 fehlen) K.*

14. ^a Pelagius^b papa^c Narse^d patricio.

De Liguribus atque Veneticis et Histriis episcopis quid dicam, quos idonea est excellentia vestra et ratione et potestate reprimere, et dimittis^e eos in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari, cum si quid eos de iudicio universalis sinodi, quod in Constantinopolim per primam nuper elapsam^f indictionem actum^g est, forte movebat ad sedem apostolicam, quomodo semper factum est, electis a^h quibus^h de suis, qui dare et accipere rationem possint, dirigere debuerint, et non clausis oculis corpus Christiⁱ Deiⁱ nostri, hoc est sanctam æcclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiuscemodi homines principali vel iudiciali auctoritate comprimere, quia regulę patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua ecclesiastici officii persona, cui subiectum^j est, restiterit vel seorsum collegerit aut aliud altare erexerit seu scisma fecerit, iste excommunicetur atque dampnetur. Quodsi forte et hoc contempserit, si^k permanserit divisiones et scisma faciendo, per potestates publicas opprimatur. Ecce^l quia animus vester forte^m timidus est, ne persequi videaris, de patrum vobis auctoritate hec vobis breviter dirigenda curavi, cum mille alia exempla et constitutiones sint, quibus evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta æcclesia non solum exiliis, sed proscriptione rerum suarumⁿ et dura custodia per publicas potestates debeant coherceri.

a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*

b) *korr. aus Gelasius L; Gelasius C.*

c) *fehlt CR.*

d) *Narsi C.*

e) *dimittatis C; dimittitis R.*

f) *elāpsā M.*

g) *auctum C.*

h) *quibusdam CR.*

i) *domini CR.*

j) *subiectus CR.*

k) *sed LR; sive C.*

l) *Sano: Lücke M? folgt ð L; folgt domine CR.*

m) *fehlt C.*

n) *suam M.*

15.^a Augustinus.

Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus, utinam catholici^b fiant et non solum, quod dicunt sua, sed etiam nostra in pace et caritate nobiscum possideant. Usque adeo autem calumpniandi cupiditate cecantur, ut non attendant, quam sint inter se contraria, quæ locuntur. Ipsi^c certe dicunt et invidiosissime sibi conqueri videntur, quod eos in^d nostra^d communione violento^e legum^f imperio coartamur^g. Hoc itaque^h nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus querit compossessorem? Quis dampnandi cupiditate inflammatus vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos etⁱ iamⁱ nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quæ habebant, sed etiam nostra^j, quæ non habebant, quæ tamen si pauperum conpauperes^k sumus, et nostra sunt et illorum. Si autem privatim, quæ nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione dampnabili vendicamus. Quicquid igitur^l nomine æcclesiarum partis Donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis æcclesiis ad catholicam transferre^m iusserunt. Cum ergo nobiscum sunt plebes earundem æcclesiarum, nobiscum pauperes, quidⁿ eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris positi^o desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt^p sua, verum etiam quæ dicunt et nostra. Scriptum est enim: 'Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei.'

- a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*
- b) *catholica M.*
- c) *Ipse L.*
- d) *inra M.*
- e) *violenter C.*
- f) *regum C.*
- g) *cohortarmur M.*
- h) *utique CR.*
- i) *et(iam) L.*
- j) *ñ M.*
- k) *compares korr. in comperaures M.*
- l) *ergo CR.*
- m) *tranferre M.*
- n) *qui CR.*
- o) *propositis L.*
- p) *dicuntur L.*

16.^a Augustinus Bonifatio.

Ipsa pietas, veritas, karitas nos^b non^b permittit contra Cecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in æcclesia non videmus, cui Dominus^c perhibet^d testimonium. Qui^e enim divina testimonia non secuntur, pondus humani testimonii perdiderunt. Item:^f Molestus est medicus furenti frenetico et pater indisciplinato filio, ille ligando, ille cedendo, sed ambo diligendo. Si autem illos^g neglegant et perire permittant, ista potius falsa mansuetudo est crudelis. Item^h: Quapropter si potestateⁱ, quam propter religionem ac fidem^j tempore, quo debuit, divino munere accepit æcclesia, hii, qui inveniuntur in viis et sepibus, id est in heresibus et scismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quo coguntur, attendant. Convivium Domini est^k unitas^k corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. In^l eodem: Theodosius imperator legem generaliter in omnes hereticos promulgavit, ut quisquis eorum^m episcopus vel clericusⁿ ubilibet esse^o inventus, decem^p libris^q auri mulctaretur. Item^r: Si duo aliqui in una^s domo^s simul habitarent, quam certissime sciremus ruituram nobisque id nobis prenuntiantibus nollent credere atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam predemonstravimus, ut redire ulterius sub eius periculum non auderent^t, puto, nisi faceremus, non inmerito crudeles iudicaremur. Porro si unus illorum nobis diceret: "Quando intraveritis^u eruere nos, memetipsum^v continuo trucidabo^w", alter autem nec exire quidem inde^x nec^x erui vellet, sed neque necare se^y auderet, quid elegerimus^z, utrum ambos ruine opprimendos relinquere an uno saltem per nostra^a opera^a liberato, alterum^b non nostra^c culpa, sed sua potius interire? Nemo est^d tam infelix, quod^e non quid fieri in talibus rebus oporteat, facillime iudicet^f. Item^g post pauca: Quod si plurimi essent in domo ruitura et inde saltim unus liberari posset, atque id cum facere conareturⁱ, alii semetipsos precipitio necarent, dolerem^j de^k ceteris, verum^l de unius saltem salute consolaremur^m, nonⁿ, tamen ne seipsos^o alii perderent, perire universos nullo liberato permetteremusⁿ. Quid igitur de opere misericordie, quod pro vita æterna^p adipiscenda et pena æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum est, si pro^q salute ista temporalis^r non^r solum^r, sed etiam brevi ad ipsum tempus exiguum liberanda, sic nos subvenire hominibus ratio vera et benigna compellit? Item: Si, inquit Donatiste, oportet, ut nos extra æcclesiam et^s adversus æcclesiam fuisse peniteat, ut salvi esse possimus, quomodo post istam penitentiam apud vos clerici vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pauci ipsa compensatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant et multo maxime humiliter doleant, qui in tantæ^t morte precisionis iacent, ut isto quodam vulnere matris catholicæ reviviscant. Cum enim precisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi, ut vivat, qui sine vita radicis peribat^u. Sed cum receptus recipienti^v quo^w aluerit^w, et vigor consequitur et fructus. Si autem non^x coaluerit^x, ille quidem arescit^y, sed vita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo^z preciso^a ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur, non tamen nullo, sed vel levissimo^b vulnere arboris. Ita ergo et isti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis post, quamvis horroris sui peniteat, honor clericatus aut episcopatus aufertur. Siquidem fit aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem severitatis, verumtamen quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fuis coalescente suorum pace ramorum caritas cooperuit multitudinem peccatorum. Et paulo post: Verum in huiusmodi causis, ubi^c graves discensionum^d scissuras^e non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus^f malis^f sanandis sincera caritas subveniat. Habebant ergo de preterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacii timore, amarum dolorem, et veniat^g ad ecclesiam Christi veram, id est catholicam^h matrem^h. Sunt in illa clerici, sunt episcopi utiliter, qui contra eam fueruntⁱ ostiliter. Non invidemus, immo amplectimur, ortamur, optamus, et quos in viis aut in sepibus invenimus, intrare cogimus et sic nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos querimus.

a) dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.

b) non nos M.

- c) deus *CR*.
- d) prebet *C*.
- e) Quos *M*.
- f) *Absatz L*.
- g) illo *L*.
- h) *Absatz L*.
- i) potestatem *C*.
- j) *folgt* regum *CR*.
- k) unitas est *CR*.
- l) *Absatz L*.
- m) *fehlt C*.
- n) *folgt* talis *C*.
- o) esset *CR*.
- p) deesse *L*.
- q) libras *LC*.
- r) *Absatz L*.
- s) domo una *C*.
- t) audirent *L*; *korr. aus* audirent *C*.
- u) intra veritatis *L*.
- v) metipsum *L*; *me- korr. C*; *me ipsum R*.
- w) trucidabo *M*.
- x) nec inde *M*.
- y) *fehlt M*.
- z) eligeremus *C*; *elegeremus R*.
- a') nostram operam *CR*.
- b') altero *M*.
- c') vestra *L*.
- d') *fehlt C*.
- e') qui *CR*.
- f') videlicet *L*.
- g') *Absatz L*.
- h') unius *L*.
- i') conarer *L*; conarem *C*; conaremur *R*.
- j') dolorem *LCR*.
- k') *fehlt L*.
- l') nostrum *C*; *v̄m R*.
- m') consolamur *L*.
- n')-n') non - *permitteremus fehlt C*.
- o') *korr. in sese ipsos L*.
- p') *fehlt L*.
- q') *fehlt C*.
- r') non solum temporali *CR*.
- s') *fehlt C*.
- t') tanti *L*; tanta *CR*.
- u') perhibat *M*.
- v') *korr. aus* receptnti *M*.
- w') coaluerit *LR*; caluerit *C*.
- x') incaluerit *C*.
- y') arescet *LCR*.
- z') in illo *C*.
- a'') preciosus *C*.
- b'') levissimos *L*.
- c'') *folgt* per *CR*.

- d") *discessionum L.*
- e") *scissura M.*
- f") *malis maioribus C.*
- g") *veniant LCR.*
- h") *matrem catholicam C.*
- i") *fehlt C.*

17.^a Augustinus Festo.

Quid faciet^b ecclesię medicina^c salutem omnium materna caritate conquirens, tanquam inter freneticos et letharicos^d estuans? Numquid contempnere, numquid^e desistere vel debet vel potest? Utrisque sit necesse est molesta, quę neutris est inimica. Nam et frenetici nolunt ligari et letharici^f nolunt excitari. Sed perseverat diligentia caritatis freneticum ligare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur, ambo molestati, quamdiu egrī^g sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur. In eodem: Catholici esse non incipiunt, nisi heretici esse destiterint. Neque enim sacramenta eorum inimica nobis sunt, quę in illis sunt^h nobis^h communia, quia non humana sunt, sed divina. Propriusⁱ horror eorum auferendus est, quem male imbiberunt, non sacramenta, quę similiter acceperunt. Quem^j ad penam suam portant et habent, quanto indignius^k habent, sed tamen habent.

a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*

b) *facit L.*

c) *medicinam ML.*

d) *lethargicos CR.*

e) *aut M.*

f) *lethargici CR.*

g) *egeri R.*

h) *nobis sunt C.*

i) *Prius M.*

j) *Que CR.*

k) *indignus L.*

18.^a Augustinus Emerito.

Illud attendat vigilantia mentis tuę neminem contaminari^b posse ignotum ignotis^c criminibus. Unde manifestum est a communione orbis, cui seu falsa seu vera crimina, quę fratribus prorsus intenditis, prorsus ignota sunt et ignota semper fuerunt^d, sacrilego scismate esse vos separatos, quamquam et^e illud et^f non est tacendum etiam conditos^g malos bonis non obesse in ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas^h desit aut aliqua ratio conservandę pacis impediat.

a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt.*

b) *conmitari R.*

c) *ignotisque L.*

d) *fehlt (Seitenwechsel) M.*

e) *fehlt CR.*

f) *etiam CR.*

g) *cognitos C.*

h) *potestates L.*

19. Sacratissimo ac beatissimo archiepiscopo almę urbis Romę et^a patriarchę Ormisdę Iustinianus imperator.

Scias effectum nobis, pater religiosissime, quod diu summis studiis patet strictum, et antequam advenerint, qui^b a^b nobis destinati sunt, quod Iohannes vir beatissimus antistes novę^c Romę^c nostrę una cum clero vobis^d consentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis. Scias libellum ab eo scriptum, quem offerendum iudicaveras. Negatum est ab eis memoriam in posterum fieri Achacii prevaricatoris quondam huius urbis episcopi necnon et^e aliorum sacerdotum, qui vel primi contra statuta venerunt apostoli vel successores horroris facti sunt et nulla usque ad ultimum diem sunt penitentia correcti^f.

a) *fehlt M.*

b) q(uia) *R.*

c) nonerone *C.*

d) nobis *C.*

e) *fehlt C.*

f) *folgt Kap. VII 5,32 (es fehlt VII 5,20) K.*

20.^a Ambrosius.

`Accepisti pecuniam et possidebis ex ea agros et vineas et oliveta et greges, et lepra Naaman^b applicabit se in te et semini tuo usque in eternum.' Vides quia facto auctoris successio damnatur heredis. Inexpiabilis est enim venditi culpa misterii et gratiæ vindicta celestis transiit ad posteros. Denique `Moabitę et ceteri non intrabunt in ecclesiam Dei usque in tertiam et quartam generationem', tam diu videlicet, ut simplicius^c interpretemur^d, donec culpa^e auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi, qui in Deum ydolatrię errore deliquerunt, in quartam generationem videantur esse mulctati, profecto durior videtur esse sententia, qua Iezi^f semen usque in eternum pro cupiditate habendi prophetica auctoritate damnatur, presertim cum dominus noster Iesus Christus per lavacri regenerationem omnibus^g remissionem^g dederit peccatorum, nisi ut vitiorum magis quam generis semen intelligas. Sicut enim qui filii promissionum sunt, existimantur in semen^h bonum^h, ita etiam qui filii horrorisⁱ sunt, estimantur in semen malum. Nam et Iudei ex patre^j diabolo, non utique carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes avari Giezi lepram cum divitiis suis possident et male^k quesita mercede non tam patrimonium facultatum quam thesaurum criminum congregarunt^l eterno supplicio et brevi fructu.

a) *dieses Kap. fehlt K, dafür L benutzt (K an dieser Stelle statt dessen VII 5,32, s. auch dort).*

b) *neeman M.*

c) *suppliciiis C.*

d) *deputemur C.*

e) *culpam CR.*

f) *ieci L; giezi CR.*

g) *nachgetragen L; fehlt R.*

h) *bonum senem M.*

i) *errorum M.*

j) *parte R.*

k) *mala C.*

l) *congregaverunt C.*

21. Augustinus.

Quamvis res queque terrena non recte a quoquam possideri possit nisi vel^a iure divino, quo cuncta iustorum sunt, vel iure humano^b, quod in potestate est regum terre, ideoque res vestras falso amplectitis, quas nec iuste possidetis, et secundum leges regum terre amittere iussi estis. Frustraque dicatis: 'Non^c eis congregandis laboravimus', cum scriptum legatis: 'Labores impiorum iusti edent'. Sed tamen quisquis ex occasione legis huius, quam reges terre Christo servientes ad emendandam vestram impietatem promulgaverunt, res proprias vestras cupide appetat, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperum vel basilicas congregantium, quas sub nomine ecclesie tenebatis, que omnino non debentur nisi ei ecclesie, que vera Christi ecclesia^d est, non per iustitiam, sed per^e avaritiam tenet, displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagitio vel facinore proiectum a vobis ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo a nobis separamini^f, sine crimine apud vos vixerint, displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, et si monstretis, nonnullos toleramus, quos corrigere vel punire non possumus, neque^g propter paleam relinquimus aream Domini et^h nec propter piscesⁱ malos rumpimus retia Domini^j nec propter edos in fine segregandos deserimus gregem Domini nec propter vasa facta^k in contumeliam migramus de domo Domini.

- a) idem *M*.
- b) Romano *M*.
- c) *korr. in nos M*.
- d) ecclesia Christi *M*.
- e) *fehlt K*.
- f) separantur *C*.
- g) nec *C*.
- h) *fehlt CR*.
- i) *fehlt M*.
- j) *folgt et M*.
- k) *fehlt C*.

22. Idem.

Dixit apostolus: 'Hereticum hominem post primam et secundam correctionem devita, quia subversus est huiusmodi et peccat in semetipso damnatus.' Sed qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt, presertim qui^a non audacia suæ^b presumptionis pepererunt^c, sed a seductis atque in errorem lapsis^d parentibus acceperunt, quæ^e autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint^f, nequaquam sunt inter hereticos deputandi.

a) quam *C*; quia *R*.

b) sua *KR*.

c) pereunt *M*.

d) *fehlt CR*.

e) *q̄r M*; *quēr CR*.

f) venerint *C*.

23. Idem.

Qui in ecclesia Christi morbidum^a aliquid pravumque^b sapiunt, si correcti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, heretici fiunt.

a) morbidi *M*.

b) pravi utique *M*; parvumque *R*.

24. Idem.

Hereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime glorię principatusque sui gratia, falsas ac novas^a opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus^b credit^c, imaginatione quadam veritatis^d illusus^e.

- a) nonas *R*.
- b) omnibus *K*.
- c) *folgt* homo hic est *C*.
- d) *folgt* ac pietatis *CR*.
- e) *folgt* est *K*.

25. Idem in eodem.

Vos mutari volumus^a a perversitate, id est ut denuo radicetur vestra precisio. Nam sacramenta, quę non mutastis, sicut habetis, approbantur a nobis, ne forte, cum vestram pravitatem corrigere volumus^b, illis misteriis Christi quę in vestra pravitate depravata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque enim Saul depravaverat^c unctionem, quam acceperat, cui unctioni tantum onorem rex David pius Dei servus exhibuit. Propterea ergo vos non rebaptizamus, quia radicem vobis^d reddere cupimus, formam tamen precisi sacramenti, si non mutata est, approbamus, quę tamen quamvis integra, nullo modo est sine radice fructuosa.

- a) nolumus *CR*.
- b) nolumus *R*.
- c) depraveverat *C*.
- d) nobis *CR*.

26. Augustinus Vincentio.

Donatiste nimium sunt inquieti, quos per ordinatas a Deo potestates cohiberi atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. Et post pauca: Si enim quisquam inimicum suum periculosus^a febribus freneticum^b factum currere videret in preceps, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum^c sic ire permetteret, quam si corripiendum^d curandumque ligaret? Et^e tamen ei tunc molestissimus et adversissimus videretur, quando utilissimus et misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto minus sibi pepercisse sensisset. Et post pauca: A^f quibusdam ista non prosunt. Numquid^g ideo negligenda est medicina, quia non^h nullorum est insanabilis pestilentia? Item post aliqua: Non omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici quam oscula inimici. Melius est cumⁱ severitateⁱ diligere quam cum lenitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur, si^j de cibo securus iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur, ut iniustitie seductus adquiescat. Item post pauca: Putas neminem debere ad^k iustitiam^k cogi^l, cum legas patrem familias dixisse servis: "Quosque inveneritis, cogite intrare", cum legas etiam ipsum primo Saulum postea Paulum ad veritatem cognoscendam et tenendam magna violentia Christi cogentis esse compulsus? Item post pauca: Et noveritis furem aliquando avertendis peccoribus pabulum spargere et aliquando pastorem flagello errantia pecora revocare. Item: Si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis libris: 'Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequerbar.' Aliquando ergo et qui eam patitur, iniustus est, et qui eam facit, iustus est. Sed plane sepe et mali persecuti sunt bonos et boni malos, illi nocendo per iustitiam, illi consulendo per disciplinam. Illi inmaniter, illi temperanter. Illi servientes cupiditati^m, illi caritatiⁿ. Nam qui trucidat, non considerat, quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. Occiderunt impii prophetas, occiderunt impios et propheta. Flagellaverunt Iudei Christum, Iudeum^o flagellavit et Christus. Traditi sunt apostoli ab hominibus humane potestati, tradiderunt apostoli homines potestati sathane. In his omnibus quid^p attenditur, nisi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi? Et paulo post: Constantinus imperator constituit, ut vires convictorum et unitate pervicaciter^q resistentium^r fisco vendicarent^s. Et post pauca: Certe nullius crimen maculat, nescientem. Item: Facta nocentium que in nocentibus demonstrari vel ab nocentibus credi non possunt, non inquinant quemquam, sed propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni sunt deserendi, sed propter bonos mali tolerandi, sicut toleraverunt propheta, contra quos tanta dicebant nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant.

- a) periculose *M*.
- b) *korr. aus* feneticum *M*.
- c) *davor getilgt nochmals* eum *M*.
- d) corrigendum *M*.
- e) Quod *R*.
- f) At *CR*.
- g) Numquam *C*.
- h) *fehlt* *M*.
- i) veritatem *M*.
- j) sed *C*.
- k) de iusticia *C*.
- l) *fehlt* *MK*.
- m) cupiditate *M*.
- n) caritate *M*.
- o) iudeos *CR*.
- p) qui *K*; quis *C*.
- q) pertinaciter *C*.
- r) resistendum *M*.

s) vendicarentur C.

27. Idem Donato presbitero.

Displicet tibi, quod traheris ad salutem, cum tamen multos nostros ad perniciem traxeris. Quid enim volumus nisi te comprehendi et presentari^a et servari, ne pereas? Quod^b autem in corpore lesus es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto^c uti noluisti et te ad terram graviter collisisti. Nam utique alius, qui adductus est tecum collega tuus illesus venit, quia talia ipse sibi non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, qui^d neminem existimas cogendum ad bonum. Attende quid dixerit apostolus: 'Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.' Et tamen tam multi, ut episcopatum suscipiant, tenentur inviti: producuntur, includuntur, patiuntur tanta, quæ nolunt, donec eis adsit^e voluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis vos ab errore pernicioso, in^f quo vobis inimici estis, trahendi^g estis^g et perducendi ad^h veritatem vel cognoscendam vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam neⁱ pessimeⁱ pereatis. Dicis Dominum dedisse liberum arbitrium, ideo non debere^j hominem cogi^k ad bonum^l. Attende ergo et considera, quod non ideo voluntas bona misericorditer impenditur^m, ut mala voluntas hominis diligitⁿ. Nam quis nesciat^o nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis, nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo, qui diliguntur, malæ suæ voluntati impune et crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, et a^p malo^p prohibendi et ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare Israelitæ recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur et ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala suæ permittenda est libertati, quare^q Paulus non est permissus uti pessima voluntate, quia persequabatur ecclesiam, sed prostratus est, ut cecaretur, et cecatus est, ut mutaretur, mutatus est, ut mitteretur, missus est^r, ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati^q, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus ac domitus^s dirigatur? Unde idem dicit: 'Tu percutis eum virga, animam autem eius liberat a morte.' Si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati, quare corripuntur negligentes pastores et dicitur eis: 'Herrantem non revocastis, perditum non inquisistis?' Et vos oves Christi estis, caracterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis, sed^t herratis et peritis: non ideo vobis displiceamus, quia revocamus herrantes^u et querimus herrantes perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis, ut vos ad eius ovile redire cogamus, quam consentiamus voluntati^v herrantium^v, ut perire vos permittamus. Noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dixisse: Sic volo herrare, sic volo perire. Melius hoc omnino non permittimus, quantum possumus. Modo quod te in puteum, quo moreris^w, misisti, utique libera voluntate fecisti, sed quam crudeles essent servi Dei, si huic malæ voluntati tuæ te permitterent et non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet? Quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam^x misisti, ut morereris^y. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam, illi contra voluntatem tuam, sed contra mortem tuam^z. Si ergo salus corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, servetur, quanto magis illa spiritualis, in cuius desertione mors eterna^a metuitur? Quamquam et iniusta^b morte, quam tibi tu ipse voluisti inferre, non solum ad tempus, sed etiam in eternum morereris^c, quia etsi non ad salutem, non ad ecclesie pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et individuam caritatem, sed ad mala aliqua, nec sic^d tibi^e mortem inferre debuisti. Considera scripturas^f divinas^f et discute, quantum potes, et vide, utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis tanta mala perpessi sunt, qui eos ad^g interitum, non ad vitam, quo^h compelleris, adigebant. Et post pauca: Repetis, quod audio, quod in evangelio scriptum est, recessisse a Domino LXX discipulos et arbitrio suæ malæ atque impiæ defensionisⁱ fuisse permissos, ceterisque duodecim, qui remanserant^j, fuisse responsum: Numquid et vos vultis ire? Et non attenditis^k, quia^l tunc primum ecclesia novello germine pullulabat nondumque^m completa fuerat illa prophetia: 'Et adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei.' Quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur ecclesia potestate, undeⁿ non solum non invitat, sed etiam cogat^o ad bonum. Hoc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam^p potestatem^q, prius tamen elegit humilitatem^r. Hoc et in illa

convivii^s similitudine^s satis evidenter ostendit, ubi^t misit ad invitatos, et venire noluerunt, et ait servo^u: 'Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles, cecos et claudos introduc huc. Et ait servus^v domino^v: Factum est, ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo: Exi in vias et sepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea.' Vide nunc, quemadmodum de his, qui primi venerant, dictum est: 'Introduc^w eos. Nam sicut dictum est: 'Compelle', ita significata^x sunt ecclesie primordia adhuc crescentis, ut essent vires^y et^z compellendi.

- a) representari *K*.
- b) Quid *M*.
- c) amoto *M*.
- d) quia *M*.
- e) assit *M*.
- f) *fehlt M*.
- g) *fehlt C*.
- h) *folgt nochmals ad (Seitenwechsel) C*.
- i) nequissime *M*.
- j) deberi *MK*.
- k) *folgt nec CR*.
- l) *folgt* Quare ergo illi, de quibus supra diximus, coguntur ad bonum? *KCR*.
- m) impeditur *C*.
- n) diligatur *CR*.
- o) nescit *CR*.
- p) ad malum *M*.
- q)-q) quare - libertati *fehlt C*.
- r) *fehlt R*.
- s) divinitus *C*.
- t) si *M*.
- u) *fehlt C*.
- v) voluntantium *K*.
- w) morereris *KR*; *korr. in morereris C*.
- x) aqua *C*.
- y) *folgt* illi te nolentem levaverunt de aqua, ne morereris *KCR*.
- z) *fehlt CR*.
- a') *fehlt K*.
- b') iniuste *K*.
- c') moreris *K*.
- d') *fehlt C*.
- e') *folgt* ipse *KCR*.
- f) divinas scripturas *C*.
- g') *folgt* eternum (ę- *R*) *CR*.
- h') *fehlt M*.
- i') dissessionis (*disses- auf Rasur*) *C*.
- j') remanserunt *C*.
- k') attendit *M*.
- l') qua *M*.
- m') necdum *C*.
- n') *fehlt CR*.
- o') *korr. in cogit C*.
- p') magna *C*.
- q') *fehlt C*.
- r') humilia *C*.
- s') consimilitudine *CR*.
- t') cum *C*.

- u') sermo *KR*; *korr. aus sermo (?) C.*
- v') domino servus *M.*
- w') huc *CR.*
- x') segregata *M.*
- y') *fehlt C.*
- z') etiam *KR.*

28. Augustinus contra Manicheos.

Ille horror pectore et ventre repit^a et terram manducat. Non decipit^b nisi aut superbos, qui sibi arrogant, quod non sunt, aut desideriiis carnalibus implicitos, qui libenter audiunt, quicquid lascive faciunt, aut curiosos, qui terrena sapiunt et spiritualia terreno oculo inquirunt.

a) serpit *CR*.

b) decipit *C*.

29. Idem^a in eodem^b.

Cepit Hermigildus rex iuvenis terrenum regnum despiciens et forti desiderio cęleste querens in ciliciis^c iacere vinculatus^d et omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despiciere, quanto et religatus agnoverat nil fuisse, quod poterat^e auferri. Supervenientis^f autem pascalis festivitatis die intempestę noctis silentio ad eum perfidus^g pater Arrianum episcopum misit, ut ex^h eius manu sacrilegę consecrationis communionem perciperet atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobravit, ut debuit, eiusque aⁱ se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia et^j exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso^k episcopo^k Arrianus^l pater infremuit statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent.

- a) Gregorius C.
- b) dialogo (-o korr.) C.
- c) conciliis M.
- d) immaculatus C.
- e) potuit CR.
- f) Superveniente M; Supervenienti C.
- g) perfidum K.
- h) fehlt CR; über der Zeile nachgetragen de C.
- i) korr. aus ad M.
- j) folgt si K.
- k) episcopo reverso CR.
- l) arriano M; korr. in arriano C.

30. Augustinus in^a super Iohannem^b.

Ecce sunt villę: quo iure defendis villas, divino an humano? Respondeas: divinum ius in scripturis^c, humanum ius in legibus regum. Unde quisque possidet, quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure divino 'Domini est terra et plenitudo eius.' Pauperes et divites de^d una^e humo^e fecit Deus, et pauperes et divites^d una terra subportat. Iure tamen humano dicit^f: hec villa mea est, hec domus mea est^g, hic servus meus est^h. Iure ergo humano, iure imperatorum. Quare? Quia ipsa iuraⁱ humana per imperatores et leges^j seculi Deus distribuit generi humano. Vultis, ut legamus leges imperatorum et secundum ipsas^k agamus de villis? Si iure humano vultis possidere^l, recitemus leges imperatorum, videamus, si voluerint^m ab hereticis possideri. Sed quid mihi et imperatori? Secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iuraⁿ imperatorum^o, et quis audet dicere: mea est villa^p, meus est^q iste servus aut domus^r hec mea est?^r Si autem, ut teneantur ista^s ab hominibus, iura acceperunt^t regum, vultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel unum horum^u habebitis^v et non imputetis, nisi mansuetudinem^w columbe, quia vel ubi^x vobis permittitur permanere. Leguntur enim leges manifeste, ubi perceperunt^y eos imperatores, qui preter ecclesię catholicę^z communionem usurpant sibi nomen Christianum nec volunt^a in pace colere pacis auctorem, nichil nomine ecclesię audeant possidere. Sed quid vobis et imperatori? Sed iam dixi: de iure humano agitur, et tamen apostolus voluit honorari^b reges et dixit: 'Reges reveremini.' Noli dicere: quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum^c possidentur possessiones. Dixisti: quid mihi et regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad^d ipsa iura humana renuntiasti, quibus possidentur possessiones. Sed de iure divino ago^e ego^e. Ergo evangelium recitemus. Videamus, usque^f quo^f ecclesia catholica Christi est, super quam^g venit columba, quę docuit, hic est, qui baptizat. Quomodo^h ergo iure divino possideat, qui dicit: Ego baptizo, cum dicat: Columba hic est, qui baptizat^h? Cum dicat scriptura: una est columba mea, una est matris suę, quare laniatis columbam? Immo laniastis viscera vestra, nam nobisⁱ laniastis^j, columba integra perseverat. Ergo, fratres mei, si ubique non habent^k, quod dicant, ego dicam, quid faciant: veniant ad catholicam fidem et nobiscum habebunt non solum terram, sed etiam^l illum, qui fecit^m celum et terram.

- a) *fehlt M.*
- b) *ferner Rubrik Sermone VI R.*
- c) *folgt habemus CR.*
- d)-d) *fehlt CR.*
- e) *limo una M.*
- f) *dicis M.*
- g) *fehlt K.*
- h) *fehlt K.*
- i) *vita C.*
- j) *reges M.*
- k) *illas M.*
- l) *folgt vultis M.*
- m) *folgt aliquid C.*
- n) *ius CR.*
- o) *imperatorium C.*
- p) *villa illa C; illa villa R.*
- q) *fehlt M.*
- r)-r) *hec domus mea M.*
- s) *fehlt M.*
- t) *acceperunt M.*
- u) *ortum CR.*
- v) *habetis CR.*
- w) *mansuetudini CR.*
- x) *ibi CR.*

- y) *scheint korr. in preceperunt C; preceperunt R.*
- z) *fehlt M.*
- a) *nolunt K.*
- b) *honorare K.*
- c) *legum M; ergo C.*
- d) *et M.*
- e) *ego ago KCR.*
- f) *quousque CR.*
- g) *quem CR.*
- h')-h') *Quomodo - baptizat fehlt MK.*
- i') *vobis R.*
- j') *korr. in laniatis C; laniatis R.*
- k') *habeant C.*
- l') *fehlt M.*
- m') *facit C.*

31. Augustinus in^a super Iohannem. In^b sermone^b XI.^b

Quando vult Deus concitare^c potestates adversus hereticos^d, adversus^d scismaticos^d, adversus dissipatores ecclesie adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Christi^e baptismi^e? Non mirentur, quia Deus concitat^f, ut a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar, ponat cervicem, que cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei angelus et dixit: 'Quid est tibi Agar ancilla Sare?' Cum^g questa esset de domina, quid^h audivit ab angelo? 'Revertere ad dominam tuam.' Ad hoc ergo affligitur, ut revertatur. Atque utinam revertatur, quia proles eius sicutⁱ Iacob cum fratribus hereditatem tenebit. Mirantur autem, quia commoventur potestates christianę contra dissipatores detestandos ecclesie. Si non moverentur, quomodo redderent^j de^k imperio suo Deo? Intendat caritas vestra, quid dicam, quia hoc pertinet ad reges seculi christianos, ut temporibus suis pacatam vellent^l matrem suam ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. Et paulo post: Nabuchodonosor rex decrevit dicens: 'quicumque dixerint^m blasphemiam in Deum Sidrac, Misac et Abdenago, in interituⁿ erunt et domus eorum in dispersione^o.' Ecce quomodo rex alienigena sevit, ne blasphemaretur^p Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare, et nolunt^q, ut sevant reges christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non^r tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a geennarum igne liberantur^s. Et infra: Quomodo^t isti reges non moveantur, qui non tres pueros^u attendunt liberatos de flamma, sed se ipsos de flamma geenne, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exsufflari in christianis, quando audiunt dici christiano: Dic te non esse christianum. Talia facere volunt, et saltem talia pati nolunt. Nam^v videte, qualia faciunt et qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt et temporales se perpeti conqueruntur.

- a) *fehlt M.*
- b) *fehlt C.*
- c) *vocare M.*
- d) *scismaticos et hereticos CR.*
- e) *baptismi christi C; baptismi R.*
- f) *vocitat M; ocitat K.*
- g) *Que cum CR.*
- h) *korr. aus quod C.*
- i) *folgt fili in C; folgt filium R.*
- j) *folgt rationem CR.*
- k) *fehlt R.*
- l) *velint CR.*
- m) *dixerit K.*
- n) *interitum CR.*
- o) *dispersionem CR.*
- p) *blasphemetur CR.*
- q) *noluit C.*
- r) *folgt tantum CR.*
- s) *liberatur CR.*
- t) *folgt ergo KCR.*
- u) *folgt tantum CR.*
- v) *Iam M.*

32.^a Felix^b papa ad episcopos per Siciliam constitutos^c.

Ut ergo ab ecclesie summatibus inchoemus, eos, quos episcopos, presbiteros^d, diaconos fuisse^e constiterit, et seu obstantes^f forsitan seu coacti^g lavacri^h illius unici salutarisque claruerit fecisse iacturam et Christum^h, quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratia perceptiⁱ honoris^j induerunt, exuisse, cum constet neminem ad secundam unctionem^k venire potuisse, nisi se^l palam^l christianum negaverit et professus fuerit esse paganum. Quod cum generaliter sit in omnibus execrandum, multo magis in episcopis et diaconibus auditu saltem dictuque probatur horrendum. Sed quia idem Dominus atque salvator clementissimus est et neminem vult perire, usque ad exitus sui diem cum penitentia, si resipiscant, iacere conveniet^m nec orationi non modo fidelium sed nec catechuminum interesse, quibus communioⁿ laicaⁿ in^o morte^o redibenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debet^p.

a) dieses Kap. anstelle von VII 5,20 (= K₁) und hier (= K₂) K.

b) davor Rubrik De presbiteris et diaconis (diaconibus K₂), qui in lapsu hereticorum sese baptismo dederunt K₂R; ganze Inskr. fehlt C.

c) constituto R.

d) folgt vel K₂CR.

e) suis se K₂.

f) optantes C; obtantes R.

g) coactos CR.

h)-h) lavacri - Christum fehlt MK_{1,2}.

i) korr. aus precepti M.

j) fehlt M.

k) unctionem CR.

l) palam se M.

m) convenit M.

n) continuo laica communio C.

o) fehlt M.

p) folgt Kap. VII 6,1 K₁.

33. Idem^a.

Illo^b per omnia custodito^c, ne is umquam, qui in qualibet etate alibi quam in ecclesia catholica aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam^d militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in catholicorum numero^e sunt^e recepti, quoniam de suo ordine et communionem videbitur ferre iudicium, quisquis hoc voluerit antistitum vel qui^f non^g removerit eum, quem ex his^h ad ministerium clericale obrepssisseⁱ cognoverit.

a) *am Rand Titel VII 6 C.*

b) *Illa C.*

c) *custodite C.*

d) *ęcclesię C.*

e) *sunt numero K.*

f) *quando CR.*

g) *fehlt R.*

h) *eis C.*

i) *korr. in obrepssisse C.*

34. Ex^a epistola Paschasii pape I. ad archiepiscopum Mediolanensem.

Fraternę mortis crimen incurrit, quisquis, cum potest, fratrem a morte minime defendit. Nos quoque, qui excellentię vestrę summum^b discrimen^b audivimus, summi reatus penam incurrimus, si tacemus, Domino per prophetam terribiliter testante, quod^c profecto sanguinem fundit, qui impiorum iniquitatem tacendo dissimulat. Audivimus enim, quod valde miramur, quia sacri apud vos ordines pecuniis distrahuntur, dum quicumque tale aliquid attemptaverint^d, omnino heretici comprobentur, sancto spiritu per Gregorium intonante, quia quisquis pecunia^e ordinatur, ad hoc ut fiat hereticus promovetur. Et ut nostrę^f huius paginule non presumptionis, sed timoris causam^g fuisse monstremus, beatus idem prosequitur: 'Quisquis contra simoniacam et neophitorum heresim pro officii sui loco vehementer non^h arseritⁱ, cum eo se non dubitet habiturum^j portionem, qui prius commisit hoc piaculare^k flagitium^l, quibus in verbis cum heretica et simoniaca et neophitorum heresis^l exprimatur^l, quod eterna morte dignissimum crimen sit, apertissime declaratur, protestante per Augustinum^m divino oraculo ac dicente: 'Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hereticum vel scismaticum quamvis multas helemosinas faciat vel etiam pro Christo sanguinemⁿ fundat, cum diabolo et angelis eius eterni ignis incendio mancipandum, nisi ante finem huius vite catholicę fuerit incorporatus et redintegratus ecclesię.' Hinc est, quod Dominus vendentes^o et ementes de templo eiecit, Dathan et Abiron ambientes^p terra deglutivit, Symonemque temptantem Petrus dampnavit omnesque symoniacos ecclesiasticis iaculis Petrus^q perpetuo anathemate condempnavit. Et turpe nimium est, ut in plenissimum iam vigorem confirmata ecclesia tam ferali inimico^r succumbat, de quo in primordio suę infantię tanta triumphat^s virtute^s. Si quis autem obiecerit non consecrationes, sed res ipsas, quę ex consecratione proveniunt, vendi, videtur quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum corporalis ecclesię aut episcopus vel abbas aut tale aliquid^t sine corporalibus^u rebus^u et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum habere non provenit, neutrum non^v vendit^w, non dereliquit. Quam tamen obiectionem sacer penitus canon exterminat^x, cum procuratorem vel defensorem ecclesię vel regule subiectum a Deo per pecunias ordinari prohibent^y, ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat, et cetera.

- a) ganze Inskr. fehlt MLC.
- b) sum mundus (mundis K) crimen MKL.
- c) qui R.
- d) temptaverint CR.
- e) per peccuniam C.
- f) vestrę M.
- g) causa K.
- h) ex M.
- i) asserit L.
- j) habere ML.
- k) piare M.
- l) exprimatur heresis C.
- m) agum (korr.) C; augū R.
- n) hier bricht K ab, dafür L benutzt.
- o) vedentes M.
- p) abientes M.
- q) ausgestrichen C.
- r) inimicos L.
- s) virtute triumphat CR.
- t) aliquis C.
- u) rebus corporalibus CR.
- v) fehlt CR.

- w) venditum *CR.*
- x) extminat *R.*
- y) prohibens *CR.*

VI.^a Sacramentum a scismate^b redeuntium.

1. Gregorius^c in epistola VII. lib. XII.

Quotiens cordis oculus nube erroris obductus superne^d illustrationis lumine fit serenus, magna^e cautela nitendum^f est, ne latenter auctor scismatis irruat et ab humanitatis^g radice eos, qui ad eam reversi fuerint, telo iterum horroris abscidat. Et ideo postquam ego civitatis illius episcopus comperto divisionis laqueo, quo tenebar, divina^h mecum deliberatione pertractans, prona et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicę divina gratia duce reversus sum, et ne nonⁱ pura mente, sed simulate^j reversus existimer, spondeo sub ordinis mei casu et anathematis obligatione atque promitto tibi et per te sancto Petro apostolorum principi atque eius vicario beatissimo Gregorio^k vel successoribus ipsius me numquam quorumlibet suasionibus vel lquocumque alio modo ad scisma, de quo redemptoris nostri gratia liberante ereptus sum, reversurum, sed semper me in unitate sanctę ecclesię catholicę et communione Romani pontificis per omnia permanere. Unde iuratus dico per Deum omnipotentem et hec sancta Dei quattuor evangelia, quę in meis^l manibus^l teneo, et salutem illius atque illius^m dominorum nostrorum rem publicam gubernantium me in unitate, sicut dixi, ecclesię, ad quam Deo propitio sum reversus, et communioneⁿ Romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quodsi, quod absit, ab hac me unitate aliqua excusatione vel argumento divisero, periurii^o reatum incurrens æternę penę obligatus inveniar et cum auctore scismatis habeam in futuro seculo portionem. Hanc autem confessionis promissionisque meę cartulam illi notario^p meo cum consensu presbiterorum et^q diaconorum atque clericorum, qui me hac in unitate obligantes se in suprascriptis omnibus prona similiter voluntate consecuti atque propriis manibus subscripturi sunt, scribenda^r dictavi et propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo die illa et consulibus suprascriptis^s. Et subscriptio episcopi: Ego^t ille episcopus^u civitatis^u illius^u huic confessioni promissionique meę prestito de conservandis suprascriptis omnibus sacramento subscripsi.

a) *Zahl fehlt M; ganze Titel fehlt K; dieser Titel bereits vor VII 5,33. C.*

b) *crismate C.*

c) *ganze Inskr. fehlt C; fehlt nur Gregorius R.*

d) *fr(ater)ne R.*

e) *fehlt M; omni C.*

f) *intendendum C.*

g) *unitatis CR.*

h) *diutina KCR.*

i) *fehlt CR.*

j) *simulata C.*

k) *.v. reġ C; Ggreg. (1. G- als Initiale, Zeilenanfang!) R.*

l) *manibus meis K.*

m) *illam M.*

n) *communione M.*

o) *per iniurii M.*

p) *notatorio R.*

q) *fehlt C.*

r) *scribendam KCR.*

s) *suprascriptum M.*

t) *fehlt C.*

u) *fehlt C.*

VII.^a Quod par culpa sit communicare heretico vel eius communicatori.

1. Gelasius^b.

Quos vero constiterit indignos meritis sacramentis esse pretio dignitatem, convictos^c oportet^d arceri, non sine periculo facinus tale patrantes, quia dantem pariter accipientemque damnatio sermonis^e, quam sacra lectio testatur, involvit^f.

a) *ganze Titel fehlt MK; ganze Titel erst vor VII 7,2. CR.*

b) *Pelagius M.*

c) *convinctos C.*

d) *oportet et R.*

e) *simonis C; symonis R.*

f) *folgt VII 5,21. K.*

2. Idem.

Nec^a pretendat quisquam, quod alicui^b forsitan evidentiori communicasse vel communicare videatur heretico. Quid enim iuvat^c, si illi non communicet^d et his^e tamen communione iungatur^f, qui^g ab illius non sunt communione divisi^h?

- a) Ne *L*.
- b) aliqui *L*.
- c) iuvant *C*.
- d) communicent *C*.
- e) *korr. aus* is *M*; is *L*.
- f) vincatur *L*.
- g) *korr. in* quod *C*.
- h) diversi *LCR*.

VIII.^a Quod per singulos deviantes non sunt renovanda^b concilia.

1. Gelasius episcopis orientis.

Maiores nostri divina inspiratione cernentes necessarie precaverunt, ut^c contra unamquamque heresim coacta semel synodus pro fide, communionem et veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent novis post hec retractationibus^d mutilari, ne pravis occasio preberetur, quę medicinaliter fuerant statuta, pulsandi, sed auctore cuiuslibet insanę ac pari errore damnato sufficere iudicavunt^e, ut quisque^f aliquando huius horroris^g communicator existeret, principali^h sententia eiusdemⁱ damnationis esset obstrictus^j, quoniam^k manifeste quilibet vel professione sua vel professione sua vel communionem possit cognosci. Et ut brevitatis causa priora taceamus, quę diligens inquisitor facile poterit investigare, Sabellium damnavit synodus nec fuit necesse, ut eius sectatores postea damnarentur per singulas viritim^l synodos, sed pro tenore^m constitutionis antiquę cunctosⁿ, qui vel pravitatis illius vel communionis extitere^o participes, universalis ecclesia duxit^p esse refutandos^q. Sic propter blasphemias Arrii forma fidei communionisque catholicę Niceno prolata^r conventu Arrianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive consensu seu communionem deciderit, sine retractatione^s concludit.

- a) ganze Titel fehlt MC; Zahl fehlt L.
- b) revocanda R.
- c) folgt quod C.
- d) retractationibus C.
- e) iudicaverunt M; iudicaverunt korr. in iudicarunt L.
- f) quisquis C.
- g) horroris M.
- h) korr. aus principalis M.
- i) fehlt C.
- j) astrictus C.
- k) ut C.
- l) auf Rasur iterum C.
- m) tinore M.
- n) runctos M.
- o) existere M.
- p) dixit ML.
- q) refuntandos M.
- r) prolata M.
- s) retractione C.

IX.^a De^b tolerandis malis vel fugiendis^b.

1. Augustinus in secundo libro contra Parmenianum.

Quisquis vel^c, quod^d potest, arguendo^e corrigit^f vel, quod corrigere non potest^e, salvo pacis^g vinculo excludit^h vel, quodⁱ salvo pacis vinculo^h excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus et ab isto maledicto, quo^j scriptura dicit: "Ve his, qui dicunt quod nequam est bonum, et quod bonum est nequam", omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. Quomodo, inquit, Parmenianus, incorruptus poteris^k permanere, qui corruptis^l sociaris^m?

a) VIII. *M*; *Zahl fehlt LCR*.

b)-b) *fehlt MC*.

c) *fehlt CR*.

d) *fehlt C*.

e)-e) *fehlt L*.

f) corrigere *C*.

g) facis *L*.

h)-h) *fehlt C*.

i) quo *L*.

j) quos *L*; quod *C*.

k) poterit (*korr. in ?*) *L*; poterit (*Endung korr.*) *C*.

l) corruptus *L*; *korr. aus corruptus C*.

m) sociatur *C*.

2. Augustinus.

Ita plane si sociatur, id est si mali aliquid cum eis committit aut committentibus favet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur^a. Porro si addat tertium, ut non sit^b in vindicando piger, sed vel corripiat iustus^c in^d misericordia^d et arguat vel etiam, si eam personam gerit et ratio^e conservandę pacis admittit^f et coram omnibus peccantes arguat^g, ut ceteri timeant, removeat etiam^h vel^h ab aliquo gradu honoris vel ab ipsa communione sacramentorum, et hec omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi faciat, plenissimum officium non solum castissime innocentię, sed etiam diligentissime severitatis implevit. Ubi autem cetera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum castumque custodiunt, ut nec faciat malum nec approbet factum.

- a) sciatur *L*.
- b) *fehlt L*.
- c) intus *M*.
- d) nimium *C*.
- e) ratione *korr. aus* rationem *C*.
- f) *korr. aus* amittit *M*; ammitti *L*.
- g) arguit *M*.
- h) vel etiam *C*.

3.

Cum vero quisquis^a fratrum, id est christianorum intus in ecclesie societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum scismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua apostolus precipit dicens^b: 'Ut non inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem.' Non enim ad eradicandum fit^c, sed ad corrigendum. Quodsi se non agnoverit neque penitendo correxerit, ipse foras exiet et per propriam^d voluntatem ab ecclesie communione dirimetur. Nam et ipse Dominus cum servis volentibus zizania^e colligere^e dixit^f: 'Sinite utraque crescere usque ad messem.' Premisit causam dicens^g: 'Ne forte, cum vultis colligere zizania, eradicetis simul et triticum.' Ubi satis ostenditur, cum metus^h iste non subest, sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet, id est quandoⁱ itaⁱ cuiusquam crimen notum est et omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus vel non tales habeant^j defensores, per quos possit scisma contingere, non dormiat severitas discipline, in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis quanto diligentior conservatio caritatis. Tunc autem hoc sine^k pacis et unitatis et sine lesione frumentorum fieri potest, cum congregationis ecclesie multitudo ab eo crimine, quod^l anathematizatur, aliena est. Tunc enim adiuvat prepositum potius corripientem^m quam criminosum resistentem. Tunc se ab eius communioneⁿ salubriter continet^o, ut nec cibum cum ea^p quisquam sumat, non rabie inimica, sed correctione fraterna. Tunc etiam ille et timore percutitur et pudore sanatur, cum ab universa ecclesia se anathematizatum^q videns sociam turbam, cum qua in delicto^r suo gaudeat et bonis insultet, non potest invenire. Ad hoc enim et ipse^s apostolus ait: 'Si quis frater nominatur.' In eo quippe, quod ait: Si quis, nichil aliud videtur significare voluisse nisi eum posse tali modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est inter eos, quos peccatorum similium pestilentia non corrumpit. In eo vero, quod ait: nominatur, hoc nimirum intelligi voluit parum esse, ut sit^t quisque talis, nisi etiam^u nominetur^v, id est famosus appareat, ut^w possit omnibus dignissima videri, que in eum fuerit^x anathematis^y prolata sententia. Ita enim et salva pace corrigitur^z et non interfectione^a percutitur, sed medicinaliter uritur. Propterea et de illo dixit, quem tali medicina sanari voluerat, 'satis huic correctio^b hec que^c multis.' Neque enim potest esse salubris correctio^d, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nichil aliud bonis restat quam dolor et gemitus. Et infra: Misericorditer^e corripiat homo, quod potest; quod autem non potest, patienter ferat et cum dilectione gemat aut lugeat, donec aut^f ille desuper emendet et corrigat, aut usque ad messem^g differat eradicare zizania et paleam ventilare, ut tamen securi^h de salute suaⁱ bonę spei christiani inter desparatos^j, quos corripere non valeant^k, in unitate versentur.

- a) quisque *CR*.
- b) dicit *M*.
- c) sit *CR*.
- d) propria *L*.
- e) colligere zizania *M*.
- f) dixerit *C*.
- g) *fehlt M*.
- h) motus *C*.
- i) *durch Umstellungszeichen korr. aus* ita quando *M*.
- j) habeat *CR*.
- k) *folgt* labe *CR*.
- l) quo *M*.
- m) corripiente *L*.
- n) coniunctione *LCR*.
- o) continens *M*.
- p) eo *CR*.
- q) anathematatum *M*.

- r) dilecto *L*; *korr. aus dilecto C.*
- s) *fehlt C.*
- t) *si C.*
- u) *fehlt M.*
- v) *nomine L.*
- w) *non C.*
- x) *fuerat C.*
- y) *fehlt M.*
- z) *corripitur C.*
- a') *interfectorie LR.*
- b') *correptio CR.*
- c') *folgt a M; folgt et C.*
- d') *correptio CR.*
- e') *Absatz CR.*
- f') *über der Zeile nachgetragen M.*
- g') *mensem L.*
- h') *fehlt M.*
- i') *sue C.*
- j') *desperatores C.*
- k') *valent CR.*

4. Augustinus^a Honorato episcopo.

Recolimus verba dicentis: 'Cum autem persequerentur vos in civitate ista, fugite^b in aliam.' Quis autem credat hoc ita Dominum fieri voluisse^c, ut necessario ministerio, sine quo vivere nequeunt, deserentur^d greges, quos suo sanguine comparavit^e? Numquid hoc fecit^f ipse^f, quando^g portantibus parentibus in Egyptum parvulus fuit^h? Qui necdum ecclesias congregaverat, quas ab eo desertas fuisse dicamus. Numquid quando apostolus Paulus, ne illum comprehenderet inimicus, per fenestramⁱ in sporta dimissus est et fugit manus eius, deserta est ecclesia, quæ erat ibi necessario ministerio, et non ab aliis fratribus ibidem constitutis, quod oportebat, impletum est? Eis quippe volentibus hoc apostolus fecerat, ut se ipsum servaret ecclesie, quem proprie^j persecutor ille querebat. Faciant ergo servi Christi, ministri verbi et sacramenti eius, quod precepit sive permisit. Fugiant omnino de civitate in civitatem, quando eorum quisquam specialiter a persecutoribus queritur, ut ab aliis, qui^k non^k ita requiruntur, non deseratur^l ecclesia, sed prebeant cibaria conservis suis, quos aliter vivere non posse noverunt. Cum autem omnium, id est episcoporum et clericorum et laicorum est commune periculum, hii, qui aliis indigent^m, non deseranturⁿ ab his, quibus^o indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant aut, qui habent necessitatem remeandi, non relinquuntur ab eis, per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter vivant aut pariter sufferant, quod eos pater familias volet perpeti.

- a) *davor (nachgetragen L)* De eadem re *LR; Inskr. fehlt C.*
- b) *fuite L.*
- c) *noluisse L.*
- d) *deserentur C.*
- e) *compararat C; comparantur R.*
- f) *ipse fecit C.*
- g) *folgt eum C.*
- h) *fugit M.*
- i) *fenestras L.*
- j) *propriis L; prius C; proprius R.*
- k) *quando CR.*
- l) *desideratur R.*
- m) *indigent L.*
- n) *deserant L.*
- o) *folgt aliis M.*

5. Gregorius in^a dialogo^a.

Ibi equanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui^b, qui adiuventur boni. Nam^c ubi omnino fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuum, maxime si e vicino causę suppetant, quę fructum Deo valeant ferre meliorem. Vir itaque sanctus propter quem custodiendum staret, qui omnes unanimiter se persequentes cerneret? Et sepe agitur in animo perfectorum, quod silentio pretereundum non est, quia cum laborem suum^d sine fructu esse considerant, in locum alium cum fructu ad laborem migrant. Unde ille quoque egregius^e predicator, qui dissolvi cupit et cum Christo esse, cui `vivere Christus est et mori lucrum', qui certamina passionum non solum ipse^f appetiit, sed ad toleranda^g hec et alios accendit, Damasco persecutionem^h passusⁱ ut potuisset evadere^j, murum, funem sportamque quesivit seque latenter deponi voluit. Numquid nam^k Paulum dicimus mortem timuisse, quam se ipse pro Iesu nomine et amore testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret et gravem laborem, ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim^l preliator Dei teneri inter claustra noluit, certaminis campum quesivit. Unde ipse venerabilis Benedictus: Si libenter audis, citius^m agnoscis, quia vivos ipse indocibiles deseruit, qui multos in locis aliis ab anime morte suscitavit.

- a) *fehlt C.*
- b) *fehlt R.*
- c) *Na M.*
- d) *suo L.*
- e) *egrgius R.*
- f) *fehlt C.*
- g) *tollerandam L.*
- h) *persuasionem C.*
- i) *passos M.*
- j) *evaderet L.*
- k) *non M; korr. aus non C.*
- l) *enim M.*
- m) *citus (korr. L) LR.*

6. Augustinus^a Marcelliano^b.

Paratus debet esse homo iustus et pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos querit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista precepta magis sunt ad preparationem cordis quam ad opus, quod in aperto fit^c, ut^d teneatur in secreto animi patientia cum benivolentia. In manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse, quibus bene velle debemus. Hinc^e liquido ostenditur, quod ipse dominus Iesus exemplum singulare^f patientiæ, cum percuteretur in facie, respondit: `Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, qui me cedis?` Nequaquam igitur preceptum suum, si verba intueamur, implevit, neque enim prebuit, percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne^g cum^g faceret, auget in iuriam, et tamen paratus advenerat non solum in faciem percuti, verum etiam pro his quoque, a quibus hec patiebatur, crucifixus occidi. Pro quibus ait in cruce pendens: `Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt^h`. Nec Paulus apostolus preceptum Domini et magistri sui videtur implese, ubi etiam percussus in faciem dixit principi sacerdotum: `Percutietⁱ te Deus, paries dealbate^k. Sedes iudicare me secundum legem, et contra legem iubes me percuti.` Et cum a circumstantibus diceretur: `Iniuriam facis principi sacerdotum` irridens, eos admonere^l voluit, quid^m dixeritⁿ, ut^o qui saperent^p, intelligerent^q iam destruendum esse adventum^r Christi parietem dealbatum, hoc est ypocrisin sacerdotii^s Iudeorum. Ait quippe: `Nescivi, fratres, quia princeps est. Scriptum est enim: Principi^t populi tui non maledices^u`. Cum proculdubio, qui in eodem populo creverat atque ibi lege^v fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset nec eos, quibus ita notus fuerat, ullo modo falleret^w, quod^x nesciret. Sunt ergo ista precepta patientiæ semper in cordis preparatione retinenda ipsaque benivolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt^y autem multa, etiam cum invitus^z quadam benigna^a plectendis, quorum potius^b sublimitati^c consulendum est quam voluntati. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, numquam profecto amor paternus amittitur. Fiat tamen, quod nolit et doleat, qui etiam invitus^d dolere^e videtur^e sanandus. Ac per hoc, si terrena ista res publica precepta christiana custodiat, et ipsa bella sine benivolentia non gerentur, ut ad pietatis iustitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur^f. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utilius vincitur, quando nichil est infelicius felicitate peccantium, qua penalis nutritur impunitas et mala voluntas velut ostis interior^g roboratur. Et paulo post: Nam si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in evangelio diceretur, ut abicerent arma seque militiæ omnino subtraherent. Dictum est autem eis: `Neminem concusseritis neque^h calumpniam feceritis, sufficiatⁱ vobis^j stipendiis^k vestris^k`. Quibus proprium stipendium sufficere debere precipit, militare utique non prohibuit.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *marcellino R.*
- c) *sit L.*
- d) *nisi C.*
- e) *Hin M.*
- f) *singule C.*
- g) *neque ML.*
- h) *f. t. L.*
- i) *folgt nochmals principi (Seitenwechsel) M.*
- j) *Percuciat C.*
- k) *dealbati L.*
- l) *amonere L; amovere C.*
- m) *quod C.*
- n) *dixerat C.*
- o) *nisi C.*
- p) *se parent C.*
- q) *intelligere C.*

- r) adventu *CR*.
- s) sacerdoti *L*.
- t) principem *C*.
- u) maleces *M*.
- v) legem *M*.
- w) fallere *C*.
- x) *fehlt C*.
- y) est *L*.
- z) minus *C*; invitis *R*.
- a') *korr. aus asperitate benigna M*.
- b') potin *L*.
- c') subtilitate *L*; humilitati *korr. in utilitati C*; utilitati *R*.
- d') mutus *C*.
- e') dolore videtur *L*; videtur dolere *CR*.
- f) consulatus *L*.
- g') *īti L*.
- h') aut *M*.
- i') sufficiant *M*.
- j') *folgt militare CR*.
- k') stipendia vestra *M*.

7. Augustinus in^a super Iohannem.

Quid ergo voluit dominus noster Iesus^b, fratres mei^c, admonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter XII habere voluit, nisi ut malos toleremus nec^d corpus Christi dividamus^e? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, et ne^f contendas^g, fur sacrilegus, et^h non^h qualiscumque^h fur, sedⁱ loculorum, sedⁱ dominicorum loculorum, sed^k sacrorum^l. Si crimina^m discernuntur^m in fureⁿ qualiscumque furti et peculatus^o - peculatus^o enim dicitur furtum de re publica -, et non sic iudicatur furtum rei private quomodo publice, quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur? Non undecumque tollere hoc est, sed^p de ecclesia^q. Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudę perditio comparatur.

- a) *fehlt M.*
- b) *folgt (nachgetragen L) Christus LCR.*
- c) *karissimi L.*
- d) *ne CR.*
- e) *videamus L.*
- f) *folgt vel C.*
- g) *conspernas C.*
- h) *fehlt nur non L; fehlt CR.*
- i) *fehlt CR.*
- j) *seu C.*
- k) *seu C.*
- l) *sacrorum CR.*
- m) *criminandis cernuntur C.*
- n) *folgt vel in foro C.*
- o) *pecculatus, Pecculatus C; peculatus, peculatus R.*
- p) *si L.*
- q) *folgt tollere CR.*

8. Augustinus.

Ecce, inquit, dicit^a propheta: 'Recedite, exite inde et^b immundum ne tetigeritis.' Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, a quibus exire et recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus, illi corporaliter. Nam et ego clamo cum propheta: Equalia sumus vasa. Utitur nobis Deus in dispensatione vestra^c. Clamamus nos et dicimus vobis: 'Recedite, exite inde et immundum ne tetigeritis', sed cum^d tactu^d cordis, non corporis. Quid est enim^e tangere immundum nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona salva pace fieri potest? Et paulo post: Ergo, fratres mei^f, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore seculi pregravantur, avaros, periuros, adulteros, spectatores nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum^g, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter vos malorum esse nostis, quantum potestis, improbate, ut corde recedatis, et redarguite, ut exeatis inde, et nolite consentire, ut immundum non tangatis.

- a) dici *L*.
- b) *fehlt R*.
- c) nostra *M*.
- d) contactu *CR*.
- e) *fehlt C*.
- f) karissimi *L*.
- g) *fehlt M*.

9.^a Augustinus^b.

Quidam contrario periclitantes cum bonorum malorumque^c conmixtionem in ecclesia demonstratam vel predicatam^d esse perspexerint et patienti^e precepta didicerint, que nos firmissimos reddunt, ut etiam si videntur in ecclesia zizania, non tamen^f impediatur^g aut fides aut caritas nostra, et quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi^h de ecclesia recedamus, destituendam putant ecclesie disciplinam, quandam perversissimamⁱ securitatemⁱ prepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat nisi dicere, quid cavendum quidve faciendum sit, quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos^j ad sanam^k doctrinam pertinere arbitramur ex utrisque testimoniis istam^l sententiam moderari, et ut canes in ecclesia propter pacem ecclesie toleremus et canibus sanctum, ubi est pax ecclesie^l tuta, non demus. Cum vero per negligentiam^m prepositorum siveⁿ per aliquam excusabilem necessitatem sive per occultas obreptiones invenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina^o vel^o doctrina^o corrigere aut coercere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciose presumptio, qua estimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur^p veluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis conpage quasi a malorum conpage segregatos. Veniant in mentem^q ille de scripturis similitudines et divina oracula vel certissima exempla, quibus demonstratum et pronuntiatum^r est malos in ecclesia permixtos bonis usque in finem seculi tempusque iudicii futuros et nichil bonis in unitate ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest pace salva potestas discipline^s adversus improbos aut nefarios exercende, tunc rursus ne socordia segnitiaque dormiamus, acculeis preceptorum, que ad severitatem coercionis^s pertinent^c, excitandi sumus, ut gressus nostros in via Domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes nec patientie nomine torpescamus nec obtentu diligentie^t se viamus^t.

a) ganze Kap. fehlt M.

b) fehlt C.

c) malorum R.

d) predictam L.

e) patientia C.

f) tantum C.

g) korr. aus impidiatur C; impidiatur korr. in impideatur R.

h) ipse L.

i) perversissimas securitates C.

j) folgt vero L.

k) sanandum C.

l) vitam L.

m) neglegentia L.

n) sine R.

o) fehlt L.

p) conemus (?) L.

q) mente R.

r) pronuntiandum L.

s) pertinent coercionis L.

t) serviamus C.

10. Augustinus in^a libro homeliarum I. b in omelia XXVII. a In libro de penitentia.

Multi^c corriguntur ut Petrus, multi tolerantur ut Iudas, multi nesciuntur, donec veniat Dominus, qui^d illuminet abscondita tenebrarum^l, et^e cetera^e. Plerique autem^f boni^f christiani propterea tacent et sufferunt aliorum peccata, quę noverunt, quia documentis sepe deseruntur et ea, quę ipsi sciunt, iudicibus^g ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim vera sunt quędam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis iudiciis^h demonstranturⁱ. Nos vero a communione quemquam prohibere non possumus, quamvis hec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut^j sponte^j confessum aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum^k. Quis enim utrumque audet assumere, ut cuiusquam ipse sit et^l accusator et iudex? Huiusmodi regulam etiam Paulus apostolus^m in eadem ad Corinthios epistola breviter insinuasseⁿ intellegitur^o, cum quibusdam commemoratis criminibus ecclesiastici iudicii^p forma^q ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait enim: 'Scripsi vobis in epistola, ne^r commisceamini fornicariis, non^s utique^s fornicariis^s huius mundi aut avaris aut raptoribus aut ydolis servientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exire.' Non enim possunt in hoc mundo viventes nisi cum talibus vivere nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium convictumque^t vitaverint. Unde et Dominus cum publicanis^u et peccatoribus comedens, "Non est, inquit, opus sanis^v medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores^s." Et ideo sequitur apostolus et adiungit: 'Nunc autem scripsi vobis nec^x commiseri. Si quis frater nominatur aut^y fornicator aut ydolis serviens aut avarus^z aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum quidem^a simul sumere. Quid^b enim mihi de his^c, qui foris sunt, iudicare? Nonne^d de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, iudicabit Deus. Auferte malum a vobis ipsis.' Quibus verbis satis ostendit non temere et quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesię communione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerantur potius, ne perverse malos evitando ab ecclesia ipse discedens eos, quos^e fugere videtur, vinciat^f ad gehennam, quia et^g ad hec^h nobisⁱ in scripturis sunt exempla proposita velut^j in messe, ut palea sufferatur usque ad ultimum ventilabrum, vel intra illa retia, ut^k pisces boni^l cum malis usque ad segregationem, quę futura est, in litore, id est in fine^m seculi, equo animo tolerantur. Non enim contrarium est huic loco id, quod in alio loco dicit apostolus: 'Tu quis es, qui iudicesⁿ servum^o alienum^o? Suo domino stat aut cadit.' Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis^p vel etiam extraordinario^q usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei, sed ordinem ecclesię sive ultro confessum sive accusatum atque^r convictum^s. Alioquin illud cur dicitur^t: 'Si quis frater nominatur aut^u fornicator aut ydolis serviens' et cetera, nisi quia^v eam nominationem intelligi voluit, quę fit in quenquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sepe falso^w in quoquam^x crimine^y nominantur. Non ergo illi, quos monemus^z agere penitentiam, querant sibi comites ad supplicia nec^a gaudeant, quia plures invenerint^b sibi^c similes^c. Nam non^d propterea minus ardebunt quia cum multis.

a)-a) *fehlt C; nach penitentia R.*

b) *l R.*

c) *folgt enim C.*

d) *et C.*

e) *fehlt, statt dessen* Nam plerique nolunt accusare propterea, dum se per illos cupiunt excusare *C.*

f) *homines M.*

g) *iudicis M.*

h) *indiciis R.*

i) *demonstrarentur M.*

j) *sponte aut M.*

k) *convinctum LC.*

l) *fehlt M.*

- m) *fehlt C.*
- n) *fehlt M.*
- o) *intellegit M; intelligit L; intelligitur R.*
- p) *steht (nachgetragen) erst nach forma L.*
- q) *formam CR.*
- r) *ut non C.*
- s) *fehlt C.*
- t) *coniunctumque LC; et victumque R.*
- u) *publica L.*
- v) *sani L.*
- w) *folgt ad penitentiam C.*
- x) *ne L; non CR.*
- y) *fehlt CR.*
- z) *folgt nochmals aut ydolis serviens aut avarus M.*
- a') *quid M.*
- b') *Quod LCR.*
- c') *is L.*
- d') *non mne L.*
- e') *quod L.*
- f) *iungat vel vintiat C; iniciat vel iungat R.*
- g') *fehlt CR.*
- h') *hac korr. in hoc L; hoc CR.*
- i') *vobis CR.*
- j') *Vult CR.*
- k') *û L; ubi CR.*
- l') *homines M.*
- m') *finem C.*
- n') *iudicas CR.*
- o') *alienum servum M.*
- p') *suspicionibus (korr.) L.*
- q') *folgt vel C.*
- r') *sive M.*
- s') *convinctum LC.*
- t') *dixit L; dicit CR.*
- u') *fehlt CR.*
- v') *qui L.*
- w') *falsa CR.*
- x') *quemquam C.*
- y') *crimina CR.*
- z') *nominemus C.*
- a'') *folgt nochmals nec (Zeilenwechsel) M; ne CR.*
- b'') *inveniunt CR.*
- c'') *similes sibi C.*
- d'') *fehlt L.*

X.^a De vindicta.

1. Calixtus.

Iustum^b est, ut qui divina contempnunt^c mandata et^d inobedientes paternis^e existunt iussionibus, severioribus corrigantur vindictis.

a) VIII *M*; *Zahl fehlt L*; XI *C*; *ganze Titel fehlt R*.

b) *Iustus L*.

c) *contempnent L*.

d) *fehlt M*.

e) *fehlt CR*.

2.^a Anastasius et Damasus.

Qui potest obviare et perturbare perversos et non facit, nichil est aliud quam favere^b eorum impietati. Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifeste^c facinori desinit obviare.

a) *kein Absatz zu VII 10,1 CR.*

b) *facere L.*

c) *manifesto CR.*

3.^a Augustinus contra Faustum.

Quid crudele Moyses^b mandavit aut fecit, cum commissum sibi populum sancte zelans et uni vero Deo subditum cupiens, posteaquam cognovit ad fabricandum et colendum idolum defluxisse mentemque impudicam prostituisse demonibus, in paucos eorum vindicans^c gladio, quos Deus^d ipse, quem offenderant, alto et secreto iudicio feriendos voluisse inferri, et in presenti salubriter terruit et disciplinam in posterum sanxit. Nam cum nulla^e crudelitate, sed magna dilectione^f fecisse, quod fecit, quis non in verbis^g agnoscat orantis pro peccatis eorum et dicentis: 'Si dimittis illis peccatum, dimitte, sin autem, dele me de libro tuo.' Sic plane et apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu. Tradidit et alios^h, ut discerent non blasphemare.

a) *kein Absatz zu VII 10,2 CR.*

b) *folgt aut CR.*

c) *iudicans R.*

d) *fehlt C.*

e) *illa L; multa C.*

f) *dilectionem L.*

g) *vobis CR.*

h) *alio C.*

4. Idem^a in sermone Domini in monte.

Magni et sancti viri, qui iam optime scirent mortem istam, quę animam dissolvit a corpore, non esse formidandam, nonnulla tamen peccata morte punierunt. Quo^b et viventibus utilis metus incuteretur et illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri^c possit^c, si viverent. Non temere illi^d iudicabant^d, quibus tale iudicium donaverat Deus. Inde est, quod Elias multos^e morte^e affecit et propria manu et igne divinitus impetrato. Cum et alii multi magni et divini viri eodem spiritu^f consulendo rebus humanis non temere fecerint. De quo Elia, cum exemplum^g dedissent^h discipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem petendi de cęlo ignem ad consumendos eos, qui sibi ospitium non preberent, reprehendit in eis Dominus non exemplum prophetę sancti, sed ignorantiam iudicandiⁱ, quę adhuc erat in rudibus. Animadvertens^j eos non amore^k correptionis, sed odio desiderare^l vindictam. Itaque postquam^m docuitⁿ eosⁿ, quid esset diligere proximum tanquam se ipsum, infuso etiam spiritu sancto, quem X diebus completis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindictę, quamvis multo rarius quam in veteri testamento. Ibi enim ex maiore^o parte^p servientes timore premebantur, hic autem maxime^q dilectione liberi nutriebantur. Nam ex verbis apostoli Petri Ananias et uxor eius, sicut in actibus apostolorum legimus, exanimis ceciderunt nec resuscitati^r sunt, sed sepulti. Et si huic libro^s heretici, qui adversantur veteri testamento, nolunt credere, Paulum^t apostolum^t, quem nobiscum legunt, intueantur dicentem de quodam peccatore^u, quem tradidi^v Sathanę in interitum^w carnis, ut anima salva sit^x. Et si nolunt hic mortem intelligere, fortasse enim incertum est, quamlibet vindictam per Sathanam ab apostolo^y fateantur. Quod non eum odio, sed amore fecisse manifestat illud adiectum, ut anima^z salva sit^{at}.

a) ganze Inskr. fehlt CR.

b) Qua M.

c) augere possent CR.

d) indicabant illi C.

e) morte multos C.

f) folgt sancto L.

g) exemplo L.

h) dedisset L.

i) vindicandi CR.

j) Animadvertendos M.

k) a morte L.

l) desiderate R.

m) posteaquam CR.

n) eos docuit CR.

o) maiori M.

p) morte CR.

q) maxima CR.

r) rescutati M.

s) liĉo M.

t) apostolum Paulum C.

u) pectore R.

v) tradidisti L; tradidit CR.

w) interitu M.

x) folgt in die domini M.

y) folgt factam CR.

z) animam L.

a') folgt hier bereits die Inskr. des folgenden Kap. VII 10,5. LCR. [ist nicht Intr. VII 10,5, sondern irrtümlich bereits von Ans. XIII,2 angehängte Intr. des folgenden Kap. seiner Vorlage 2 Bü (2 Bü II,182)]

5.^a Augustinus X.

In^b sermone de puero^c centurionis ex verbis evangelii^b.

Circumcelliones illos et clericos partis Donati, quos de Yponiensi ad iudicium pro factis eorum publice disciplinae cura deduxerat, a tua^d nobilitate comperi auditos et plurimos eorum de homicidio, quod in restitutum catholicum presbiterum commiserunt et de cede Innocentii alterius presbiteri^e catholici^e atque oculo^f eius effosso et digito preciso^g fuisse confessos^h. Unde michi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt, talia paciantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius domini nostri misericordiam, ut hoc non facias nec fieri omnino permittas. Quamvis enim illorumⁱ ob interitum dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notariis ad quos tuende publice pacis vigilantia pertinebat, presentati videantur examini, nolumus^j tamen passiones servorum Dei quasi^k in aliene^l partis^l suppliciis vindicari, non quo scelestis^m hominibusⁿ licentiam^o facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut in^p nulla parte corporis truncati vel ab inquietudine insana ad sanitatis ocium legum coercione dirigantur vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et^q ista^q dampnatio. Sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec seviendi^r relaxetur audacia nec penitendi medicina^s subtrahatur?^t Imple, christiane iudex, pii patris officium sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris. Non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam non^u ipsa acquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendendo eculeo, non sulcantibus^v unguibus, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercionis et a magistris arcium liberalium et ab ipsis parentibus, ut sepe etiam in iudiciis solet ab episcopis adhiberi^w. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius invenisti. Inquirendi quam puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim et mittissimi homines facinus occultandum^x diligenter ac^y instanter examinare debent, ut inveniant, quibus parcant.

a) *dieses Kap. fehlt M; davor Titel VII 11 L.*

b)-b) *am Schluß des vorhergehenden Kap. LCR.*

c) *puro C.*

d) *tuo R.*

e) *catholici presbiteri L.*

f) *oculos R.*

g) *percisso C.*

h) *fehlt C.*

i) *folgt obtentum C.*

j) *volumus L.*

k) *quam si L.*

l) *alienis partibus L.*

m) *celesti L.*

n) *omnibus L.*

o) *licentia L.*

p) *vivi ut L.*

q) *iusta C.*

r) *se vivendi L.*

s) *medicum L.*

t) *subtrahitur C.*

u) *in L.*

v) *culcantibus L.*

w) *haberi LR.*

x) *occultatum L.*

y) *atque L.*

6. Augustinus^a.

Si ecclesia vera ipsa est, quę persecutionem^b patitur, non^c quę^c facit^d, queratur^e ab apostolo, quam ecclesiam significabat^f Sara, quando persecutionem faciebat ancillę. Liberam^g quippe matrem vestram celestem Ierusalem, id est veram Dei ecclesiam in illa^h muliere^h dicit fuisse figuratam, quę affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo quam Saraⁱ cohercendo. Illa enim dominę faciebat iniuriam, ista imponebat superbe disciplinam. Deinde quero, si boni et sancti viri nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur. Cuius putant in psalmo esse vocem, ubi legitur: 'Persequebar^j inimicos meos et comprehendam illos et non convertar, donec deficiant? Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii ecclesie Christi. Ista namque beata est, quę persecutionem patitur propter iustitiam, illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur^k propter^l iustitiam^m. Proinde istaⁿ diligendo, illa^o seviendo, ista ut corrigat, illi ut evertant, ista ut revocet ab errore, illi^p precipitent in errorem.

- a) *fehlt C.*
- b) *persecutiones L.*
- c) *atque C.*
- d) *fecit M.*
- e) *korr. in querant L; querant CR.*
- f) *significat M.*
- g) *libera C.*
- h) *illam mulierem M.*
- i) *saram ML.*
- j) *persecatur korr. in persecar C; persequar R.*
- k) *faciunt C.*
- l) *contra C.*
- m) *iniusticiam CR.*
- n) *isti C.*
- o) *illi CR.*
- p) *folgt ut CR.*

7. Augustinus^a.

Quod^b autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terre apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus^c et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator^d, qui ei pro^e pietate^e contra^f impietatem^f leges ferendo serviret? Tunc^g enim^h adhucⁱ illudⁱ propheticum complebatur: `Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt^j inania? Astiterunt reges terre, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius.' Nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur: `Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, servite Domino in timore et exultate ei^k cum tremore.' Quomodo ergo^l reges Domino^m serviunt^m in timore, nisi ea, quæ contra iussaⁿ Domini^o fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est, aliter quia etiam rex est. Quia enim homo est, servit vivendo^p fideliter^p, quia vero^q etiam^q rex est, servit etiam^r leges iustas precipiens et contraria prohibens convenienti vigore sanciendo.

- a) *fehlt C.*
- b) *Quidam (-am auf Rasur) C.*
- c) *temporis M.*
- d) *imperium L.*
- e) *proprietate CR.*
- f) *fehlt C.*
- g) *Nondum C.*
- h) *fehlt M.*
- i) *illud adhuc C.*
- j) *fehlt L.*
- k) *fehlt L.*
- l) *fehlt C.*
- m) *serviunt domino M.*
- n) *fehlt C.*
- o) *korr. in deum C.*
- p) *fideliter vivendo M.*
- q) *fehlt vero M; etiam vero C.*
- r) *fehlt C.*

8. Idem^a.

Quis nos potest amplius amare quam Christus, qui animam suam posuit^b pro ovibus suis^b? Et cum Petrum et alios apostolos solo verbo vocasset, Paulum ecclesie sue postea magnum edificatorem, sed horrendum^c antea vastatorem, non solum voce compescuit, verum etiam potestate prostravit atque infidelitatis tenebris sevientem ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret, prius cecitate^d corporis^d percussit. Si pena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur. Et quando apertis oculis nichil videbat^e, si eos salvos haberet, non ad impositionem^f manus Ananie, ut eorum^g aperiretur^h intuitus, tanquam squamasⁱ, quibus clausus fuerat, inde^j cecidisse scriptura narraret. Ubi est, quod isti clamare consuerunt: liberum est credere vel non credere? Cui vim Christus intulit, quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum et postea docentem, prius ferientem et postea consolantem. Mirum est autem^k, quomodo ille^l, qui pena corporis ad evangelium coactus intravit, ut plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in evangelio laboravit^m, et quem maior timor compulit ad caritatem, eius perfecta caritas foras mittitⁿ timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent?

- a) *fehlt C.*
- b) pro ovibus suis posuit *C.*
- c) *korr. aus* horrendum *M.*
- d) corporis cecitate *CR.*
- e) videbant *L.*
- f) impositionem *R.*
- g) eius *C.*
- h) aperiretur *C.*
- i) si squamas *L.*
- j) non *C.*
- k) *fehlt M.*
- l) *fehlt C.*
- m) laboraret *C.*
- n) *korr. in* mittat *C.*

9. Idem^a.

Quicquid ergo nomine ecclesiarum a parte Donati possidebat^b, christiani imperatores^c legibus religiosi cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre^d iusserunt. Et^e post^e pauca^e: Si autem consideremus, quod^f scriptum est in libro sapientie: 'Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.' Item^g quidem^h legitur in proverbii: 'Thesaurizant autem iusti divitiisⁱ impiorum.' Tunc videbimus non esse querendum, qui habeant^j res hereticorum, sed qui sint^k in societate iustorum. Item post aliqua: Si corpus Christi tollit spolia impiorum^g et corpori Christi thesaurizant divitiis^l impiorum, non debent impii foras remanere, ut calumnientur, sed intrare potius, ut iustificentur. Item post aliqua: In Christi ergo compage corporis veniant et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico indicante purgavimus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis et nostris in societate catholica utantur, quantum valemus, inquirimus.

- a) *fehlt C.*
- b) *possidebatur CR.*
- c) *imperiiis L.*
- d) *transferri CR.*
- e) *fehlt C.*
- f) *quid M.*
- g)-g) *Item - impiorum fehlt M.*
- h) *quod L.*
- i) *divine L.*
- j) *habent C.*
- k) *korr. aus sunt C.*
- l) *divitias M.*

10. Augustinus.

De occidendis hominibus, ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi^a forte miles sit aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis vel pro civitate, ubi etiam ipse esse^b accepta legitima potestate, si eius congruit personę. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne mala faciant, etiam ipsis aliquid fortasse se^c prestat. Huic aliquid dictum est, 'non resistamus malo', ne nos vindicta delectet, quę alieno malo animum pascit, ut ad^d correctionem hominum neglegamus. Unde nec reus mortis aliene, qui cum suę possessioni murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est christianus, si bos eius aliquem feriendo vel equus calciendo aliquem occidat, aut ideo non debent christiani boves habere cornutos aut equus ungulas aut dentes canes. Aut^e vero quoniam Paulus apostolus satis egit, ut in tribuni notitiam perferretur^f insidias sibi a quibusdam perditis^g parari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa^h arma^h scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit, ut ea, quę propter bonum et facimusⁱ licitumⁱ aut habemus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit^j, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica et aggesta^k sunt habenda, ne quis eis vel se vel alterum interimat, nec arbor est plantanda, ne quis se inde^l suspendat, nec fenestra facienda^m est^m, neⁿ se^o per^o hanc quisque precipitet. Et quid plura commemorem? Ea^p commemorando finire non possum. Quid est in usu^q hominum bono ac licito, unde non possit etiam pernicies irrogari?

- a) non *L.*
- b) esset *M*; *fehlt, nachgetragen est C.*
- c) *fehlt C.*
- d) et *C.*
- e) At *CR.*
- f) proferretur *M*; *folgt cognoscens CR.*
- g) *korr. aus perditis M.*
- h) *anna illa C.*
- i) *licitum facimus C.*
- j) *occiderit L.*
- k) *agrestia CR.*
- l) *fehlt C.*
- m) *est facienda M.*
- n) *folgt getilgt per M.*
- o) *per se LR.*
- p) *Et M.*
- q) *usum M.*

XI.^a De sacerdotali intercessione pro vindicta mitiganda.

1. Augustinus Marcelliano^b.

Pena illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te^c, ut preter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim^d fructus ad nos pervenit confessionis illorum, quia invenit catholica, ubi gratia atrocissimos inimicos servet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate quęcumque preter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas^e apparebit^e. Quod etsi^f modo^f quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum et quasi dissolutionis et negligentię simile, transactis tamen motibus animorum, qui recensioribus^g factis solent turbulentius excitari, egregie^h luculenta bonitas apparebit.

a) ganze Titel fehlt MR; Titel steht vor VII 10,5 (Zahl fehlt) L; XII C.

b) Marcellino CR.

c) fehlt C.

d) folgt nos L.

e) apperibit lenitas C.

f) et sinodo C.

g) recentioib; L; recentioribus R.

h) korr. und unklar C.

2. Augustinus Donato.

Unum solum est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniam quicquid mali contra christianam societatem ab hominibus^a impiis ingratissime committitur, profecto gravius est et atrocius, quam si in alios committatur, tu quoque pro immanitate^b facinorum ac non potius pro lenitatis christianae^c censeas coercendum^d, quod te per ipsum Christum, ne scias^e, obsecramus. Et paulo post: Ex occasione terribilium iudicium^f et legum, ne eterni iudicii penas luant^g, corrigi eos cupimus, non necari. Nec disciplinam circa eos negligi volumus nec suppliciiis, quibus digni sunt, coerceri. Sic ergo eorum peccata compesce, ut sint^h, quosⁱ peniteat^j peccavisse. Et paulo post: Proinde si occidendos in his viros putatis, deterrebitis nos, ne per operam nostram iudicium tale quid perveniat. Quo comperto in nostram perniciem licentiore audacia crassabuntur, necessitate nobis^k impacta, ut etiam occidi ab eis eligamus, quam eos occidendos vestris^l iudiciis inferamus^m.

- a) omnibus *L*.
- b) umanitate *R*.
- c) *folgt* iusticia *C*.
- d) coercendo *L*.
- e) facias *C*.
- f) iudicium *L*; *korr. aus* iudicium *C*.
- g) luat *L*.
- h) sciant *C*.
- i) quod *C*.
- j) peniteant *LR*.
- k) vobis *M*.
- l) iuris *M*.
- m) ingeramus *CR*.

3. Ieronimus in Naum.

Quid ergo, ait^a, contra Dominum cogitans^b? Ipse, qui creavit mundum et consummationem eius faciet. Quodsi vobis videtur crudelis et rigidus^c et^c cruentus^c, quod^d in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam et Gomorram igne et sulphure pluit, Egyptios submersit^e fluctibus, Israelitarum cadavera prostravit in heremo, scitote eum ideo ad presens reddidisse supplicia, ne in eternum puniret. Certe aut vera sunt, quę prophetę locuntur, aut falsa. Si vera sunt, quid^f de severitate eius videntur dicere, ipsi dixerunt: 'Non iudicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione.' Sin autem falsa sunt, et falsum est hoc, quod dicitur: Non consurget duplex tribulatio, falsa est ergo et crudelitas, que in lege descripta^g est. Quodsi verum est^h, negare non poterunt dicente propheta: Non iudicabitⁱ Dominus^j bis in id ipsum in tribulatione. Ergo qui puniti sunt, postea non punientur. Si autem postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperunt ergo et qui in diluvio perierant, et Sodomitę et Egyptii et Israelitę in solitudine mala sua in vita sua. Querat hic aliquis, si^k fidelis deprehensus in adulterio decollatur^l, quid de eo postea fiat^m. Autⁿ enim punietur, et falsum est hoc, quod dicitur: 'Non vindicabit^o Dominus bis in id ipsum in tribulatione.' Aut non punietur, et optandum est^p adulteris, ut in presentiarum brevi et cita pena cruciatus frustrentur^q eternos. Ad quod respondebimus Deum ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, et non preveniri^r sententia^s iudicis. Nec illi in peccatorem^t exercende dehinc penę auferri potestatem et magnum peccatum magnis diuturnisque^u elui^v cruciatibus. Si quis autem punitus sit, ut ille in lege, qui Israelitę^w maledixerat et qui in sabbato ligna collegerat^x, tales postea non puniri, quia culpa levis presenti supplicio compensata sit^y.

- a) erit C.
- b) cogitatis CR.
- c) cruentus et rigidus M.
- d) quidem L.
- e) summersis M.
- f) que C; quod R.
- g) scripta M.
- h) *folgt* et LR.
- i) *korr. in* vindicabit L.
- j) deus M.
- k) *fehlt* CR.
- l) decollatur C.
- m) *korr. aus* fiet M.
- n) Ait ML.
- o) *korr. aus* iudicabit L; iudicabit CR.
- p) eam M; *nachgetragen* C.
- q) frustrantur L.
- r) prevenire C.
- s) sententiam C.
- t) peccatore L.
- u) et diuturnis C; diuturnis q(uia) R.
- v) lui CR.
- w) *korr. in* israeliti L; israheli CR.
- x) collegerant L.
- y) fuit M.

4. Idem^a in super Ezechielem.

Qui percutit malos in eo, quod mali sunt, et habet vasa interfectionis, minister est Domini.

a) *Inskr. fehlt, statt dessen hier Titel VII 12 C.*

XII.^a De persequendo, expugnandoque^b et predando hostes^c ecclesie^e.

1. Gregorius Veloci magistro.

Et pridem glorie vestre, quia milites illic^d erant parati venire, sed quoniam inimicos congregatos et^e huc^f discurrere epistola vestra significaverat, hec eos hic causa retinuit. Nunc vero utile visum est, ut aliquanti illic^g milites transmittantur, quos gloria tua admonere et hortari^h, ut parati sint ad laborem, studeatⁱ; et occasione^j inventa cum gloriosis filiis nostris^k Martio et Vitalio loquere, et quęcumque vobis^l Deo adiutore pro utilitate rei publice steterint^m, facite. Et si huc vel ad Ravennates nec dicendum Ariulfum cognoveritis excurrere, vosⁿ a dorso eius^o, ita^p sicut viros fortes condecet, laborate, quatenus oppinio vestra^q ex laboris vestri qualitate amplius in^r re^r publica^f Deo auxiliante proficiat. Illud tamen pre omnibus admonemus, ut familiam Aloyn et Adabin atque Lugildi Grusingi^s, qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur, sine aliqua mora vel excusatione relaxes, quatenus venientes illic homines predicti viri cum eis sine aliquo impedimento debeant ambulare.

a) *Zahl fehlt ML; XIII. C; ganze Titel schon vor VII 11,4 C; Stellung unklar M.*

b) *expugnando M.*

c) *hostes ecclesia M; fehlt C.*

d) *illuc C.*

e) *fehlt C.*

f) *huic M; hē L; folgt illucque C.*

g) *illuc C.*

h) *adortari M; folgt studeat C.*

i) *fehlt hier C.*

j) *occasionem L.*

k) *folgt et L.*

l) *vobiscum CR.*

m) *statuerint CR.*

n) *nos L.*

o) *fehlt C.*

p) *fehlt M.*

q) *nostra C.*

r) *r. p. L; rei publice C; .R p. R.*

s) *gusingi L; grusindi C; grufingi R.*

2. Idem^a ad Mauritium et Vitalianum magistros militum.

Glorię vestrę suscipientes epistolas Deo gratias egimus, quia de salute vestra cognovimus et de sollicitudine multum^b gavisi sumus. Et mox ea, quę scripsistis^c, parata fuerint^d, sed^e audiivi^e uti post vestrum adventum quidam hominum vestrorum nobis scripsit, quia in proximo iam^f Ariulfus^f esset^g, et timuimus, ne milites, qui ad vos diriguntur, in manus eius diras exciderent^h. Tamen et hic, in quantum Deus adiuverit, contra eum filius vesterⁱ glorięⁱ miles^j paravit se. Sed et gloria vestra, si huc perrexerit ipse ostis, quomodo consuevistis cum auxilio Dei a dorso eius, quod potestis, perficite. Speramus enim in omnipotentis^k virtute^l Dei^l et^m ipsius beati Petri principis apostolorumⁿ, in cuius natali sanguinem effundi desiderat, quia ipsum sibi contrarium sine mora inveniet.

- a) dem *M*.
- b) militum *C*.
- c) scripsisti *L*.
- d) fuerunt *C*.
- e) *fehlt M*.
- f) ariulfus iam *C*.
- g) esse *L*.
- h) *korr. in exciderint C*.
- i) glorię vestrę *C*; vestrę glorie *R*.
- j) militum *CR*; *folgt* magister *C*.
- k) omnipotente *M*.
- l) Dei virtute *CR*.
- m) *folgt* in *CR*.
- n) *folgt* auxilio *C*.

3. Augustinus^a Bonifatio illustri viro.

Noli existimare^f neminem Deo placere posse, qui^c armis bellicis ministrat^d. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis^e iusti. In his erat ille centurio, qui Domino dixit: 'Non sum dignus, ut intres sub tectum meum.' Hoc ergo^f primum cogita, quando armaris^g ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis^h de domoⁱ Dei non facere contra Dominum. Fides enim, quando promittitur, etiam osti^j servanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnas^k? Pacem habere voluntatis^l, bellum necessitatis^m, ut liberet Deus a necessitate et conservet in pace. Non enim pax queritur, ut bellum excitetur, sed bellum geritur, ut pax adquiratur. Esto ergo bellando pacificus, ut eos, quos expugnasⁿ, ad pacis utilitatem^o vincendo^p perducas. Beati enim^q pacifici, ait Dominus, quoniam^r filii Dei vocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto^s est dulcior pax divina pro eterna salute angelorum? Itaque ostem pugnantem necessitas deprimat, non voluntas. Sicut rebellanti et resistenti violentia redditur, ita victo vel capto misericordia iam debetur^t, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) extimare C.
- c) quia R.
- d) ministratur L; ministrant CR.
- e) temporibus L.
- f) vero C.
- g) armatis C.
- h) cogitab LR; cogitabat C.
- i) dono M.
- j) hostis L; *korr. aus* hostis C.
- k) pugna LR.
- l) *folgt* est M.
- m) *folgt* est C.
- n) vinces C; *fehlt* R.
- o) utilitate L.
- p) vindendo L.
- q) *fehlt* C.
- r) quia M.
- s) quantum C.
- t) debemur L.

4. Gregorius Mauricio et Vitaliano.

Suppliciter glorie vestre filium nostrum Vitalianum, cum quo et^a tractaretis et verbo et scripto mandavimus. Undecimo autem mense^b die^b ianuarii^c Ariulfus^d hanc epistolam, quam vobis direximus, transmisit. Et ideo relegentes eam videte, si in fide^e Suannenses^f, quam rei publice promiserunt, perstiterunt^g, obsidesque dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite et insuper denuo sacramentis astringite^h, reddentes eis, quod loco pignoris sustulistis, et in sermonibus vestrisⁱ eos sanantes. Si autem manifestissime cognoveritis eos cum Ariulfo^j de sua subiectione^k locutos fuisse vel certe obsides ei dedisse, sicut Ariulfi^l epistola, quam vobis direximus, dubios^m reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima vestraⁿ velⁿ nostraⁿ de sacramentis gravetur, quicquid utile rei publice iudicaveritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra^o, ut neque sit^p aliquid, unde possimus ab adversariis reprehendi^q, neque in quo utilitas^r rei publice exigit, quod avertat^s Dominus, negligatur. Propterea^t, gloriosi filii, estote solliciti, quia quantum comperi^u, hostis collectam^v habet et in nardias^w dicitur resistere^x, ut si huc cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos loca ipsius, quantum vos Dominus adiuverit^y, depredamini^z aut certe culpas, quos^a mittes^b, sollicite requirant^c, ne dolens factum ad vos^d discurrat.

- a) *fehlt C.*
- b) *die mensis C; die mense R.*
- c) *iunii LR.*
- d) *arnulfus L.*
- e) *fidem C.*
- f) *suatienses L.*
- g) *perstiterint C.*
- h) *obstringe L; obstringite CR.*
- i) *vestri L.*
- j) *korr. aus ariulfu M.*
- k) *objectione M.*
- l) *arnulfus L.*
- m) *dubior M.*
- n) *nostra vel vestra L.*
- o) *nostra C.*
- p) *fit L.*
- q) *deprehendi M.*
- r) *utilitatis L.*
- s) *advertat LC.*
- t) *pro C.*
- u) *corporis L.*
- v) *collectum C.*
- w) *ardias C.*
- x) *residere CR.*
- y) *adiuverit M.*
- z) *depredemini C.*
- a') *korr. aus quod M; quas LC.*
- b') *milites M.*
- c') *requirat L; requiram C.*
- d') *nos (korr.) C.*

5. Augustinus.

Gravi de pugna conquereris: dubites nolo. Utile^a consilium tibi tuisque^b dabo. Arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia quando pugnatur, Deus apertis celis spectat et partem, quam inspicit iustam, defendit.

a) Vale *R*.

b) usque *M*; *korr. aus* usque *L*.

XIII.^a De iudeis.

1. Gregorius Victorino Panormitano^b episcopo in^c epistola^d XXII^e lib. VIII.^c

Sicut Iudeis non debet licentia in sinagogis suis, ultra quam permissum est lege, presumere, ita in his, quę eis concessa sunt, nullum preiudicium sustinere.

- a) XII *M*; *Zahl fehlt L*; XIII *C*.
- b) panormitano *M*.
- c)-c) *fehlt C*.
- d) *davor XII L*.
- e) XXV *LR*.

2. Idem Libertino pretori in^a epistola XXI^b lib. III.^{ac}

Hortamur fraternitatem vestram, ut secundum piissimarum legum tramitem nulli iudeo liceat christianum mancipium in suo retinere dominio. Verum qui^d si^d penes eorum^e inveniuntur, libertas eis vestrę tuitionis auxilio ex legum sanctione servetur.

a)-a) *fehlt C.*

b) *korr. aus XX L; XXVIII R.*

c) *VI R. (s. VII 13,3).*

d) *si qui CR.*

e) *eos CR.*

3. Idem Fortunato episcopo Neapolitano in^a epistola XXVIII lib. VI.^a

Fraternitatem vestram^b oportet esse sollicitam, et si de iudeorum servitio non solum iudeus, sed etiam quisquam paganorum fieri voluerit christianus, postquam voluntas eius^c fuerit patefacta, ne^d hunc^d sub quolibet ingenio vel argumento cuiusquam iudeorum^e venundandi^f facultas^g sit^h. Sed is, qui ad Christianam converti fidem desiderat, defensione vestraⁱ in^j libertatem modis omnibus vendicetur^k. Hi vero, quos^l huiuscemodi^m oportetⁿ servos amittere^o, ne forsitan utilitates suas irrationabiliter estiment impediri, sollicita^p vos hoc convenit consideratione servare, ut si paganos, quos mercimonii causa de externis finibus emerint^q, intra tres menses, dum emptor, cui vendi debeant, inveniatur, fugere ad ecclesiam forte contigerit^r et velle^s se fieri^t dixerint^t christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint, pretium eorum a^u christiano^u scilicet emptore percipiant. Si autem post prefinitos^v tres menses quisquam huiusmodi servorum velle suum edixerit et fieri voluerit christianus, nec^w aliquis eum postmodum emere^w nec dominus qualibet occasionis specie^x audeat venundare, sed ad libertatis proculdubio premia perducatur, quia hunc non ad vendendum, sed ad serviendum sibi intelligitur^y reservare.

- a)-a) *fehlt CR.*
- b) *nostram C.*
- c) *fehlt C.*
- d) *fehlt M.*
- e) *fehlt C.*
- f) *vitiandi C.*
- g) *folgt non M.*
- h) *fit C.*
- i) *fehlt M.*
- j) *fehlt LC.*
- k) *iudicetur L; vendicet C.*
- l) *qui C.*
- m) *huiusmodi C.*
- n) *fehlt C.*
- o) *admittere L.*
- p) *sollicite L; sollicitata C.*
- q) *emerunt C; eher emeruit R.*
- r) *contingit L.*
- s) *vellent M.*
- t) *dixerint fieri M.*
- u) *et ad christianos L.*
- v) *presumptos C.*
- w)-w) *fehlt L.*
- x) *spēs L; spe CR.*
- y) *intelligat C.*

4. Gregorius papa Virgilio et Theodoro episcopis Galliarum in^a epistola XLV in libro I.^a

Plurimi iudaice religionis viri ad nostram perduxere^b notitiam multos consistentium in illis partibus iudeorum vi^c magis ad fontem baptismatis quam predicatione^d perductos. Sed dum quispiam ad baptismatis fontem non predicationis suavitate, sed necessitate pervenerit, ad pristinam superstitionem remeans inde deterius moritur, unde renatus esse videbatur.

a)-a) *fehlt CR.*

b) perducere *R.*

c) ut *L.*

d) predicatio/onem (*Seitenwechsel*) *C.*

5. Imperator Constantinus.

Iudeus servum christianum nec comparare debet nec largitatis vel alio quocumque titulo consequatur. Quod si aliquis iudeorum mancipium vel christianum habuerit vel aliquis alterius sectę seu nationis crediderit^a ex quacumque causa possidendum et id circumciderit, non solum mancipium^b dampnum^c mulctetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso servo pro premio^d libertati donando^e.

- a) crederit *M*.
- b) mantipii *C*; mancipii *R*.
- c) dampno *CR*.
- d) *korr. aus memio (?) M; korr. C*.
- e) dampnando *korr. in dando C*.

XIV.^a De temperamento atque curatione^b adhibenda^c temporali necessitate^d.

1. Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo.

Sicut quędam sunt, quę nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quę aut pro consideratione etatum aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper^e consideratione servata, ut in his, quę vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec preceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum.

a) *XX korr. in XIII M; XIII L; XV C.*

b) *veneratione ML.*

c) *adhibendis CR.*

d) *necessitati C.*

e) *korr. aus cemper M.*

2. Idem Nicetę episcopo Aquilegensi salutem.

Regressus ad nos filius noster Adeodatus sedis nostrę diaconus dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his auctoritatem apostolicę sedis acciperes^a, quę quidam^b magnam difficultatem diiudicationis videntur afferre^c. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatione^d, ut vulnera, quę in adversione hostilitatis illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

a) acciperet *L*.

b) quidem *CR*.

c) auferre *M*.

d) *korr. in* curatio est *C*; curatioē *R*.

3. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam, Britios et Siciliam constitutis Gelasius.

Necesaria rerum dispositione constringimur et apostolicę^a sedis^a moderamine convenimur sic canonum^b patronum^c decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta^d metiri, ut quę presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus, quo nec in totam^e formam veterum videamur excedere regularum^f et reparandis militię clericalis officii^g, quę per diversas Italię partes ita belli famisque consumpsit incursio^h, ut in multis ecclesiisⁱ, sicut fratris et coepiscopi nostri Iohannis Ravennatis ecclesię sacerdotis^j frequenti relatione comperimus, usquequaque deficiente servitio ministrorum nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla prefixa^k remaneant^l, sine quibus administrari nequeunt^m sacris ordinibus ecclesię funditus restituteⁿ atque in plurimis locis per inopiam competentis^o auxilii salutare subsidium redimendarum desit animarum nosque magno reatu, si tanto coartante periculo non aliquantulum consolationis^p annecti^q.

- a) sedis apostolicę *M*.
- b) canonicum *C*.
- c) patronorum *L*; paternorum *CR*.
- d) precepti *M*.
- e) totum *CR*.
- f) regulam *M*.
- g) *korr. in officiis C; officiis R*.
- h) inc(on)v(er)sio *L*.
- i) clericis *CR*.
- j) *fehlt C*.
- k) *korr. in prefixa LC; prefixa R*.
- l) permaneant *M*.
- m) necatum *korr. in necantum C*.
- n) destitute *CR*.
- o) continentis *M; korr. aus competentes C*.
- p) consulamus *LR; consulamur C*.
- q) innecti *LR; invecti C*.

XV.^a Ut quod necessitas inperavit, cesset^b necessitate cessante.

1. Innocentius.

Provideat^c ergo dilectio vestra actenus talia transisse, et^d advertite^e, quod utique, ut^f dicitis, necessitas inperavit, in pace iam ecclesia^g constituta^g non presumere. Sed ut sepe accidit, quotiens a populis aut^h a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicariⁱ, inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine precavendum.

a) VI *M*; XVI *C*.

b) *fehlt ML*.

c) Provideat *CR*.

d) *fehlt C*.

e) advertite *CR*.

f) vero *M*.

g) ecclesias constitutas *C*.

h) vel *M*; ut *L*.

i) *korr. aus* vindicari *M*.

2. Urbanus^a secundus.

Ordinationes, quę ab heresiarcis nominatim excommunicatis factę sunt et ab eis, qui catholicorum adhuc viventium episcoporum sedes invaserunt, irritas esse iudicamus, nisi probare valuerint se, cum ordinarentur, eos nescisse^b damnatos. Qui vero ab episcopis quondam quidem catholice ordinatis, sed in scismate a^c Romana ecclesia separatis^d consecrati^e sunt, eos nimirum^f, cum ad ecclesię^g unitatem redierint, servatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si vita et scientia eos commendat. Ammodo vero quicumque a predictis^h scismaticis^h sanctęque Romane ecclesię adversariis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamvis autem misericordię intuitu magnaue necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen preiudicium sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant propriumⁱ robur, et cessante necessitate illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Ubi enim multorum strages iacet, subtrahendum est aliquid severitati.

Explicit^j liber^j VII.^j

- a) *Inskr. fehlt C.*
- b) *necisse CR.*
- c) *o L.*
- d) *separati C.*
- e) *fehlt C.*
- f) *minorum L.*
- g) *dē L.*
- h) *scismaticis predictis M.*
- i) *fehlt C.*
- j) *fehlt R.*

Incipit Liber^a VIII.

I.^b De^c infirmantibus et ad exitum venientibus.

1. Eusebius^d papa.

Si quis penitentiam petens^e, dum sacerdos venerit^f, officio^g linguę privatus, constitutum est, ut si idonea testimonia habuerit^h, quod ipse penitentiam petivisset et ipse per motus aliquodⁱ suę^j voluntatis signum^k facere potest, sacerdos impleat omnia, sicut supra circa egrotantem scriptum est, id est orationes dicat et ungat eum oleo sancto et eucharistiam ei donet, et postquam obierit, ut ceteris fidelibus ei subministret.

- a) *fehlt C.*
- b) *Zahl fehlt MLR.*
- c) *folgt per M.*
- d) *Initiale fehlt M.*
- e) *potens R.*
- f) *venions M.*
- g) *folgt est C.*
- h) *habuerint L.*
- i) *aliquos C.*
- j) *seu R.*
- k) *schon vor suę M.*

2. Celestinus papa. <Universis^a episcopis per Viennensem et Narbonensem provintias constitutis^a.>

Agnovimus penitentiam morientibus denegari nec illorum desideriiis annui, qui obitus^b sui^b tempore hoc anime suę cupiunt remedio subveniri. Horremus^c, fateor, tantę impietatis aliquem reperiri^d, ut de^e Dei^e pietate^e desperet, quasi non possit ad se quovis^f tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub onere^g peccatorum hominem pondere^h, quo illeⁱ se^j desiderat^j expedire^j, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est quam morienti mortem addere eiusque animam suam^k crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? Cum Dominus ad subveniendum paratissimus^l invitans ad penitentiam sic promittit peccatori: `In quocumque^m die conversus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur eiⁱ, et iterum: `Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur et vivat. Salutem ergo homini adhimit, quisquis mortis tempore penitentiam denegaritⁿ et desperarit^o de misericordia Dei, quique^p eum^q ad^q subveniendum morienti non^r sufficere vel momento posse non credidit^s. Perdidisset latro in cruce Christi^t premium^u ad Christi dexteram pendens, si illum unius orę penitentia^v non iuvisset. Cum esset in pena, penituit et pro unius sermonis professione^w habitaculum paradisi Deo promittente promeruit.

- a)-a) *nur C; stattdessen Cap. XV ML.*
- b) *oblitus sui L; sui obitus C.*
- c) *orremur M; korr. in horremus L.*
- d) *reperiiri M.*
- e) *fehlt M.*
- f) *quod voluit L.*
- g) *honore L.*
- h) *auf Rasur peccato C.*
- i) *velle C.*
- j) *expediri se desiderat C.*
- k) *sua C.*
- l) *gratissimus korr. in tissimus M.*
- m) *quacumque CR.*
- n) *denegavit C.*
- o) *desperavit C.*
- p) *quisquis C; quisque R.*
- q) *ad eum L.*
- r) *fehlt CR.*
- s) *credit O.*
- t) *fehlt CR.*
- u) *meritum C.*
- v) *penitentiam L.*
- w) *confessione korr. in fessione M; professionem R.*

3. Calixtus^a papa^a.

Beatus Iacobus apostolus in epistola sua scripsit: 'Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesie et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum.' Hoc et apostoli in^b evangelio^b fecisse dicuntur^c et nunc ecclesie consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbiteris et^d oratione^e comitante sanentur. Non solum presbiteris^d uti licet hoc oleo^f sacro^g in suis infirmitatibus, sed ut Innocentius papa descripsit, etiam^h omnibus christianis uti licet eodem oleo in sua suorumque necessitate ungerendo. Quod tamen oleum non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait: oleo in nomine Domini, significatⁱ oleo in nomine Dominiⁱ consecrato. Vel certe etiam quia cum unguunt infirmum, nomen Domini super eum invocare debent. 'Et si in peccatis sit, dimittentur ei.' Multi propter peccata in animam facta infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Unde ait^j apostolus Corinthiis: Quia corpus Domini indigne percipere erant soliti, 'ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi.' Si ergo infirmi in peccatis sint et hoc presbiteris^k ecclesie confessi fuerint ac perfecto corde ea derelinquere atque emendare satagerint, dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis queunt dimitti. Unde recte subiungitur^l: 'Confitemini alterutrum peccata vestra et orate proinvicem, ut salvemini.'

- a) *fehlt C.*
- b) *fehlt M.*
- c) *leguntur LCR.*
- d)-d) *fehlt CR.*
- e) *orationem L.*
- f) *bleo M.*
- g) *sacrato C.*
- h) *folgt in L; fehlt C.*
- i)-i) *fehlt C.*
- j) *fehlt C.*
- k) *presbiteri ML.*
- l) *subiung(it) C.*

4. Ex concilio Cartaginensi.

Penitentes, qui infirmitate^a viaticum eucharistię^b acceperunt^b, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

a) *korr. in* in infirmitate *CR*.

b) *korr. aus* acceperint eucharistię *M*.

5. Fabianus^a papa^a.

Vera ergo ad Dominum conversio in ultimis positorum mente potius est estimanda quam tempore, propheta hoc taliter asserente: Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda penitentia postulanti, cum ille^b se obliget iudicii^c, cui occulta omnia noverint^d revelari.

- a) *fehlt C.*
- b) *illius CR.*
- c) *iudici M; iudicio C.*
- d) *noverit C.*

6. Leo^a papa^a.

His autem, qui in tempore necessitatis et periculi^b urgente instantia^c presidium penitentiae et mox reconciliationem implorant, nec satisfactio interdicenda est nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Domini nec mensuras possumus ponere nec tempora diffinire, apud quem nullas patimur venire moras converso, dicente Domino per prophetam: 'Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris', et alibi: 'Dic iniquitates tuas prior, ut iustificeris.' Item^d: 'Quia apud Dominum^e misericordia est et copiosa apud Deum^f redemptio', in dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles nec se accusantium gemitus lacrimasque^g negligere, cum ipsam penitenti afflictionem ex Dei credimus inspiratione^h concessam, dicente apostolo: 'Ne forte det illis Deus penitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.'

- a) *fehlt CR.*
- b) *pericul(is) CR.*
- c) *stantia MLR.*
- d) *fehlt R.*
- e) *deum R.*
- f) *eum M.*
- g) *lacrimas M.*
- h) *aspiratione L.*

7. Idem^a.

Ita ergo talium necessitati^b auxiliandum est, ut nec actio illis penitentię nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso^c oris officio per inditia^d integri sensus querere comprobentur. Quodsi ita aliqua egritudine fuerint aggravati, ut quod paulo ante posebant^e, sub presentia significare non valeant, testimonia fidelium circumstantium illis prodesse debent, simul tamen et penitentię et reconciliationis beneficium consequantur^f.

- a) *fehlt C.*
- b) *necessitate R.*
- c) *ammissio L.*
- d) *indutiam M.*
- e) *posebant L.*
- f) *consequentur L.*

8. Innocentius^a papa Exsuperio episcopo Tolosano. Cap.^b II.^b

Et^c hoc quesitum est, quid^d de his observare^e oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine^f vitæ suę penitentiam simul et reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior^g durior^g, posterior interveniente misericordia inclinatio est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebre persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, merito negata communio^h est^h concessaⁱ penitentia, ne totum penitus negaretur, et durio remissionem fecit^j temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, iam terrore depulso communionem dari obeuntibus^k placuit et propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis^l, ne Novatiani heretici negantis veniam asperitatem et duritiam subsequi videamur. Tribuatur ergo cum penitentia extrema communio, et^m homines huiusmodi vel in supremis suis permittente salvatore nostro a perpetuo exitio vendicentur.

a) ganze Inskription fehlt C.

b) fehlt R; folgt Ex concilio. ationis beneficium consequantur L.

c) davor Innocentii CR.

d) quod L.

e) obserrare M; observari CR.

f) fehlt C.

g) korr. aus durior prior M.

h) coīvē L; communionem CR.

i) folgt est C.

j) fecerit C.

k) abeuntibus L.

l) folgt et CR.

m) ut CR.

9. <Siricius^a papa^a.>

Quicumque sub carnali^b fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Deum ceperint proficisci, si rogaverint, per communionis gratiam eis volumus subveniri.

a) *fehlt MLC; stattdessen .V. M.*

b) *carnale R.*

10. Iulianus^a papa^a.

Si quis presbiter penitentiam abnegaverit morientibus, ab ordine deponatur. Nam reus erit animarum, quia Dominus dicit: 'Quacumque^b die conversus fuerit peccator, vita vivet et non morietur.' Vera enim conversio in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis, sed cordis inspector est, sicut latro unius momenti^c meruit esse in paradiso in ora ultima confessione^d.

a) *fehlt C; Iulius papa R.*

b) *Quamcumque M; korr. aus Quicumque L.*

c) *monumenti L; folgt confessione CR.*

d) *fehlt hier CR.*

11. Augustinus^a.

Sane quisquis positus in ultimo^b necessitatis^b egritudinis suę acceperit penitentiam et mox reconciliatus fuerit et transierit de corpore, fateor vobis, non illi negamus, quod petiit, sed nec presumo dicere, quod^c hinc^d bene^e exierit. Si securus hinc^f exierit^f, ego nescio. Penitentiam enim dare possumus, securitatem autem^g dare non possumus. Numquid dico, damnabitur? Sed nec dico, quia liberabitur. Vis te a dubio liberari? Vis, quod incertum est, evadere? Age penitentiam, dum sanus es, et ut te^h sic^h agentem^h inveniatur novissimus dies, curreⁱ, ut reconcilieris. Si sic agis, securus es. Ideo^j dico^j tibi^j, quia^k securus es, quia egisti penitentiam, eo^l tempore, quo peccare potuisti. Si autem tunc vis agere penitentiam ipsam^l, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu peccata.

- a) *fehlt C.*
- b) ultima necessitate *C.*
- c) quia *CR.*
- d) h̄c *L.*; huic *CR.*
- e) *fehlt R.*
- f) exierit hinc *C.*
- g) aut *L.*
- h) *fehlt ML.*
- i) curas *M.*; curas *korr. in curras L.*
- j) *fehlt C.*
- k) Quare *C.*
- l)-l) eo - ipsam *fehlt ML.*

12. Ex^a Niceno^a concilio^a.

De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque servabitur, ita ut, si quis egreditur e corpore, ultimo et necessario viatico minime privetur. Quodsi^b desperatus et consecutus communionem oblationisque particeps factus iterum^c convaluerit, sit inter eos, qui communionem orationis^d tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito et poscenti sibi communionis gratiam tribui episcopus^e probabiliter ex oblatione dare debet.

- a) *fehlt C.*
- b) *Quod L.*
- c) *et tamen C.*
- d) *folgt nochmals dasselbe R.*
- e) *episcopis ML.*

13. Ex^a concilio Cartaginensi^b.

Is^c qui penitentiam in^d infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus^e venit^e, oppressus infirmitate obmutuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, et accipiat penitentiam, et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori^f eius eucharistia^g. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus petitionis^h suęⁱ satisfactorum et se subditurum statutis penitentię legibus, quamdiu sacerdos, qui penitentiam dedit, probaverit.

- a) *Inskription fehlt C.*
- b) *cartag̃ M; cartaginense R.*
- c) *His LC.*
- d) *fehlt L; nachgetragen C.*
- e) *korr. aus venit invitatus M.*
- f) *oris L.*
- g) *eucharistiam LR.*
- h) *peticioni C.*
- i) *fehlt C.*

II.^a Quod dies hominum^b nec^c possunt minui nec augeri.

1. Gregorius in moralibus.

Prefixi dies singulis ab interna^d Dei presentia^e nec augeri possunt nec minui, nisi contingat, ut ita presciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint aut cum pessimis breviores^f, sicut Ezechias augmentum dierum meruit inpressione^g lacrimarum^h, et sicut de perversis scriptum est: Indisciplinatis^h obviat mors. Sed sepe iniquus quamvis in ocula Dei presentiaⁱ longa vite eius tempora non sint predestinata, ipse tamen, quia carnaliter vivere appetit, longos animo dies proponit, et quia ad illud tempus pervenire non valet quod expectat, quasi antequam dies illius^j impleantur, perit^k. Quod tamen intelligere et aliter possumus. Plerumque enim quosdam cernimus et^l perverse agere et usque ad senectutem ultimam pervenire. Quomodo enim dicitur: antequam dies eius impleantur, peribit, cum in quibusdam sepe videamus, quia etate longa iam membra deficiunt et tamen pravitatem suam eorum desideria exsequi non desistunt?

- a) *Zahl fehlt ML.*
- b) *hominis M.*
- c) *non C.*
- d) *eterna C.*
- e) *prescientia C.*
- f) *korr. aus previores M.*
- g) *in pressione C.*
- h)-h) *lacrimarum - indisciplinatis fehlt ML.*
- i) *prescientia C.*
- j) *fehlt M.*
- k) *perit CR.*
- l) *fehlt M.*

III.^a Quod angeli custodes^b hominibus preponantur^c.

1. Gregorius^d in^d moralibus^d.

Quia vero angeli hominibus presint, per^e prophetam^e testatur angelus dicens: 'Princeps regni Persarum restitit mihi.' Quod vero angeli a superiorum angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet^f propheta^f, qui ait: 'Ecce angelus, qui loquebatur in^g me^g, egrediebatur in occursum eius et dixit ad eum: Curre^h, loquere ad puerum istum, dicens: absque muro abitabitur Ierusalem.'

a) *Zahl fehlt L.*

b) *fehlt M.*

c) *preponant L.*

d) *fehlt C.*

e) *propheta L.*

f) *propheta perhibet M.*

g) *mecum L.*

h) *folgt et M.*

IV.^a De morte^b et purgatoriis penis^c.

1. Ambrosius^d de bono mortis^d.

Mortis denique sunt^e tria^e genera. Una mors peccati est, de qua scriptum est: 'Anima, quę peccaverit, ipsa morietur.' Alia mors mistica, quando quis peccato moritur et Deo vivit. De qua ait apostolus: 'Consepulti^f enim sumus cum illo per baptismum in morte^g.' Tertia mors est^h, quaⁱ cursum vitę huius et munus explemus, id est anime corporisque secessio. Advertimur^j igitur, quod una mors sit mala, si propter peccata moriamur^k; alia mors bona sit, qua is, qui fuerat mortuus, iustificatus est a peccato; tertia mors media sit, nam bona iustis videtur et plerisque metuenda. Quę cum absolvat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis est vitium, sed nostrę infirmitatis, qui voluptate corporis et delectatione vitę istius carpimur et circum hunc^l consumare trepidamus, in quo plus amaritudinis quam voluptatis est. At non^m sancti et sapientes viri, quiⁿ longevitatem peregrinationis huius ingemiscebant dissolvi et cum Christo esse pulcrius estimantes, denique generationis diem^o suę^o execrabantur, sicut quis ait: 'Pereat dies, ille^p in qua natus sum.' Quid^q enim est, quod hec vita^r delectet^s plena erumnarum et sollicitudinum, in^t qua^t etiam^t innumerę^u calumnię et multę molestię et^v multę^v lacrimę eorum, qui afflictant^w molestiis, et non^x inquit, qui eos consoletur. Et ideo laudat Ecclesiastes 'defunctos magis quam viventes et optimos inquit supra abortivos, qui nondum natus est, qui non vidit^y.'

- a) *Zahl fehlt R.*
- b) *moris R.*
- c) *peniis R.*
- d)-d) *fehlt C.*
- e) *tria sunt CR.*
- f) *Cum sepulti R.*
- g) *mortem CR.*
- h) *dicitur L; fehlt CR.*
- i) *fehlt L.*
- j) *Advertimus M; Avertimur C.*
- k) *moritur L.*
- l) *hanc C.*
- m) *tamen M.*
- n) *getilgt M.*
- o) *suę diem M.*
- p) *fehlt M; korr. in illa C.*
- q) *Quod L.*
- r) *in terra C.*
- s) *delectat C.*
- t) *fehlt L; in qua et CR.*
- u) *in munere C.*
- v) *fehlt C.*
- w) *affligantur korr. in affliguntur C; afflictantur R.*
- x) *folgt est CR.*
- y) *videt C.*

2. Gregorius^a in^a moralibus^a.

Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia et mors vivit et finis semper incipit et deficere defectus nescit. Quia igitur^b mors perimit^c et non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pavorem fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras decutit.

a) *fehlt C.*

b) *folgt et CR.*

c) *permittit L.*

3.

Petrus^a. Discere vellem, si post mortem ignis purgatorius esse credendus est. Gregorii responsio. In evangelio Dominus dicit: 'Ambulate, dum lucem habetis.' Per prophetam quoque ait: 'Tempore accepto exaudi te et in die salutis adiuvi te.' Quod Paulus^b apostolus^b exponens dixit^c: 'Ecce nunc tempus^d,' et cetera. Salomon quoque ait: 'Quodcumque^e potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erit^f apud inferos, quo tu properas.' David quoque ait: 'Quoniam in seculum misericordia eius.' Ex quibus nimirum^g sententiis^h constat^h, quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentaturⁱ. Sed tamen de quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, eo quod veritas dicit, quia^j si quis in spiritum sanctum blasphemias^k dixerit, 'neque in hoc seculo remittetur ei neque in futuro.' In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam vero^l in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequenter intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut predixi, hoc de parvis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus^m otiosus sermo, immoderatus risus vel peccatum cure reiⁿ familiaris, quod^o vix^p sine culpa ab ipsis agitur, qui culpas, qualiter declinari debeant, sciunt, aut non in gravibus rebus error ignorantie, quę cuncta etiam post mortem gravant, si adhuc in hac vita positus^q minime fuerint relaxata. Nam et cum Paulus dicat Christum esse fundamentum, atque subiungat: 'si quis^r edificaverit super hoc fundamentum aurum et^s argentum et^t lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit^u. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.' Quamvis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, at tamen si quis hec^v de igne future purgationis accipiat, pensandum sollicite est, quia illum dixit per ignem posse salvari, non qui super hoc fundamentum ferrum, es vel plumbum edificat, id est peccata maiora, et iccirco duriora atque^w iam nunc insolubilia, sed ligna, fenum, stipulam, id est peccata minima atque levissima, quę ignis facile consumit. Hoc tamen sciendum est, quia^x illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc^y actibus^y in hac adhuc vita positus, ut illic obtineat, promereatur.

- a) *fehlt C.*
- b) *apostolus paulus C.*
- c) *ait L.*
- d) *folgt acceptabile CR.*
- e) *Quocumque C.*
- f) *erunt M.*
- g) *numerus L.*
- h) *constat sententiis M.*
- i) *presentabitur CR.*
- j) *qua L.*
- k) *blasphemiam LCR.*
- l) *fehlt C.*
- m) *folgt et CR.*
- n) *ei R.*
- o) *que C.*
- p) *vis R.*
- q) *positus L.*
- r) *folgt super LC.*
- s) *fehlt M.*
- t) *fehlt M.*
- u) *probavit L.*
- v) *hoc M.*
- w) *et L.*
- x) *qui L.*

y) actibus hoc C.

V.^a De sepultura.

1. Ieronimus^b.

Ebron dicitur esse civitas trium virorum, quia in ea sepulti sunt tres patriarchę in spelunca duplici cum tribus uxoribus suis, id est Abraam et Sara, Ysaac et Rebecca^c, Iacob et Lia, preter ipsum^d Adam et Evam uxorem suam. Tobias dicit ad filium suum: `Cum acceperit Deus animam, corpus meum sepelies et honorem habebis matri^e tuę omnibus diebus, et cum ipsa compleverit tempus, sepelies eam iuxta me in uno sepulcro.'

a) *Zahl fehlt ML.*

b) *fehlt C.*

c) *korr. aus rebecca M.*

d) *fehlt C.*

e) *matris R.*

2. Idem^a.

Quos coniunxit^b unum coniugium^c, coniungat unum sepulcrum, quia una caro est, et quos Deus coniunxit, homo non separet.

a) *Initiale fehlt M.*

b) coniungit *R.*

c) coniugium *M.*

3. Augustinus.

Unaqueque mulier sequatur virum suum sive in vita sive in morte.

4. Idem.

Soror sancti Benedicti sepulta est in sepulcro, quod ipse sibi preparaverat, ut quorum mens una fuit semper in Domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret^a. Ita in primo conubio coniuncti, quia una^b et eadem caro est, in uno sepulcro sepeliantur.

a) separet *LR*.

b) vina *L*.

5. Idem.

Quibus peccata dimissa non fuerint^a, a sacris locis post mortem adiuvari non possunt, quia quos peccata graviora deprimunt, si in sacris locis sepelire se faciunt, restat ut de sua presumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

a) *eher* fiunt *MR*.

6. Gregorius^a in dialogo.

Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest^b, si in ecclesiis mortui^c sepeliantur, quod eorum proximi, quotiens ad eadem loca sacra veniunt, suorum, quorum sepulturam aspiciunt, recordantur et pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad solutionem^d potius quam ad damnationis cumulum maiorem eorum corpora in ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendimus, si ea, quę diebus nostris gesta sunt, breviter enarremus. Vir namque vitę venerabilis Felix Portuensis episcopus in Sabiensi^e provincia ortus atque enutritus est. Qui quandam sanctimoniam feminam in loco eodem^f fuisse testatur, quę carnis^g quidem^h continentiam habuit^h, sed linguę procacitatem atqueⁱ stultiloquium non declinavit^j. Hęc igitur defuncta atque in ecclesia sepulta est. Nocte autem^k eadem eiusdem ecclesię custos per revelationem vidit^l, quia deducta ante sacrum altare per medium secabatur et pars una^m illius^m igni cremabaturⁿ, pars autem altera intacta remansit. Cumque hoc surgens mane fratribus narraret et locum vellet ostendere, in quo fuerat^o igne^o consumpta, ipsa flammę combustio ita ante altare apparuit in marmoribus, ac si illic eadem femina corporeo fuisset igne concremata^p. Ex qua re aperte datur intelligi, quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad evitandum iudicium sacris^q locis post mortem non valent adiuvari.

a) AG L; Idem R; ganze Inschrift fehlt C.

b) folgt (nachgetragen L) mortuis CR.

c) mortuis L; fehlt CR.

d) absolutionem CR.

e) sabinensi C.

f) eiusdem R.

g) carius quod L.

h) habuerit MC.

i) ac L.

j) denavit L.

k) fehlt CR.

l) videt C.

m) illius una M.

n) Endung korr. M.

o) korr. aus igne fuerat M.

p) incremata R.

q) sacri L.

7. Idem^a in registro. Ianuario episcopo Sardinie in epistola XXXV lib. VIII.

Questa nobis est Nereida^b, quod ab ea centum^c solidos pro filie sue sepultura fraternitas vestra velit exigere atque ei super doloris gemitum maiorem dispendii^d studeat inferre molestiam. Quodsi se ita veritas habet^e, quia grave nimis et procul est a sacerdotis officio pretium de^f terra concessa putredini querere et de alieno velle^g facere luctu compendium, ab hac se petitione fraternitas vestra contineat et molesta ei de cetero non existat, maxime quia et ortolanum quendam de quo^h se^u ipsaⁱ asserit filiam suscepisse, ecclesie vestre non in parva quantitate munificum memorat extitisse. Hoc autem vitium et nos^k, postquam Deo auctore ad episcopatus onorem accessimus, de ecclesia vestra^l omnino vetuimus et pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores quia, dum Habraam a filiis Ephron, hoc est filio^m Secor, sepulcrum pretio ad humandum corpus coniugis postularetⁿ, premium^o accipere rennuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tantę considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos^p, qui sacerdotes dicimur^q, facere non debemus? Unde hoc avaritie vitium ne vel in^r alienis denuo temptari presumatur, admoneo. Sed si quando aliquem^s in ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes illius proximi vel heredes^t pro luminaribus sponte quidem offerre voluerint, accipere non vetamus^u, pretium vero aut aliquid exigi omnino^v prohibemus, ne quod valde inreligiosum est, aut venalis, quod absit^w, ecclesia aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studetis querere quolibet modo compendium.

- a) *erst hinter* lib. VIII. CR.
- b) *nereia* CR.
- c) *fehlt* ML.
- d) *stipendii* C.
- e) *habent* L.
- f) *pro* M.
- g) *uelle* MR.
- h) *fehlt* C.
- i) *fehlt* M; *nachgetragen* L.
- j) *ipse* M; *ipse korr. in ipsa* L.
- k) *vos* M.
- l) *nostra* R.
- m) *fili* L.
- n) *postulare* M.
- o) *precium* C.
- p) *vos* L.
- q) *dicimus* L.
- r) *fehlt* ML.
- s) *aliquam* R.
- t) *folgt* vel C.
- u) *vatamus* M.
- v) *korr. in omnimodo* L; *omnimodo* CR.
- w) *folgt dicatur* CR.

8. Ex^a Triburiensi concilio.

Ubi cumque facultas rerum et oportunitas temporum superat^b, sepultura^c morientium apud ecclesiam, ubi sedes est episcopi, celebretur. Si autem hoc impossibile videtur, expetat^d sepulturam, quo^e canonicorum^e aut^e monachorum^f sive sanctimonialium congregatio sancta communiter degat.

- a) *Inskription fehlt, kein Absatz C.*
- b) expetit *C.*
- c) supulturam *R.*
- d) expectat *LR.*
- e) *fehlt, stattdessen* morientium apud ecclesiam *L.*
- f) *folgt nachgetragen* seu canonicorum *L.*

VI. De oblationibus pro^a defunctis^b.

1. Gregorius^c.

Si culpę post mortem indissolubiles non^d sunt^e, multum solet animam etiam post mortem sacra oblatio hostię salutaris adiuvarē, ita ut hoc nonnumquam ipsę defunctorum animę videantur expetere. Nam predictus Felix episcopus a quodam venerabili viro presbitero, qui usque ante^f biennium vixit et in diocesi Centumcellensis urbis^g habitavit^h atqueⁱ æcclesie beati Iohannis, que^j in loco qui Tauriana^k dicitur sita est, preerat, cognovisse se^l asserit, quod idem presbiter in eodem loco, in quo aque^m callidę vapores nimios faciunt, quotiens necessitas corporis exigebat, lavare consueverat. Ubi dum die quadam^m fuisset ingressus, incognitum virum ad suum obsequium paratum invenit, qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret, vestimenta susciperet, exeunti a caloribus sabanaⁿ preberet atque omne ministerium^o cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sepius fieret^p, idem^q presbiter die quadam ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi, qui mihi solet tam devotissime ad lavandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid me^r necesse est^s ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronulas detulit. Qui mox ut pervenit ad locum, hominem invenit atque ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque, et cum iam vestitus^t voluisset egredi, hoc quod secum detulerat^u, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut benigne susciperet, quod^v ei caritatis gratia offerret. Cui ille merens afflictusque respondit: Michi ista quare das, pater? Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides, aliquando loci huius dominus fui^w, sed pro culpis meis hic^x post^y mortem deputatus sum. Si autem mihi^z aliquid^z prestare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis interveniat^a. Et tunc exauditum te esse cognosce, cum hic ad lavandum veneris et me minime^b inveneris. In quibus verbis disparuit et is, qui homo esse videbatur, evanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Isdem vero presbiter ebdomada continua se pro eo in lacrimis afflixit, salutarem ostiam cotidie obtulit et reversu post ad balneum eum iam minime invenit. Qua ex re quantum prosit animabus immolatio sacrę oblationis ostenditur, quando et hanc ipsi mortuorum spiritus a^c viventibus^c petunt et signa indicant, quibus per eam^d soluti videantur.

- a) *fehlt C.*
- b) *futuris M.*
- c) *fehlt C.*
- d) *nachgetragen M.*
- e) *sint C.*
- f) *fehlt L.*
- g) *folgt getilgt* atque *L.*
- h) *zuerst hinter Iohannis, dann korr. M.*
- i) *nachgetragen* et *L.*
- j) *qui M.*
- k) *taurina M; korr. aus taurina C.*
- l) *fehlt L.*
- m) *fehlt L.*
- n) *sana L.*
- o) *misterium LCR.*
- p) *ageret M.*
- q) *.i. L.*
- r) *erst hinter est L.*
- s) *fehlt M.*
- t) *fuestitus M.*
- u) *detulit M.*
- v) *eher q(ui) C.*
- w) *fuit (Endung korr.) L.*

- x) *hichic M.*
- y) *folgt nochmals post M.*
- z) *aliquid mihi C.*
- a') *intervenias CR.*
- b') *mine L.*
- c') *fehlt M.*
- d') *ea L.*

2. Augustinus.

Quattuor genera sunt oblationis. Pro valde bonis gratiarum actiones sunt, hoc est Deo gratias agunt, quia bene vixerunt. Pro non^a valde bonis, ut plena remissio fiat. Pro non valde malis propitiationes sunt, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Pro valde malis non adiumenta mortuorum, sed tantum^b consolationes vivorum sunt.

a) *fehlt L.*

b) *t(ame)n L.*

3. Ex^a dictis Origenis.

Animę defunctorum quattuor modis solvuntur, aut oblationibus sacerdotum aut precibus sanctorum aut carorum elemosinis aut ieiunio cognatorum.

a) *Inskription fehlt C.*

4. Gregorius^a tertius^b papa^b Bonifatio archiepiscopo.

Pro^c obeuntibus^d quippe consuluisse cognosceris, si liceat pro eis oblationes offerri^e. Sancta sic tenet ecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere christianis offerat oblationes atque presbiter eorum faciat memoriam. Et quamvis peccatis omnes subiaceamus, congruit, sacerdos^f ut pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat^g, non tamen pro impiis, quamvis christiani fuerint, tale quid agere licebit.

- a) *davor Titel 7 C.*
- b) *papa III. CR.*
- c) *pre L.*
- d) *obedientibus ML.*
- e) *inferri L; offerre C.*
- f) *sacerdoti C.*
- g) *intercedam L.*

5. Ambrosius in libro de obitu^a Theodosii imperatoris.

Quia alii^b tertium diem, alii tricesimum^c, alii^c septimum^c et^d quadragesimum^d observare consueverunt^e in officiis mortuorum, quid doceat^f lectio, consideremus^g. Defuncto, inquit, Iacob `precepit Ioseph pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eum, et^h sepelierunt^h sepultores Israel, et repletiⁱ XL dies, sic enim dinumerantur^j dies sepulture, et luxit eum VII diebus.' Hec ergo sequenda sollemnitas, quam prescribit^k lectio. Sed etiam in deuteronomio scriptum est, quia `planxerunt filii Israel Moysen diebus^l XXX^l, et consumati sunt dies luctus.' Utraque ergo observatio habet^m auctoritatem, quia necessarium pietatis impletur officium.

- a) habitu *L*.
- b) *folgt* in *CR*.
- c) septimum alii tricesimum *L*.
- d) *fehlt* *L*.
- e) *getilgt* *C*.
- f) docebat *CR*.
- g) audiamus *L*; consuever(it) *C*.
- h) *fehlt* *LC*.
- i) *folgt* sunt *LCR*.
- j) denumerantur *M*.
- k) prescribi *R*.
- l) XXX diebus *C*.
- m) habent *ML*.

VII.^a Quod^b non est rogandum pro peccato, quod est ad mortem.

1. Gregorius^c in moralibus.

Peccatum quippe usque ad inferos ducitur, quod ante finem vitę presentis per correctionem ad penitentiam non emendatur. De quo videlicet peccato per Iohannem dicitur: 'Est peccatum ad mortem; non pro illo^d dico, ut roget^e quis.' Peccatum namque ad mortem est, quia scilicet^f peccatum, quod hic non corrigitur, eius venia frustra postulatur. De hoc^g adhuc subditur: Obliviscatur eius^h misericordia^h. Omnipotentis Dei misericordia oblivisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiam fuerit oblitus. Quisquis eumⁱ nunc iustum non timet, post invenire^j non^j valet^j misericordem.

a) *dieser Titel schon vor VIII 6,4 C; Zahl fehlt L.*

b) *fehlt L.*

c) *Inskription fehlt CR.*

d) *quo M.*

e) *get L.*

f) *sciī, M; sciī L.*

g) *fehlt R.*

h) *misericordia eius L; eius anima C.*

i) *eius L; enim CR.*

j) *non valet invenire L.*

VIII. De humanis animabus.

1. Augustinus^a.

Animas hominum non esse credimus ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas, ut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani et Cirillus et aliqui Latinorum presumentes affirmant, quasi naturę consequentia serviente, sed dicimus corpus totum^b per coniugii copulam seminari, Dei vero iudicio coagulari^c in vulva et fingi atque formari, formato etiam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore egrediaturque^d vivus ex utero plenus substantia. Creationem vero animę solum creatorem omnium nosse.

a) *fehlt C.*

b) *totus korr. in t^t L; fehlt CR.*

c) *korr. aus coagolari M.*

d) *egrediatque R.*

2. Idem^a.

Non duas animas credimus^b esse^b in uno homine, sicuti quidam Iacobus^c et alii astrorum disputatores^d scribunt, ut una^e anima sit, de qua animetur corpus et immixta sit sanguini et altera spiritualis, quę rationem^f ministret, sed dicimus unam esse eandemque^g animam in homine, quę et^h corpus sua societate vivificet et semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut in sua substantiaⁱ eligatⁱ cogitationem, quam vult.

- a) *fehlt C.*
- b) esse dñs *L*; esse dicimus *CR*:
- c) iacobus *M*; iacob *R*.
- d) disputatorum *M*.
- e) *fehlt C.*
- f) ratione *M*.
- g) eademque *L*.
- h) *fehlt C.*
- i) eligat substantia *M*.

3. Idem^a.

Solum hominem credimus habere animam substantivam, ex qua corpus vivit et rationem suam et ingenia vivaciter tenet. Neque cum corpore moritur, sicut Arabs asserit, neque post^b modicum^b intervallum, sicut Zenon, quia^c substantialiter vivit.

a) *fehlt C.*

b) *postmodum L.*

c) *qui ML.*

4.^a

Anima humana non^b cum^b carne^b moritur^c, quia non carnis, ut superius diximus, semen est, sed formato in ventre matris Dei iudicio corpore dicimus eam creari et infundi, ut vivat homo intus in utero et sic nativitate procedat in mundo.

- a) *ganzes Kap. fehlt M.*
- b) *cum carne non C.*
- c) *oritur C.*

5. Idem^a.

Non est tertius in substantia hominis spiritus, ut Didimus contendit, sed spiritus ipse est anima. Anima vero pro spiritali natura vel pro eo, quod spiret in corpore, spiritus est appellata. Anima vero ex eo vocari, quod ad vivificandum ea animatur^b et corpus. Tertium^c vero, qui ab apostolo cum corpore et anima inducitur spiritus, gratiam esse sancti spiritus intelligendum est, quam orat apostolus, ut integra perseveret in nobis nec nostro vitio aut minuatur aut fugiat a nobis, quia spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum.

a) *fehlt C.*

b) *korr. in animat C.*

c) *Tercius M.*

IX.^a De immortalitate anime.

1. Gregorius in dialogo.

Habent etiam infideles fidem, sed utinam in Deum. Quam si^b utique^b haberent, infideles non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguendi sunt, hinc ad fidei gratiam provocandi, quia si de ipso suo visibili corpore credunt, quod minime viderunt, cur invisibilia non credunt, que corporaliter videri non possunt? Nam quia post mortem carnis vivat anima, patet ratio, sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creavit omnipotens Deus. Unum, qui^c carne non^d tegitur, alium, qui^c carne tegitur^f, sed non cum carne moritur, tertium^g, qui carne tegitur et cum carne moritur^g. Spiritus namque est, qui carne non tegitur, angelorum. Spiritus, qui carne tegitur, sed^h cum carne non moritur, hominum. Spiritus, qui carne tegitur^h etⁱ cum carne moritur, iumentorum omniumque brutorum animalium. Homo itaque sic in medio creatus est ut inferior angelo, superior iumento. Itaque aliquid habet commune cum summo, aliquid commune cum infimo. Immortalitatem scilicet spiritus cum angelo, mortalitatem vero carnis cum iumento, quousque et ipsam^l mortalitatem carnis gloria resurrectionis absorbeat et inherendo spiritui caro servetur in perpetuum, quia ipse spiritus inherendo carni servatur^k in Deum. Que tamen caro non in reprobis inter supplicia perfecte deficit, quia semper deficiendo subsistit, ut qui spiritu et carne peccaverunt, semper essentialiter viventes et carne et spiritu sine fine moriantur.

a) *dieser Titel erst vor VIII 9,2 C.*

b) *utique si C.*

c) *quo C.*

d) *fehlt C.*

e) *quo C.*

f) *regitur C.*

g)-g) *tertium - moritur fehlt C.*

h)-h) *sed - tegitur fehlt MR.*

i) *sed L.*

j) *temporaneam C.*

k) *korr. aus servetur ML.*

2.^a

Petrus^b. Non est iam, quod responderi debeat aperte rationi. Sed hec nunc questio mentem movet, quomodo anima immortalis dicitur, cum consistat^c, quod in perpetuo igne moriatur. Gregorii^d responsio. Quia duobus modis vita dicitur, duobus etiam^e modis^e mors debet intelligi. Aliud est^f namque^f, quod in Deo^g vivimus, aliud vero quod, in hoc, quod conditi vel creati sumus, id est aliud^h beatę vivere etⁱ aliud essentialiter. Anima itaque et mortalis esse intelligitur et immortalis. Mortalis quippe, quia beatę vivere amittit, immortalis autem, quia essentialiter vivere numquam desinit et naturę suę vitam perdere non valet, nec etiam cum in perpetua fuerit morte^j damnata. Illic enim posita beatę^k esse^l perdet et esse non perdet. Ex qua re semper colligitur, ut et mortem sine morte et defectum sine defectu et finem sine fine patiat.

a) *davor Titel 9 C.*

b) *fehlt C.*

c) *korr. in constat L; constat CR.*

d) *Absatz ML.*

e) *modis etiam C.*

f) *namque est C.*

g) *deum C.*

h) *folgt est C.*

i) *atque C.*

j) *mortem L.*

k) *beata C.*

l) *essent L.*

3. Idem^a.

Quia ergo nostrę immortalitatis hoc tempus non ita, ut mali^b sit^c, sed^d ita perit^e, ut non sit^d, querendum^f, quod^g sit. Quod non ita, ut non sit^g, sed ita perire optatur, ut male sit. Humana enim anima seu angelicus spiritus^h ita immortalis est, ut mori non possit, sedⁱ etⁱ ita^j mortalis^k, ut mori^l possit^j. Nam beate vivere sive per vitium seu per supplicium amittit^m, essentialiter autemⁿ vivereⁿ neque per vitium seu supplicium^m non amittit. A qualitate enim vivendi deficit, sed omnimodo^o subsistendi interitum nec moriens sentit. Ut ergo breviter dixerim, et immortaliter mortalis est^p et mortaliter immortalis^p.

- a) *fehlt C.*
- b) male C; malo R.
- c) fit C.
- d)-d) *getilgt C.*
- e) *perit M.*
- f) *fehlt C; folgt est R.*
- g)-g) *fehlt C.*
- h) *nachgetragen M.*
- i) *fehlt ML.*
- j)-j) *am Rand nachgetragen ML.*
- k) *folgt est ML.*
- l) *folgt etiam non CR.*
- m)-m) *amittit - supplicium fehlt CR.*
- n) *vivere autem L.*
- o) *korr. aus omnino M.*
- p)-p) *nachgetragen L; fehlt C.*

X.^a De tormentis vel pena malorum.

1. Petrus^b in^b dialogo^b.

Numquidnam, queso te, dicimus eos, qui semel illic mersi fuerint, semper arsueros? Responsio Gregorii. Constat^c nimis et incunctanter verum esse, quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non est tormentis malorum. Nam cum veritas dicat: 'Ibunt^d hi^d in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam', quia verum est, quod promisit, falsum proculdubio non erit, quod minatus est Deus.

a) *Zahl fehlt L.*

b) *fehlt C; In dialogo P. R.*

c) *Absatz R.*

d) *hii ibunt C.*

2. Idem^a.

Queso te, unus esse gehennę ignis credendus est, an quanta peccatorum diversitas fuerit, tanta quoque et ipsa estimanda sunt incendia esse preparata? Gregorii^b responsio^b. Unus^c quidem est gehennę ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentietur^d penę. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi^e consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem equaliter sentiunt, quia alius plus estuat atque alius minus, ita illic in uno igne non unus est modus incendii, quia quod hic diversitas corporum, hoc illic agit^f diversitas peccatorum, ut et ignem non dissimilem^g habeant et tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

- a) *davor* Gregorii responsio *ML*; *fehlt C*.
- b) *fehlt hier ML*; *davor rubriziert* In dialogo *C*.
- c) *Absatz R*.
- d) *sentientur L*; *folgt et CR*.
- e) *multis L*.
- f) *ait L*.
- g) *similem M*.

3. Idem^a.

Quamvis illic ignis^b ad consolationem non luceat, at tamen, ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quosque suos secum in tormento reprobis flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt, quatinus qui eorum vitam carnaliter contra precepta conditoris amaverunt, ipsorum quoque eos interitus in augmento suę damnationis affligat^c.

a) *davor* Item C.

b) *folgt* et K.

c) *korr. aus* affligat M.

4. Idem^a.

Sicut ergo electis ignis ardere novit ad solatium et tamen ardere ad supplicium nescit, ita ediverso gehennę flamma reprobis et nequaquam lucet ad consolationis gratiam et tamen lucet ad penam, ut damnatorum oculis supplicium et nulla claritate candeat et ad doloris cumulum, qualiter crucientur, ostendat. Quid hic^b mirum, si gehennę ignem credimus habere supplicium simul obscuritatis et luminis? Quod^c experimento novimus, qui^d et nunc dura flamma lucet obscura^e. Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio^f polluit. Tunc infinite patens inferni baratrum^g devorat, quos nunc inanis elatio exaltat, atque qui quolibet ex vitio hic voluntatem callidi persuasoris expleverunt, tunc cum suo duce reprobi ad tormenta perveniunt, et quamvis angelorum atque hominum longe sit natura dissimilis, una tamen pena implicat, quos unus^h in crimine reatusⁱ ligat.

a) *folgt nochmals (rubriziert)* Idem C.

b) hinc CR.

c) Quid M.

d) quia CR.

e) obscure C.

f) dilectio L.

g) aratrum R.

h) *folgt* interitus C.

i) *fehlt* C.

5. Isidorus^a.

Duplex damnatorum pena est in gehenna, quorum et mentem urit tristitia et corpus flamma iuxta vicissitudinem, ut quod mente tractaverunt et^b quod perfecerant^c corpore, simul et animo puniantur et corpore. Ignem gehennę ad aliquid lumen habere, ad aliquid^d non habere, hoc est habere lumen ad^e dampnationem^f, ut videant impii unde doleant, et non habere ad^g consolationem, ne videant unde gaudeant. Apta sit comparatio camino trium puerorum ad^h exemplum ignis gehennę. Nam sicut ille ignis non arsit ad trium puerorumⁱ supplicium et arsit^j ad comburendum ligamina vinculorum, ita ignis gehennę et lucebit miseris ad augmentum penarum, ut videant unde doleant, et non lucebit ad consolationem^k, ne videant unde gaudeant. Inter huius vitę et futurę infelicitatis miseriam multa discretio est. Illic enim et miseria est^l propter cruciationem dolorum et tenebrę propter lucis aversionem^m. Quorum unum in hac vita, id est miseria est, aliud non est, in inferno autem utrumque est.

- a) Item idem *C*.
- b) ut *ML*.
- c) perfecerat *L*.
- d) *folgt nochmals* lumen habere ad aliquid *R*.
- e) *folgt nochmals* ad *M*.
- f)-f) dampnationem - ad *fehlt C*.
- g)-g) ad - puerorum *fehlt C*.
- h) arserit *LC*.
- i) consolationem *M*.
- j) *fehlt C*.
- k) aversionem *LC*.

6. Idem^a.

Sicut fasciculi lignorum ad combustionem similibus colligantur, ita et in iudicii die similis^b culpe reos suis similibus iungere^c, ut ex equo^d pena constringat quasi in fasciculum, quos actio similes fecit in malum. Sicut unusquisque sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur^e, ita et^f unusquisque impius pro quantitate facinorum condemnabitur. Nec deerit in supplicio futurus damnationis ordo, sed iuxta qualitatem criminum discretio erit penarum, propheta firmante. De carorum^g suorum^h suppliciiis^h additur etiam pena defunctis, sicut apud inferos diviti sermo predicatⁱ evangelicus, sic propter^j agenda^k Iude supplicia^l dicit etiam psalmus^m: 'Commoti moveantur filii eius et mendicent.' Impii ex hoc durius in iudicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt iustos glorie beatitudinem meruisse.

- a) *fehlt C.*
- b) *simul M.*
- c) *iunget C.*
- d) *quo C.*
- e) *gloriabitur M.*
- f) *ut L.*
- g) *folgt nachgetragen quoque L; folgt quoque CR.*
- h) *korr. aus suppliciiis suorum M.*
- i) *predicit M.*
- j) *pro LC; per R.*
- k) *agenda L; augendo CR.*
- l) *supplicio CR.*
- m) *psalmista L.*

XI.^a Quod boni bonos in regno, mali^b malos in supplicio agnoscunt^c.

1. Petrus^d in dialogo.

Nosse vellem, si boni bonos in regno vel mali malos in suppliciis^e agnoscant. Gregorii responsio. Huius rei sententia in verbis est dominicis, quam^f iam superius protulimus, luce clarius demonstrata^g. In quibus cum dictum esset: 'Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat, sed et canes veniebant et lingeabant ulcera eius.' Subiunctum est quod Lazarus mortuus portaretur ab angelis in sinu Abraę, et mortuus dives sepultus est in inferno¹. Qui `elevans oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraam a longe et Lazarum in sinu eius, et ipse clamans dixit: Pater Habraam¹, miserere mei et mitte Lazarum, ut extinguat^k extremum digiti sui in aquam et refrigeret^l linguam meam.' Cui Habraam dicit: 'Fili^m, recordare, quia recepisti bona in vita tua et Lazarus similiter mala.' Dives autem de se ipso iam spem salutis non habens ad promerendam suorum salutem convertitur dicens: 'Rogo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.' Quibus verbis aperte declaratur, quia et boni bonos et mali agnoscuntⁿ malosⁿ. Si igitur Habraam Lazarum minime cognosceret, ad divitem positum in tormentis nequaquam de transacta eius contritione loqueretur, dicens quod mala receperit in vita sua. Et si mali malos non recognoscerent, nequaquam dives^o in tormentis positus^p fratrum suorum etiam^q absentiam meminisset. Quomodo enim presentes non posset^r agnoscere, qui etiam pro absentium memoria curavit exorare? Qua in re illud quoque ostenditur, quod nequaquam ipse requisisti, quia et boni malos et mali cognoscunt^s bonos. Nam et dives ab Habraam cognoscitur, cui dictum est^t: Recepisti bona in vita tua, et electus Lazarus a reprobo est divite cognitus, quem mitti precatur ex nomine dicens: Mitte Lazarum, ut intingat^u extremum digiti sui in aquam, ut^v refrigeret^w linguam meam. In qua videlicet cognitione utriusque partis cumulus retributionis excrescit, et^x ut^x boni amplius gaudeant, quia^y secum eos letari conspiciunt, quos amaverunt, et mali amplius^z doleant^z, dum cum eis torquentur, quos in hoc mundo despecto Deo dilexerunt^a, et eos non solum sua, sed etiam eorum pena consumat^b. Fit autem in electis quiddam^c mirabilis, quia non solum eos^d cognoscunt, quos in hoc mundo noverunt, sed velut visos ac cognitos recognoscunt bonos, quos numquam viderunt. Nam cum antiquos patres in illa eterna^e hereditate^e viderint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper noverunt. Quia enim^f illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est, quod ibi nesciant, ubi scientem^g omnia sciunt? Nam quidam noster^h et vitę venerabilisⁱ virⁱ religiosusque^j valde et^j laudabilis, cum ante triennium moreretur, sicut religiosi alii, qui presentes fuerunt, testati sunt, in hora^k sui exitus Ionam prophetam, Ezechielem quoque et Danielem cepit aspicere <eosque^l dominos suos ex nomine clamare^l>. Quos dum venisse^m ad se diceret et depressis luminibus eis reverentię obsequium preberet, ex carne eductus est. Qua in re aperteⁿ datur intellegi, quę erit in illa incorruptibili vita^o notitia, si vir iste adhuc^p in carne corruptibili^q positus prophetas sanctos, quos nimirum numquam videt^r, agnovit. Solet autem plerumque contingere, ut egressura anima etiam^s eos^s recognoscat, cum quibus pro equalitate culparum vel etiam premiorum in una est mansione deputanda. Inde est quod multi eos in exitu vident, quos aut in regno aut in supplicio pares^t habebunt.

- a) Zahl fehlt LR.
- b) fehlt R.
- c) ag M.
- d) Inskription fehlt C.
- e) supplicio C.
- f) quia M.
- g) demonstrato R.
- h) sit C.

- i) infernum C.
- j) *korr. aus* abraam M.
- k) intingat LC; intinguat R.
- l) refrigerer ML; refringeret CR.
- m) Filii L.
- n) malos agnoscunt C.
- o) *folgt* positus C.
- p) *fehlt* CR.
- q) *korr. aus et* M.
- r) poss[unt] L.
- s) agnoscunt L.
- t) *am Rand nachgetragen* recordare quia M; *folgt dasselbe* LR.
- u) intingat LCR.
- v) et C.
- w) refrigerer L; refringeret R.
- x) ut et C.
- y) q(uod) *oder* q(ui) C.
- z) *fehlt* C.
- a') dilexerant C.
- b') consumant L.
- c') quidam C.
- d') *fehlt* M.
- e') hereditate eterna M.
- f) *fehlt* M.
- g') scienter M.
- h') *folgt* religiosus vir C.
- i') *fehlt* C.
- j') *fehlt* C.
- k') *korr. aus* ora M.
- l')-l') *fehlt* MLR.
- m') venisset L; *erst hinter* se C.
- n') apte C.
- o') vitę CR.
- p') *fehlt hier* M.
- q') *folgt* adhuc M.
- r') viderit M.
- s') eos etiam R.
- t') patres R.

XII. Cur sanctorum anime pro inimicis positus in tormentis non orent.

1. Petrus in^a dialogo^a.

Et ubi est^b, quod^b sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardere viderint, non orabunt? Quibus utique dictum est: Pro inimicis vestris orate. Gregorii responsio. Orant^c pro inimicis suis eo tempore sancti, quo possunt ad fructuosam penitentiam eorum corda convertere atque ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis suis orandum est nisi hoc, quod ait apostolus, `ut det illis^d Deus^d penitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro^e illis^e tunc orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitię opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc pro omnibus^f eterno igne damnatis, quę nunc etiam causa est, ut non oretur pro diabolo angelisque eius eterno supplicio deputatis. Quę nunc etiam causa est, ut non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impiisque defunctis, nisi quia de eis, quos utique deputatos eterno supplicio iam noverint^g, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suę meritum cassari refugiunt. Quodsi nunc quoque viventes iusti mortuis et damnatis iniustus minime compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne sese^h perpeti etiam ipsi noverintⁱ, quanto^j districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt^k, quando ab omni vitę^l corruptione^l exuti^m ipsi iam iustitię vicinius atque artius inherebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc, quod iustissimo iudici inherent, ius distractionisⁿ absorbet^o, ut omnino eis non libeat, quicquid ab illis^p eterne^q regulę subtilitate discordat.

- a) *fehlt C.*
- b) *quidem (korr.) C.*
- c) *Erant L.*
- d) *deus illis C.*
- e) *fehlt M.*
- f) *hōib⁹ R.*
- g) *nover(unt) C.*
- h) *se C.*
- i) *nover(unt) C.*
- j) *qñ M; qñ L.*
- k) *despitiunt M.*
- l) *vitio corruptionis C.*
- m) *korr. aus exui M.*
- n) *distributionis L; scheint korr. C.*
- o) *absorbet C.*
- p) *illius CR.*
- q) *interne C.*

XIII.^a De receptione animarum iustorum in celum ante restitutionem corporum.

1. Petrus. In^b dialogo^b.

Placet quod dicis. Sed velim nosse, si nunc ante restitutionem corporum in celum recipi valeant animæ iustorum. Gregorius. Hoc namque de omnibus iustis fateri^c non possumus neque^d de omnibus negare^d. Nam sunt quorundam iustorum animæ, quæ a celesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis^e damno quid aliud innuitur, nisi quod perfecte iustitiæ aliquid minus habuerunt^f? Et tamen luce clarius constat, quia perfectorum^g iustorum animæ, mox ut huius carnis claustra exeunt, in celestibus sedibus recipiuntur. Quod et ipsa per se veritas testatur dicens: 'Ubi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et^h aquilæ,' quia ubi ipse redemptor noster est corpore, illuc proculdubioⁱ colliguntur et animæ iustorum. Et Paulus dissolvi desiderat et cum Christo esse. Qui ergo Christum esse in cælis non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo^j negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis atque habitatione patriæ celestis dicit: 'Scimus quia, si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod edificationem habemus^k ex Deo domum non manu factam, sed eternam in cælis.'

a) Zahl fehlt ML.

b) zur Titelseite gezogen LR; fehlt C.

c) fatere M.

d)-d) fehlt C.

e) dilapionis M.

f) habuerint C.

g) folgt atque C.

h) fehlt CR.

i) fehlt M.

j) regno C.

k) hñs L.